



Sale:

27.a.3.
- 14 -

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29

1



O-CONN

Archivio Storico Comunale di Genova 12-10335
PETRI VICTORII
Commentarii,

IN PRIMVM LIBRVM
ARISTOTELIS
de Arte Poetarum.

Positis ante singulas declarationes Græcis
vocibus auctoris: Iisdemque ad
verbum Latine expressis.

*Accessit Rerum et Verborum Memorabilium
Index locupletissimus.*



FLORENTIAE
In officina IVENTARVM, Bernardi Filiorum.


M D L X.

*Cum PII IIII. PONT. MAX. Cosmi Medicis Florentorum
Senenfiumq; Ducis, & Alfonsi Ferrariensem Duc
privilegijs amplissimis per decennium.*



COSMO MEDICI,
DVCI FLORENTINORVM
AC SENENSIVM,

PETRVS VICTORIVS SAL.




O ST XII. annorum spatium rursus ad te con-
figio princeps optime, cupioque commendatione
tui nominis: quae magna vbique est, aliquid gra-
tiae, atque amoris alteri huic labori meo conci-
liari: quo ego rem arduam in primis, diffici-
lemque complexus sum, interpretationem inquam
Aristotelei libri de arte poetarum. Cum enim
semper alacri animo magna onera suscepimus, nulla alia re tam fretus,
quam cura, diligentiaque mea: contendimusque, quantum ingenij vires ferre
potuerunt, quod aggressus sum, efficere, atque ad exitum perducere, re-
stat nunc, ut auctoritas tua mihi praesidio sit: ac quod per me præstari
non potest, sua erga me benevolentia, huic partui mearum vigiliarum
tribuat, ac dilargiatur. Quod si posterius hoc meum munus, quod
ad te nunc mitto, bonitate atque elegancia sua, tanto vinceret prius il-
lus, quanto tu omni hoc tempore veterem illum statum tuum, ac con-
dicionem superasti, multo minus te in ipso ornando laborare oporteret:
ipsumque fortasse sua vi satis ornatum ac commendatum foret: cum enim
semper pulchra fortuna tua, semper speciosa, semper amabilis fuerit,
tantum ipsi hoc intervallo temporis decoris accessit, ut nunc denique il-
la expolita, summoque splendore cumulata videatur. Tu igitur, quod ti-
bi facile fuit, præclaris animi dotibus ornato, effecisti: resque eas gesisti,
quæ à virtute, sapientiaque tua poterant expectari. unde aucta est ea de-
causa, veraque gloria illustrata dignitas tua. ego qui nulla re tecum pos-
sum comparari, tantum studii, si possem, veterem locum tueri, partamque
olim laudem (si modo illa à me parta tunc est) retinere. quare magis
videor mihi auxilio tuo, voluntatisque propensione egere. Cum autem
principes viri videantur omnia studia bonarum artium debere souere:
monimentaque cuncta optimorum ingeniorum amplexari: hoc enim poslu-
a ij lare

lare videtur persona, quam sustinent, atque id non sine causa debet ab ipsis expectari, ut diligant humaniores litteras, alantq; honore aliquo ingenuas artes, in primis illi erga poetas ipsos, & eos omnes, qui studium ipsorum colunt, atque aliqua ratione exploliunt, praeclarè debent esse animati: atque id non tantum communis utilitatis gratia, desiderioq; illius vnde cum alijs voluptatis fruenda, quæ maxima inde capi potest, verum etiam honoris, dignitatisq; sue augendæ causa: cum enim ipsi à fortuna ceteris omnibus bonis ornati sint, nulla alia re videntur egere, quæ ad statum eorum cumulandum, beatumq; vndiq;, ac florentem reddendum quicquam valeat, nisi voce poetarum, quæ memoriam eorum propaget, ac viuam semper, vegetamq; retineat. quæ tamen res, cum tantopere illis optanda sit, ac pæne necessaria, si dignitatem suam tueri volunt, atque immortalitatis desiderio vlo tenentur, non tamen subito, facileq; ab illis paratur: nec præsto semper adest, cum vti volunt: antea enim curetur necesse est, ac sedulo ipsi confiende incumbatur. verum autem hoc esse, atque ita se prorsus rem habere, voce etiam illa perulgata magni illius Alexandri declaratur: qui, cum summis scriptoribus rerum suarum abundaret, Achillem tamen in Sigeo, ubi corpus illius conditum erat, fortunatum vocavit, qui sue virtutis præconem Homerum nactus fuerit: ita enim significavit, se statu illo rerum suarum non omnino delectari, quia bono poeta careret: nec posse ingenio aliis ullius eruditii hominis tantum nomen magni alicuius viri, quantum poete illustrari. Eadem igitur de causa itab quoque alendus, & instruendus poeta est: cum enim domi, forisq; honeste te gesseris, & vt ciuitatem legibus ornasti, ita etiam imperij fines longè propagasti, vel potius imperium ipsum, magna cum admiratione omnium, duplicasti, si alijs tuis exunijs bonis hoc etiam addideris, magis claræ, illustresq; res tuæ omnes erunt: atque in hoc etiam, quemadmodum in alijs rebus fecisti, non solum laudem, gloriamq; maiorum tuorum adaequabis: verum etiam longo interuallo superabis. illi nanque, cum sapientia, opibusq; præstiterint, litterarumq; genus omne, atque arrium honestissimarum amauerint, in hoc quoque satis felices fuerunt: & quodam non malos sancè præcones laudum suarum obtinuerunt. Quis enim nescit Marullum, Polirianumq; in bonis valde poetis enumerandos? nam Cræcum illum hominem, qui Latina poemata condidit: primusq; recentiorum sermonis huius alieni elegantiæ, candoremq; vidit, ac summo studio coluit, domi patrui tui magni vixisse, ad ipsumq; fructus ingenij suis misisse, exploratum est. De altero etiam illo dubitari non potest, quem ramus alter tuæ stirpis protulit, atque, vt alumnum suum, fuit postea semper

per amanter, ac texit. In tanto autem numero honestissimarum familiiarum: tantaq; vbertate ingeniorum, hoc etiam, nobilis & illustris in primis, Atestina domus, quam tu tibi affinitate coniunxisti, hac ætate consecuta est. vnde plurimum honoris, ac gloriae factis ipsius accessit, semperq; magis celebrabitur. Quod si non pauca, ceteris rebus fortunatae ac clarae, ipsius expertes fuerunt, atque hac parte magnopere laborarunt: hoc bonum rarum est, nec omni homini, quamvis cupido ipsius, ceterisq; fortune bonis ornato, contigit, vt eo frui posset: tanquam enim à deo opt. max. dono datur: naturaq; ipsa conflatur: nec tamen non multum industria, studiumq; prodest, & ars ipsa hæc studia valde expolit, ac plurimum ipsius leporis, ac venustatis acquirit. quæ causa impulit hunc doctissimum, & accuratissimum scriptorem, vt ipsam traderet, ac rationem præclarum poemæ, & ab omni labore vacuum, efficiendi demonstraret. Si igitur, quod te cotidie magis facturum confido, hæc studia colueris (nam quin iam hoc feceris, partemq; aliquam tuarum curarum huc olim traduxeris, atque omni ratione nostros adolescentes excitaris, negari non potest) si inquam, hæc studia colueris, & amatores ipsorum toto pectore complexus fueris, si ne dubio hæc vetus huius telluris laus renouabitur, florebuntq; magnopere hic, vt olim fecere, studia poetarum. Quod non temere mihi video posse affirmare, quia præterita ætate, in qua non magnopere ipsa culta, & ornata sunt, tamen hic duo extitere, qui veteribus illis, tantopere laudatis, nostris poetis non valde inferiores fuere. & vt multi putant, si diutius vixissent, palmam profecto ipsis eripuissent. vt fortasse adhuc non desunt, qui vestigia ipsorum premant, ac sine dubio in hoc magnum nomen honoremq; consecuti sint. Ut autem alia res, quæ à te solo ad ipsa ornanda valde apta, proficiisci possunt, mirifice hæc studia adiuuabunt, ita res tua gestæ materiam idoneam poetis ad scribendum dabunt. Ego sancè, qui parum, aut nihil efficere valeo, quod ad ipsa promouenda valeat, tamen multum in hoc laboravi, ac naturam meam vici. atque ea præterea de causa tibi hunc meum laborem dicauit (cui mea omnia, animumq; ipsum, vnde hi fructus prouenient, iam pridem consecraui) vt te erga hæc studia præclarè animatum, magis adhuc inflammarem, & ad poetas ornando, certosq; litteratos viros decorandos, que propria laus est tuae familiae, incitarem. Vale. in optimisq; tuis cogitationibus felix sis.

P E T R V S V I C T O R I V S
L E C T O R I .



A GNI semper honores habiti sunt poëtis: nec tempus nullum fuit, quo studium condendi carminis non extiterit, quantum è priscis litteris, veterèq; omni memoria licet suspicari. scripta nanque Hebræorum, quæ satis antiqua sunt, testantur gen tem eam admodum hac arte delectatam fuisse: in qua etiam non pauci apud eos magnopere floruerunt: summamq; inde laudem, ac gloriam reportarunt. Extitere postea Græci, qui cum ceteros omnes mortales omnidoce ingenij superarent, in studium & ipsi idem toto pectore incubuerunt: in primisq; genus hoc orationis, pedibus quibusdam ligatum, coluerunt: neque enim tantum quæ oblectare possent, ac suauitate quadam animos hominum permulcere, numeris quibusdam, versibusq; complexi sunt, sed graues etiam materias, tristesq; hoc tanquam condimenti quadam genere asperserunt. Testantur hoc, verumq; esse declarant, Parmenidis, Xenophanis, Empedoclis opera, qui cum aut theologi, aut physici fuerint, subtiliter à se, optimeq; cogitata hac ipsa oratione incluserunt. Vixerunt iisdem temporibus non pauci: ac multo plures ipsos ætate consecuti sunt, qui cum veriorem materiam sui carminis cepissent, magisq; aptam huic lepori, festiuitatiq; recipienda, omnem operam, industriamq; suam in poëmatibus conficiendis consumperunt. vt taceam, qui cunctos illos tempore antecessit, lumen eximum ingeniorum: fontemq; omnis elegantiæ, Homerum. de cuius summa virtute, naturæque diuinitate cum omnes consentiant, reliqua ipsius omnia valde incerta, & obscura sunt: neque enim omnino compertum est, aut qua ætate vixerit, aut ubi natus sit, aut quod denique præstiterit, naturæ ne ipsius vi, an arte, doctrinaq; præstiterit. Aeschylus autem in primis, qui & philosophus erat: & in omni suo facto, vitaq; amplitudinem ac dignitatem colebat, grande argumentum sectatus est, tragœdiæq; scribendæ se totum dedit, quam cum vndiq; rudem, & inchoatam accepisset, pluribus rebus ornauit, ac magnopere studio suo expoliuit. Huic successere Sophocles, atque Euripides, qui in eadem scena magna cum laude versati sunt, ac siquid illic desiderari poterat, cura, diligentiaq; sua addidere. Non enumerabo nunc, qui ætate illa in codem studio vixerunt, quamuis longe diuersa genera poëmatis amauerint: aliiq; musis se totos dicauerint. Et sanè cum mecum diligenter cogito: menteq;, quæ fuerit vita eorum, qui tunc Athenis ætatem degebant, reueluo, fortunatos illos, beatosq; fuisse iudico. quibus cotidie liceret aliquod specimen ingenij gustare: eodemq; tempore sincera aliqua voluptate se vndiq; explere, & mores simul, vitamq; ab omni labore, culpaq; emendare: in ea enim præcipue vrbe, domo profecto quadam Mu-

farum, florebant & studia reliqua doctrinæ, & hæc in primis elegans, & polito homine digna, disciplina. Quare rectè existimatur amplius ille grandisq; poëta dixisse, nec sine causa tantum huic ciuitati, præclarisq; ipsius institutis tribus, qui affirmauit Athenas Græciæ Græciam esse. quod vt vniuersa Græcia cunctæ Barbariæ præstaret, ita hæc vna Græciæ ciuitas reliquas omnes eius gentis ciuitates dignitate, ac gloria superaret. Non opus est nunc accuratè docere, quanto studio Athenienses partus optimorum ingeniorum souerent: qui busq; quasi condimentis quibusdam, hunc suauem etiam sua sponte cibum animorum concinnarent. cum potius in hac re quibusdam aliquando visi sint plus quam oportet, fecisse: iustumq; ipsius mensuram transiluisse. qui fortasse falsò senserunt: nec quantum boni inde capi posset, si quis verè existimet, cognouerunt: cantus enim quidam, musicæq; artis lepores, vt magna voluptate aures afficiunt, & ea quidem pura, ac sincera, ita & animis moderantur, & motus ipsorum turbidos extinguiunt. vt non sine summo consilio illi dicti sint là grauissimis, sapientissimisq; viris magnam vim habere ad veteres mores retinendos, statumq; ciuitatis optimum conseruandum. nam quanto facilius irrepant in pectora hominum, quæ festiuitatibus his commendata fuerint, vel potius hoc eximio bono ornata, neminem arbitror ignorare. quantum verò studium veteres poëtae adhibere soliti sint, vt vitæ hominum prodeßent: exemploque aliorum, quos tanquam imaginem quandam magnarum virtutum, aut ingentium vitiorum effingerent, nos expolirent, & ab omni culpa reuocarent, exploratum est: neque enim illi, si finem alium suorum laborum habuissent, tantopere probati fuissent: nec adolescentes ipsi voluntate parentum: consilioq; eorum, qui teneræ illi ætati præfunt, omne illud tempus in illis & diligenter legendis, & ad verbum ediscendis consumpsissent. quare existimari debent, huic etiam parti doctissimi viri prouidisse, & eos potissimum numeros, modosq; elegisse, qui & rebus illis, quas canerent, mirificè conuenirent, & animos etiam nostros ab omni labore, maculaq; purgarent. Quos etiam sumptus nobilis illa ac generosa ciuitas in scena ornanda sustinere, & quanto artificio res eas, quæ illic agerentur, referendas curaret, nemini dubium est. nam scripta etiam epicorum, quibus in theatro locus eodem pacto vt tragicis, comicisque non erat, non carebant ornatu, nec vlo modo destituta, impolitaq; manebant: ad lyram nanque antiquitus illa canebantur, & certos quoq; summo studio instruetos, atque omni cultu corporis expolitos, quos ἄρτωλις vocabant, habebant. De melicis verò: grandioribusq; illis poëtis, qui dithyrambici dicebantur, nihil opus est disputare: his enim poëmatibus exornandis præcipue musica inuenta erat: magnamque in primis coniunctionem illa, cum hac arte habebant. Nec existimare debemus tam eruditam, optimisq; legibus institutam ciuitatem, aures patefacturam fuisse poëtis, nisi ex illorum studio fructus magnos capi posse intellexisset: si nanque maius aliquod incommodum ex lectione illorum nasci plerunque cognouisset, longe illam à se voluptatem protinus exturbasset: quis enim est verior fructus rerum secundarum, aut qua alia in re melius tranquillis temporibus homines acquiescant? sine studio nanque aliquo, relaxationeq; quapiam animorum nullo modo vita traduceretur. Sed Romana etiam res publica, quæ gens grauis in primis, & severa fuit: duramq; admodum, atque asperam viam diu coluit, quippe cum in militaribus laboribus tota occupata foret, cito hæc studia recepit: poëtasque in magno honore, ac pretio habuit. quod studium

dium in tam nobili ciuitate, & quæ imperium in omnes gentes haberet, tantopere crevit, vt quemadmodum cetera bona eò comportata fuisse ex omni orbe terrarum videbantur, ita quoque ipsum relætis veteribus, suisque sedibus, confluxisse in eam urbem non sine causa existimaretur. Statim igitur illic orti sunt Ennij, Pacuuij, Accij, qui tragœdias scriberent: grandeque hoc poëma magnificè explicarent: sententiarumq; amplitudinem, cum granditate verborum, stiloq; sublimiore copularent. nec tamen eodem tempore scena altera destituta fuit, ac sine honore vlo, dignitateque iacuit. extitere nanque lepida ingenia, quæ ipsam frequentarent: atque ita demum tenuem illum materialiter colerent, atque omni suavitate expolirent, vt non pæniteret grauem illum populum, & gloria vndique, magnitudineque rerum gestarum florem, in theatro sedere, atque aures vocibus comicorum, iocisque præbere: Ii autem fuere Cæcilius, Trabea, Afranius, aliique complures, in quibus Plautus, Terentiusque summum locum tenuere. cum eorum alter facetiis, salibusque mirifice animos eorum oblectaret: alter vero, severitate, singularemque naturarum proprietate, à se mirabilem in modum expressa: rerumq; ipsorum prudenti constitutione, eosdem captaret. non defuerunt etiam ipsis, qui reliqua genera poëmatum adumbrarent: & si parem in illis laudem Latinis cum Græcis primis temporibus consequi non potuere. nam apud illos quoque postea nati sunt, qui doctrina, ac studio non paruo in ea genera adhibito, non multum Græcis cederent, nec valde inferiores ipsis laude ac gloria forent. quamvis, vt verū fateamur, natura ipsa Græcos illos diuinos poëtas, suo quosq; in genere primos, videatur informasse: ars vero & diligentia nostros potius expolisse. qui sanè tantum in ea re progressi sunt: plus minus ve honoris, commendationisque acquisuerunt, quantum ad illos proprius accesserunt: meliores, aut deteriores eorum imitatores extiterunt. Cum autem in principe omnium ciuitate hæc studia florarent, & quæ tanquam mater ceterarum urbium foret, paulatim illa in municipia, coloniasque manarunt, ac per omnem Italiā spargi, disseminarique coeperunt. et eadem de causa etiam in provincias transferunt: quibus omnibus in locis vehementer colebantur, summoque in honore erant. Huius vero rei signum est, ac satis quidem illud certum & exploratum, quod cunctæ illæ ciuitates theatra edificarent, quorum vestigia multa manent adhuc: vel potius non paucis in locis adeo integra, & ab omnibus temporis iniuria conseruata sunt, vt certò intelligatur cogitasse illos operis ipsius, ac materiæ firmitate naturam ipsam vincere, quæ vt noua aliqua semper gignit, ac procreat, ita vetera, factaque cunctæ conficit, atque consumnit. voluerant autem illi præstò sibi semper facultatem omnem esse huius voluptatis fruenda, atque omnia prompta, parataque manere, quæ ipsam adiuuarent, atque omni re vndique ornata, instructamque redderent. Sed non tam fortasse his obsuit vetustas ipsa: iniuriæque, quæ nascuntur ab iis rebus, quæ in propinquo telluri hoc cælo fiunt, quam humana vis, impetusq; mortarium: qui alia mente vñi, longeq; diuersum consilium fecuti, illa euenterunt, quæ sedulo maiores, magnisq; sumptibus factis fabricarant. quæ causa etiam, vt arbitror, fuit, vt optimorum ingeniorum monumenta, quibus illa seruabant, eodem fato uterentur, & ipsa quoq; miserabiliter extinguerentur. Vnde priuca illorum ad nos peruererunt: præsertimque apud Græcos nouæ comediae penitus interierunt. ut quæ teneræ esse, & posse mores iuuenum corrumperem existimarentur. Cum tamen contrarie rei efficiendæ illæ inuentæ forent, & ipsis

& ipsius certè præstandæ magnam potestatem haberent. Sed Cicero quoque vtilitatem huius poëmatis magnopere prædicauit, qui testimonio veteris grammatici, comediam imitationem vitæ, speculum consuetudinis, imaginem veritatis vocauit. et Plutarchus præterea, optimus huius rei existimator, vitæque cultor tristissimus, eximiè ipsam celebrauit, cum Menandri fabulas commendaret, ac quot fructus ex illius ingenio tencro adhuc prodiissent: adolescentes enim ille mortuus est, significaret. Nam Socratem, Xenocratem, Zenonem, seuerissimos quosq; philosophos, in theatrum venire solitos, litteris mandatum est. Animus sanè illorum, qui ipsa tollenda curarunt, reprehendi non debet: prodest neq; humanæ vitæ voluerunt: consilium fortasse non omnino sapiens fuit: quod enim nocere tantum consuevit, nec boni quicquam vñquām gignere potest, id funditus excidendum est, atque omnes eius fibræ sine dubio elidunt: contrà autem, quod mixtum est, & quis è duabus maximè contrariis rebus temperatum, quarum alteræ detrimentosæ sunt: alteræ vero vtiles, quales ferè omnes res in hac nostra vita sunt: neque enim pure sinceræq; illæ vlo pæto sunt, ipse nullo modo videntur extirpandæ, ne vñā cum malo, bono etiam priuemur: potius enim via aliqua, ratioq; est excogitanda, qua vitium illarum conteratur: commodum autem, bonumq;, quod inde capitur, augeatur. vnde factum illud Lycurgi, stulti atque importuni regis, meritò insimulatur, atque ab omnibus irrisum semper est atque exagitatum. qui cum vidisset, quibusdam, qui ipso vñi fuerant immoderate, vinum aliquid nocuisse, subito vites excidi iussit, ac stirpem illam mitem, vnde tot bona ad humanum genus perueniunt, quantum in ipso fuit, seuitia sua, magnoq; opinionis errore obtruncavit. eadem igitur ratio fuit eorum, qui fabulas poëtarum, suauissimum pastum animorum, magnumq; ornatum rerum secundarum, deleuerunt: ac paruo spatio temporis fructus magnorum ingeniorum, qui valde vtiles erant aliis ingeniis excolendis, ac quidquid deniq; ad eos expoliendos pertinebat, perdiderunt. Quare non parum fortasse in illos quadrauit, quod Spartiates quidam in Philippum Macedonem, illum Alexandri patrem, fertur dixisse: cum enim Lacedæmonem nuntius venisset, Olynthum eum euertisse, atq; in nobilem, ac copiosam Græcorum urbem rabiem omnem suam exercuisse, inquit, regem eum æqualis illi vrbis condendæ facultatem nunquam habiturum. Sed vetus hoc incommodum, & quod longinquitate temporis pænè tenebris inuolutum est, amplius non deploremus: optemus potius, ne huiuscmodi aliquid in mentem veniat nostri saceruli principibus, ac matuoriore consilio in deliberatione omni de hac re, vtantur. Vt si quando etiam duri quidam ac pænè agrestes, siue qui tristitia hac sua commendari vellint, huiuscmodi aliquid suaferint, consilia ipsorum mala uafraq; contemnant, ac nullo modo Musis bellum indicant: cum enim vita nostra, malis multis ac molestiis vndiq; cincta, aliqua egeat oblectatione, nec continenter versari possit in laboribus, requietemq; nullam capere tantarum defatigationum, quæ remissio animi honestior est, ac magis probo viro, liberaliterq; educato digna? Nam imbecilla xtas, & quæ nullo pæto voluptate diutius carere potest, nisi in animi voluptatibus aliquibus occupatur, corpori se totam tradit, atque illius cupiditatibus explendis ardenter incumbit. vt vitam ita degere videatur magis belua alicuius, quam hominis propriam: quia neglecta meliore parte sui, deteriori seruit, rationemq; appetitui patitur obtemperare. Prætereo fructum illum, qui maximus ex hoc studio percipi potest, de quo supra disputatum est:

qua

qua enim alia re magis ad virtutem colendam adolescentes, quam vocibus portarum inflammantur? aut quomodo illi magis à vitiis reuocantur, turpitudinemq; eorum propè oculis intuentur, quam spectatis, & tanquam ante pedes positis exemplis illarum rerum, quæ summo consilio à poëtis, ea de causa, describuntur? Nec Platonis auctoritas, quominus poëtas diligamus, studiumq; ipsorum toto pectore colamus, debet nobis obstat. qui putatur non valde amicus ipsis fuisse. quippe cum ducem eorum optimum è rep. illa, quam finxit, quamvis ornatum vndiq;, ac summo quoque honore affectum, eduxerit, atq; exterminarit. vt qui credere tententis ipsius quibusdam: totaq; demum ratione illa, infici multum, atque depravari mores hominum eorum, quos suo quodam, ac nouo modo institutos, illic viuere voluit: ac si id ficerent, plenè, perfecteque, beatos futuros existimauit. ipse nanque perspicitur magnopere hac arte delectatus fuisse, sermonesq; ipsius eruditissimi, atque politissimi reserti sunt vocibus poëtarum. accurati vero ciudem interpretes longè aliud ipsum sensisse arbitrantur: nec minus aliquid vñquām cogitasse, quam Homeri dignitatem violare, quem admirabatur, ac cum aliquam eius rei occasionem naecus erat, libenter ornabat, ac summa virtute præditum esse affirmabat: ita demum illi purgare conantur hoc crimen, tanquam nullam maiorem maculam doctori suo, auctorique, vitæ, inuri posse existimarent: nec alia villa re tantum dignitatem illius, existimationemq; laedi ac labefactari, quam si crederetur ille poëtam eum insectatus fuisse, quem ceteri omnes iure optimo colerent ac venerarentur. Quod si alia nulla ratione auctoritatem Platonis poterimus sustinere, opponemus ipsi Democritum, magnum illum physicum, & qui de hoc etiam præclarè potuit iudicare: ipse nanque mirificè Homerum celebrauit, scripsitq; ipsum: quæ verba adhuc eius illustri loco positæ leguntur, cum diuinam naturam naecus esset, ope ipsius ornatum illum variorum carminum potuisse fabricare. vt qui putaret sine diuino cælestiq; ingenio, nullo modo potuisse ipsum, adeo pulchra, sapientiaeque, plena carmina confidere. nam eundem etiam, quod simile huic est, sine quodam afflato furoris negasse quemquam poëtam magnum esse posse, Cicero testatus est. magnam autem vim apud me habet ad Homeri uitutem perspiciem, & quasi ante oculos mihi collocandam, cum cogito virum illum ipso contentum fuisse, ac nihil amplius in ea re desiderasse, cui unus hic mundus satis non fuit, sed innumerabiles uel infinitos potius, mente animoq; peragruit. Hanc igitur artem, tantopere generi humano utilem, cum ipsam ualde probaret: & quantos fructus ferre posset, præclarè videret, iudicio suo ac cognitione multa pulcherrimarum rerum ornare voluit Aristoteles: simulq;, quæ ipsius tractandæ optima ratio esset, amatoribus illius indicare: gratiæq; multum ipsi, ac dignitatis aduersus eos, qui eam non magnopere diligenter, conciliare. nam non deerant etiam qui, eam colentes, in aliqua re, ignoratione ducti, peccarent: quos corrigere, atque in veram viam reducere, rectum esse existimauit. Quod si quis hoc unquam efficere eximiè potuit, ille in primis, uel potius unus omnium mortalium, huic rei præstandæ idoneus fuit: & quia quæ laudi, aut vicio poëtis darentur, longo tempore Athénis obseruarat: et quia ingenium id, iudiciumq; habebat, quod metiri res omnes facile valeret: veramq; illarum formam cerneret, atque aliis etiam, qui cupiditate ipsarum capti forent, demonstraret. Semper vero eum studium hoc amasse multis modis intelligitur, in quibus hoc etiam non paruum animi ipsius erga illud indicium est: quod scripta sua omnia testimoniis poëtarum referit: sæpeq;

peq; verum esse quod sentit quacunque de re, auctoritate ipsorum comprobauit. Valet etiam plurimum ad idem declarandum, quod cum à patre ipso, prudentissimo rege, Alexandrum suscepisset instituendum, & omni eleganti doctrina: &, qua tanta spci pueru conueniret, expoliendum, Homerum in primis illi proposuit: ingeniumq; ipsius in virtutibus eius summi poëtae contemplandis exercuit: cum enim alterum Homeri opus ab ingenioso viro, ac multum in hac re vidente, vocatum sit pulchrum humanæ vitæ speculum: quis non fatetur imaginem magnanimi uiri, ac fortissimi regis Iliade expressam esse: nec potuisse optimum, sapientissimumq; præceptorem verius illum informare, & simulachrum eius vitæ, quam sequi postea ipsum oporteret, ante oculos illi melius collocare, quam si monstrasset ei Achillis virtutes, artificiumq; poëtae docuisset in illo heroe fingendo, ceterisq; principibus Græcarum copiarum, & ipsis clarissimis viris, exprimendis? Inde autem natus est admirabilis ille amor magni illius regis erga magnum eum poëtam, quem multis modis significauit, ac nullo tempore passus est minui suo in pectore, atque extenuari. quod mirari non debeimus, cum in animum cius tenerum singulares virtutes: incredibilemq; industriam huius diuinissimi poëte acutissimus magister studiosè, & quanta maximè diligentia posset, inseuisset. Nam Alexandrum postea, virum factum, militarisque disciplinæ vñu etiam valde peritum, Iliadem bellicæ virtutis viaticum existimasse semper atque appellasse, abiis qui res ipsis gestas scripserunt, comitesq; itinerum eius fuerunt, litteris proditum est. Eundem etiam Achillis facta magnopere admiratum fuisse: è numeroque heroum omnium plurimum illum amasse, testatur honos, quem cineri ipsius atque ossibus habuit. Cum enim bellum illaturus regi Persarum, Ilium venisset: vel, vt alij volunt, in Sigeum: illiq; Mineruæ hostias immolasset, simulq; heroas re diuina illis factas, sibi propicios reddidisset, columellam super tumulum Achillis stantem, vnxit vnguentis: nudusq; vna cum fodib; suis circum ipsam cucurrit; coronaq; illi imposita beatum Achillem prædicauit, quod duo illa multum peruagata: & quæ paucis admodum in vita contigere, consecutus esset. Consecisse præterea Aristotelem libros non paucos Homericarum quæstionum, memoriae à veteribus proditum est, quemadmodum etiam separatim eum tragediam ornasse: omneque demum hoc studium aliis quoque scriptioribus suis illustrasse. Incubuit igitur ille in hanc rem toto animo, atque, vt existimare licet, quod conatus est, absoluit, cumulateq; perfecit: omnesq; partes poëties subtiliter pertraetauit. Cum autem dicendi etiam studium expolisset: atque ad intimas ipsius partes acie ingenij sui penetraisset, magistrosq; demum illius, artem, quam profitebantur, docuisset, eadem naturæ diuinitate quid boni, malique in hac ipsa committi possit, declarauit. in quo etiam plus ne, an minus laborarit, non facile affirmarim. Nam cum illi plures habuerit, qui ante ipsum in id opus incubuerint, doctoresq; illius studij, vt potuerunt, extiterint, hanc contra artem primum ipsum aggressum fuisse iudico: neque enim vlli memorantur, qui id efficere tentarint: vt post Aristotelem etiam, qui aliquid ipsi addiderint, multumq; in eo progressi sint, minime feruntur. Non falsò etiam fortasse putaret, qui crederet hunc doctissimi viri labore magis profuisse ad scripta veterum poëtarum iudicanda: uirtutesq; ac vitia illorum intelligenda, quam nouum aliquem, qui in eo studio cum laude versatus sit, informasse, & perfectum vndiq; atque absolutum redidisse: neque tamen id auctoris ipsius culpa factum est: sed vitio potius eo-

rum

rum temporum, quæ, postquam ille editus ac diuulgatus est, Athenis, reliquaq; in Græcia, consecuta sunt: ita enim omnia Macedonum armis, intestinisq; malis illic perturbata sunt, vt vetera instituta Athenienses dimiserint: ac nouos mores, miseræ illi fortunæ conuenientes, paulatim didicerint: otij vero, ac pacis hæc studia socia sunt, florentibusq; rebus gentis alicuius ac populi, non tantum tranquillis temporibus, maxime frequentantur. Romani autem poëtae ad præcepta hæc, nisi fallor, non multum aures patefecere: neque auctoritatem huius summi doctoris in studio suo secuti magnopere fuere. tragicanique, ac comici totos se ad fabulas Græcas vertendas dederunt, nec noua multa argumenta studiose finxerunt. Epico vero carmini colendo apti in primis, vt arbitror, Lucretius, Catullusq; fuisse, si eorum alter veriore materia cepisset, in qua versibus complectenda ingenium exerceret: alter vero longiorem ætatem vixisset, cum iuuenis adhuc tale specimen huius poëmatis dederit, vt non male de ipso hocariolari possimus: ambo autem magnis ingenii prædicti fuere: iisq; luminibus poëmata illa sua referunt, vt si toto pectore in hoc amplum argumentum incubuissent, nullo negotio pares illi tractando, omniq; virtute cumulando, futuri fuisse intelligentur. nam quanta in utroq; fuerit facultas scribendi, elegantiaq; orationis, cum ea ætate vixissent, qua maximè Latinus sermo purus, sincerusq; esset, quid attinet disputare? Successit his Virgilius, non magno sanè spatio temporis interiecto. sed, quo grauia in primis mala, atrociaq; exorta sint, & quæ, vt veterem statum eius ciuitatis labefactarunt ac pænè Romanum imperium euenterunt, ita Latinum sermonem, extincta omni nobilitate, totum inquinarunt: & antiquum omnem leporem ei eripuerunt. hic igitur, cum idoneam materiam, propriamq; eius carminis sumpsisset, plurimum ipsam studio diligentiaq; sua exornauit: ac quod arte iudicioq; præstari potuit, egregiè perfecit, atque cumulauit. nam & Homerum ducem sibi proposuit, ipsumq; omni in parte sui poematis accuratè expressit, vel vt quidam volunt, potius expilauit. quin certè tanquam apis quædam, singulos eius flores, vt tragicorum etiam, reliquorumq; optimorum, & Græcorum, & Latinorum poetarum lustrauerit: indeq; suauissimum mel conficerit, dubitari non potest. Sed tamen hic magnus, & qui studio illo suo, curaq; adiutus, primum facile locum inter suos sibi vendicarit, ac iudicio multorum cum Homero etiam de primo loco ac palma concertarit. Sed vt ad opus Aristoteleum, artemq; hanc redeam, iacuit diu ipsa: & pænè vndiq; tenebris oppressa atque extincta fuit. quippe cum è tribus libris, primus tantum in vita relictus sit: reliqui autem duo qui consequebantur, interierint: nec vestigium eorum ullum restiterit. nam ad hunc numerum librorum, quos scripsit de hac arte, peruenisse Aristotelem, testimonis veterum auctorum perspicitur: & Plutarchus enim in Homeri vita tertij libri mentionem fecit, non longè à principio eius benè longæ scriptio, vbi de origine eius poëtae disputat, ac quid de re illa memoriae prodiderit Aristoteles, diligenter commemorat. Sed etiam Lærtius in Socratis vita narrat Aristotelem in iij. libro ΠΟΙΗΤΙΚΗ, dixisse optimo illi viro sedulò aduersatos fuisse Antilochum Lemnium, & Antiphontem interpretem portentorum. Præterea ipsem in viij. libro de optimo statu reip. testatur, se accuratè, copioseq; disputasse de purgatione perturbationum in his, quæ scripsit de poetica. nec non & in primo itidem, & in iij. libro de arte dicendi exponit, se de facetiis, omniq; ipsarum specie seorsum differuisse in iisdem de poetica scriptis. quarum rerum vix umbra quædam nunc reperitur

b

in

in hoc libro, quem in manibus habemus. præterquam quod nullo modo verisimile est ipsum, accuratum in primis doctorem, multas partes huius operis neglectum fuisse. & eas quidem non parvas: imperfectumq; demum id, atq; inchoatum reliquiss: aut enim non attingendum id fuit, aut postquam manus illi admouisset: partesque ipsius aliquas accurate persecutus esset, reliquias etiam expolire debuit: propositumq; suum ad exitum perducere. nam quin statim in principio huius operis comediam appellari: ipsamq; ornandam sibi proposuerit, dubitari non potest. quomodo igitur ipsam, si opus plenum, integrumq; esset, omittere potuit? Vtinam potius hunc vnum librum, qui restitit, totum, integrumq; esse affirmare possemus, vt scriptiōnē hanc ipsam mancam, debilemq; esse affuerare non timemus. Neque tamen ob id minus nobis gratum, acceptumq; hoc, quod tenemus, esse debet: cum enim ipsum ē magna quadam procella, naufragioq; saluum sit, videtur, à nobis ea de causa magis custodiri, ornariq; debere. præterquam quod ita multa præcepta in ipso continentur: disputationesq; tam acutæ, & poëtæ informando necessariae illic existunt, vt omnis opera in eo diligenter legendo bene collocetur: frustusq; sine dubio maximus inde capiatur. Sed, vt significauī, iacebat hoc præclarum opus: nec aliquos adhuc acres sui amatores naētūm fuerat: quamuis enim formis excusum iam, diuulgatumq; foret, Georgiusq; Valla in Latinum sermonem ipsum vertere conatus esset, non tamen adhuc, quia nulla magna diligentia in eo illustrando adhibita fuerat, in vsu, honoreq; vlo erat. quum constet eruditissimos etiam viros, qui omnem etatem in humanioribus iis litteris expoliendis consumperent, accuratè ipsum non legisse: neque inde vñquam testimonia vla citasse. Exortus postea est Alexander Paccius, cuius meus, qui studio præterea hoc ipso vehementer tenebatur: ac tragœdiā etiam quandam, inuenito nouo genere versus, nostro patroq; sermone conscripsit, vt plures etiam ē Græcis poetis, non sine laude & industria multa, partim eodem nostro: partim Latino sermone expressit. ille igitur ita acriter hoc opus amauit: vt semper in manibus illud haberet: ac de nulla re magis cum hominibus doctis, versatisq; in scriptis huius philosophi loqueretur. Quare cum incensus desiderio ipsius esset, ac nulli labori parceret, vt eum adiuuaret, cum antiquis libris, cuius rei potestate magnam naētus est, cum gratia apud Clementem VII. Pont. Max. floreret, peruulgatam scripturam contulit, & multos sine dubio locos emendauit. Sed etiam, cum idem arderet studiis omnis elegantis doctrinæ: in primisq;, vt traditum est, artem hanc coleret ac frequenter, vt magis familiarem sibi hunc librum redderet, singulasq; sententias accuratè ponderaret, in Latinum sermonem ipsum vertere aggressus est: nec tamen plenè, quod animo contendebat, effecit: conatui enim illi egregio mors obuiam iit, ac singulare bonum, quod inde nasci potuit, fregit ac disturbauit. inchoatus igitur, imperfectusque labor ille honesti ac probi viri exiit: nec tamen non studia aliorum non parum excitauit. In idem opus non multo post Franciscus Robortellus toto pectore incubuit: qui & annis, & eruditione florens, consumptis in tam præclaro, arduoque opere plurimis vigiliis, hunc librum primus scriptis suis illustrauit. plurimumque caliginis inde sustulit atque dissipauit: nec non ope antiquorum librorum, non nullas præterea ex eo manculas deleuit atque exturbauit: cum enim multa ille legislet, fabulasq; omnes omnium poëtarum diligenter versasset, ac sedulo in primis Græcos scriptores, in quibus varia, multiplexque doctrina existit, volutasset, bene paratus in hanc

in hanc palæstram venit, quare non sine causa, magnam inde laudem, gloriamque reportauit. Descendit statim in eandem arenam egregie & ipse alia parte ornatus, ac scientia omni subtili comitatus, Vincentius Madius. qui cum etatem omnem in grauioribus libris eiusdem auctoris contriuisset, atque in celeberrimis gymnasiis scripta ipsius interpretatus esset, labore etiam hunc viribus suis indignum non existimauit, atque in eo sustinendo omne ingenij sui robur contendit: hic & singulas sententias diligenter examinauit, ac que obstat illic, pugnareque inter se videbantur, cognoui: adhibitaque diligenter plurima nodos plures dissoluit, atque extricauit. & ne longior in laudibus ipsius persequendis sine vlla necessitate sim, quippe cum liber ipse, plenus eruditioñis ac diligentiae, in manibus sit, vtilem valde operam suam in hoc præbuit atque collocauit. Sed nescio quo paēto ego, dum hos verē ornaui, & quantopere ad hoc munus obeundum instruēti accesserint, significauī, errorē animi mei magis indicaui. qui non ita fortasse idoneus huic operi, neque par tanto oneri sustinendo, tamen illud suscepī, & quasi cum illis contendere voluisse, possum existimari. à qua sane mente, consilioque longè semper aſui: ac quiduis aliud magis animo meo cogitaui. quod sanè verum esse, atque ita prorsus se habere, res ipsa, vt arbitror, ratioque, quam in hac scriptione mea fecutus sum, declarabit: meque omni huius turpisimi criminis suspicione liberabit. Sed, vt rationem mei consilij aperiam, ac quid denique me, vt tam erumnoso nauigarem salo, impulerit, studium id fuit iuuandi, & amor erga hunc optimum scriptorem incredibilis: cum enim olim diligenter libros eius de arte dicendi legi: ac studio, vigiliisque meis quantum potui illustrauī, eodem tempore hunc etiam libellum, non valde alienum ab eo argumento, accuratè versauī, & cum ipsius obscuritatem animaduertissem, ac quām malē ille à vetustate tractatus fuisset, cognouissem, aliquid lucis ipsi adportare; plagarisque non nullas aliquando eiusdem sanare mihi videbar. cumque diutius in hac mente sussem, cœpi sperare, si id facere perrexissem, tempore futurum esse, vt adiumento alicui ad eum intelligendum iis, qui non tantum in eo laborarent, futurus essem. Quod vero falli in hoc, decipiique magnopere potuerim, admirandum non est, cum nihil tam difficile omni homini sit, quām scire, qui sit, ac quid præstare posse, videre. hoc igitur fortasse mihi fraudi fuit, ac quod primō, si totum mihi propositum fuisset, meritò me perturbasset, atque ab eo conatu penitus abduxisset, paulatim suscepī, non tam arduum, laboriosumque mihi visum est. Sed his omnibus rebus nunc relictis, ignosci arbitror oportere illis, qui desiderio iuuandi ceteros capti, splendorque laudis occedati, maius aliquod onus suscipiunt, quām vires eorum valent sustinere. hanc igitur mihi quoque veniam dari rogo: præfertim si liuor nullus, obrectatioque in hoc meo labore apparebit: quarum rerum umbram omnem, speciemque, vt illæ (nisi fortasse nimis mihi placebo) ab animo meo absunt, ita inde delere, ac funditus extinguere conatus sum. Accesserunt postea preces amicorum, assidueque ipsorum voces, vt quidquid & ipse inuenissem ad hoc studium illustrandum aptum, diuulgarem, & cum amatoribus ipsius maximis communicarem: ego enim, vt timide semper ac pedetentim ad hoc opus accessi, & in singulis ipsius partibus multum hæsitaui, ita ad extremum hoc consilium capiendum valde cohorui, & tanquam scopulum aliquem prolationem in medium mearum harum vigiliarum reformidaui. Nam quin cupidi ipsius multi inuenirentur nunquam dubitauit: neque enim con-

tingit hic, quod in altero illo studio, arteque dicendi vsu venit, vt in liberis tantum ciuitatibus ei locus sit, vigeatque solum tranquillo statu reipublicæ, atque omni strepitu belli procul fugato. cum enim & illic maximè floreat, ac secundis ipsarum rebus magnopere delebetetur, gratum tamen est regibus, honoresque ac præmia magna adipiscitur ab opulentissimis quibusque hominibus: idemque rerum aduersarum solacium ac perfugium magnum est. *Quis enim nescit Aeschylo ab Hierone Siculo maximos honores habitos esse?* qui cum Athenis discessisset, existimans se ignominia notatum, quod ipsi seni adolescentem Sophoclem, qui tum primum in scenam venerat, delebit iudices anteposuerint, eumque victorem illius certaminis sententiis suis declarassent, in eam potissimum tellurem se contulit: tyrannoque illi mirificè gratus & acceptus fuit. vnde statim præclarum ipsius factum, beneficiumque in illos homines maximum ingenio suo celebrauit: condebat enim Hieron tunc Aetnam urbem. vnde poëta ille, argumentum hoc sui carminis fecit, fabulamque eo nomine docuit, qua & auctorem eius beneficij ornauit, & hominibus, qui illic viuerent, beatam vitam ominatus est. Apud Archelaum etiam Macedonem, vixisse multum Euripidem, notum est, qui rex tam benignus in eum poëtam fuisse fertur, & tam sepe maxima pecunia, muneribusq; amplissimis eum ornasse, vt magnum sane pondus auri aliquando Euripides magno animo recusaret: atque in eo contra preces ipsius perstiterit: aliquando totam illam pecuniam fodalibus suis necessariisque Athenas miserit, ne animum regis erga se penitus videretur repudiare. nam Menandrum etiam, qui alteram scenam coluit, à Ptolemæo primo Aegypti rege magnis propositis donis euocatum fuisse, memoriae proditum est. Sed alia plurima, si maiore confirmatione res egeret, exempla occurrerent: nec scilicet vetera, verum etiam noua, magisq; huic ipsi ætati propinquæ. quamuis negari non posset, quin hæc rariora sint, vt propter misera etiam, & valde calamitosa superiora tempora, non ita multi fuere, qui huic laudi toto animo incumberent, quamuis non penitus illa vñquam extincta sit. cum in aliqua semper gente omni ætate aliqui extiterint, qui vt potuere tunc studia hæc colerent, atque amarent. In quo etiam vere patria hæc nostra gloriari potest. quæ ingenia illa tulit, quæ prima hanc laudem renouarent, atque omnibus aliis, qui aliquid ipsius lingua scripsissent, longo interullo præstanter. ij autem fuere, vt uno omnium consensu patet, Dantes, ac Petrarcha, qui inter alios eius saeculi poëtas, tanquam lumen aliquod emicuerunt. eorum vero alter, ætate prior, & amplitudine argumenti maior, & cognitione omnium scientiarum inlustrior, poëma consecut, stuporis plenum, & diuinitate multa refertum. Quod si aliquem inferiore ætate natura armavit, ac si quis se ad scribendum diuino spiritu afflatus contulit, hic profecto fuit: neque enim humanis viribus nixa mens vlla, quæ vidit ipse, & vt nos videremus effecit, potuisset vñquam contemplari. Qui succedit autem illi, quem minorem materiam sumperferit: est enim Petrarchæ poësis, vt de Anacreonte illo Teio, Cicero memoriae mandauit, tota amatoria: multum tamen ipsi dignitatis attulit, honesteq; in primis atque ample teneras illas res, ac molles pertractauit. cum contra Græcus ille & turpiorem amorem celebrarit, & vini plenum, temulentiaq; poëma condiderit: ita se demum noster, in eo opere gessit, vt nihil in eo videatur posse desiderari, quod ad argumentum illud ornandum, atque omni laude cumulandum faciat. Cum igitur elegans hoc studium tantum adiumenti ceperit à nostris hominibus: nec tantum inuenti

uenti sint apud nos, qui magnificè, preclareque ipsum coluerint, sed etiam palmarum ex eo tulerint, cur non debui. & ipse, si quid opis ipsi adferre possem, valde conari. & cum eximium carmen scribere non valeam: nec etiam fortasse reætè id faciendi rationem aliis tradere, eum saltem, qui summo ingenio prædictus hoc fecit, artemque hanc docuit atque omni eleganti supellectile locupletauit, scriptis meis adiuuare: & præcepta, quæ dedit, vetustate ipsa, & præterea aliis malis corrupta multum, atque obscurata, sedulitate mea illustrare? Cum autem nunc explicationem huius libri, finem mei laboris esse statuerim, habeam tamen instituta quædam alia, quæ valeant aliquid ad artem hanc ipsam ornandam, commodiore tempore illa diuulgabo, vt nulla re, qua possim, definiam ipsam expolire, si modo id, quod conatus sum, ullam in partem efficere potui, atque præstare. Vt autem omnes ingenij mei vires contendi in singulis sententiis explanandis, ita diligentia plurimum, studiisq; adhibui in antiquis exemplaribus conquirendis: cumque omnes, quæ apud nos sunt, bibliothecas perscrutatus essem, opera etiam amicorum, industriaque in hac re vñsum. qui vt studio meo inseruirent, ceteras Italæ omnes excusserunt, vnde aliquid aptum ad hunc librum purgandum posset expromi. Sed se potius in hoc illi studiosos mei, diligentesque præbuerunt, quam auxilijs multum mihi, opisque, ad id quod quærebam, tulerunt. quod sanè ipse admiratus non sum: sciebam enim vulnera, quæ imposita erant huic operi, multis ab hinc saeculis eò comportata fuisse: videramque ipse olim, ac diligenter tractaram volumen quoddam antiquissimum, in quo cum vñ cum aliis non nullis bonis auctoribus, fideliter scriptis, hic etiam liber esset, nihilo melior illic ille multis locis, quam per uulgatus quilibet, typisque excusus erat. quare desperaui aliquid boni inde posse expectari. Totum igitur me contulit ad lectio nem communem diligenter spectandam, quam tamen arbitror me multis locis emendassem, ac studio meo meliore reddidisse. quod partim feci ope illorum ipsorum, cuiuscummodi erant, scriptorum librorum: partim collatione aliorum locorum, ac testimonio denique, auctoritateque quorundam veterum auctorum. vt coniectura etiam aliquando, acerrimaque animaduersione animi mei. quod tamen pudenter (nisi fallor) & cautè feci: semelque tantum, aut iterum, aliquid mihi, necessitate coactus, in hoc permisi: aut, si quis etiam hoc vult, arrogauit. nec recuso etiam, si forte deceptus sum: nimisque in hoc mihi tribui, quin opinio mea refellatur: veritasque ipsa iudicio meo anteponatur: omnia enim malo, quam huic diuino, atque utili in primis operi, cui plurimum prodesse studui, videri obfuisse, aut aliquid ipsi maculae aspersisse. Nam in hoc quoque simplicitas animi mei, cupiditasque infinita iuuandi apparebit. quod vt labor hic meus communior sit: sententiæq; auctoris minore cum modestia percipiuntur, ab his etiam, qui ipsius linguam non didicere, singula verba expressi, ac ne ordinem quidem illorum plerunque variaui: hanc enim rationem, rudem penitus atque inornatam, aptiorem semper existimauit scriptis huius doctissimi, atque acutissimi scriptoris exprimendis. qui nanque in præceptis alicuius artis, rebusque subtilibus, atque obscuris vertendis, elegantias sermonis sectaretur, hic studio illo suo (vt opinor) potius officeret, quam lectorum adiuuaret: ac scrupulos saepe magnos in animum eius insereret: oratio enim eorum, qui aliquam artem tradunt, longe diuersa est à genere dicendi oratorum: & corum denique, qui multum in eo studio versati sunt: quamuis enim illi tunc longè alij scriptioni incumbant, retinent tamen non parum




frequentatæ ab ipsis lectionis: resque omnis aut multum augere, aut contra conterere valde, & extenuare confuerunt. Hoc etiam, vt appareat, vedit Melanthius: acutus valde & ingeniosus poëta, vitiumque nimis expolitæ orationis significauit: cum enim quæsitus esset ex eo quid sentiret de tragœdia Diogenis, respondit non posse se ad eam oculis penetrare, nominibus vndiq; teatam atque obscuratam. Eodem igitur pæcto acuti sensus Aristotelis non poterunt indagari, si granditate verborum specieq;, tanquam velis quibusdam, operti fuerint atque adumbrati. Quia in re fortasse plures, non parum lapſi sunt, qui diu versati in illo scriptore, verborumq; splendore, ac copia diligenter notata, stilum Ciceronianum huc transtulerunt, atque in hoc potius studium omne suum: quam in sensibus philosophi exprimendis posuerunt. quod nullo modo (nisi fallor) fieri oportuit: eruditio enim doctrinaq; abscondita hinc petitur, non flores, ornatusq; sermonis ab his auctoriis expectantur. Verum autem hoc esse, prorsusq; probari debere, intelligitur etiam auctoritate illorum, qui publicè Aristoteles libros interpretantur. qui cum eruditissimi viri sint, ac de hac re egregiè possint existimare: quippe cum ipsis tanquam incudem quandam, continenter tundant: nec villam quamvis minutam & exilem partem eorum relinquant, quam non subtiliter perpendant & excutiant, reliquo labore hoc ipsorum, doctoreque suo ita concinnato, vt vix agnoscant: veterem illam simplicem, puramq; tralationem sequuntur. nec ab ea vñquam, in quo sanè multum vident, decepti elegantia, splendoreq; villo verborum diuelluntur: si quis enim illic aliquantulum à vero sensu auctoris dreditatur, quod necesse est, si pluribus verbis, aut ornatioribus vtatur, statim plures, ac molestæ quæstiones exoriuntur, quæ magnopere perturbant lectorum, ac sine causa ingenium ipsius exercent: cum tale nihil ab auctore vñquam prolatum, aut cogitatum sit. Cognoui ego Petrum Halcyonium, qui mirum quantum in hoc valuit: ac si conatus hic laudem in se magnam aliquam habet, non debuit non magnopere commendari. ita se certè ille in ea ratione amavit, vt non veritus sit Theodorum infectari, ac ceteros omnes, quos ille doctissimus vir, plurimumq; in hoc munere laudatus, secutus fuerat, præ se contemnere atque conculcare. hic non nullos libros Aristotelis interpretatus est, atque omnem industriam suam in eo posuit, vt sententias philosophi Ciceronis verbis exprimeret: cuius eloquentiam meritò semper probarat, & cum scribebat etiam aliquid, non infeliciter reddebat. quid autem præstare in hoc de quo quærimus potuerit, non est tempus nunc accuratè docere. laborem certè illum, non esse probatum testatur, quod in scholas philosophorum receptus non est, præterquam quod statim exortus est, eruditus sanè & accuratus vir, qui valde ipsum accusauit, ac volumen etiam de illius in eo opere erratis diuulgauit. Postrem etiam exemplis positis certorum locorum, vitium hoc ipsorum patefacere, & quam nullo iudicio in hoc vñsi sint declarare: sed quia ab aliorum culpis exagitandis toto animo abhorreo, & rem ipsam fatis iam planam, & apertam esse arbitror, omni hoc labore supersedebō. Nam ipse quoque huicmodi aliquid fortasse efficere potuisse, si conatus essem, atque id reatum esse, ac laude magna dignum existimassem: eam enim laudem esse, dignamq; prorsus, quæ hoc nomine appelletur puto esse, quæ à sapientibus viris, iudicioq; præditis proficiscitur: non ab his nascitur, qui vñbram potius rerum, & quod in promptu est spectant, quam vim illarum, naturamq; reconditam intuentur. Huic igitur quoque periculo me exposui: nec voces male-

uolorum,

uolorum, imperitorumq;, fructus aliorum gratia reformidaui. & cum fide dum me in hoc, quemadmodum in aliis omnibus partibus gesi, atque eam in primis seruau. Nec tamen non auctor sum iis, qui harum litterarum: artiumq; omnium optimarum studiosi sunt, vt Græcum sermonem perdiscant. quod non magno negotio, si tantum ipsius percipere voluerint, quantum huic eruditissimo scriptori legendo, ceterisq; scientiis eo scriptis percipiendis satis est, neque longo tempore impetrabunt: ita enim paucorum mensium labore, maximos labores, in quos necessario aliter singulis diebus incurrit, declinabunt: ac multo facilius ad occultos sensus auctoris penetrabunt: neque enim existimandum est, quemquam melius, aptiusq; sensum animi ipsius oratione editurum, quam auctor ipse fecerit, è cuius mente, intellectuq; illi prodierunt. Qui verò semel gustata suauitate, copiaq; huius sermonis, contentus hoc non erit, sed ad fontes etiam poëtarum accedere ausus fuerit, atque inde iucundissimum liquorem haurire, & tanquam in amoenissimis Musarum pratris requiescere voluerit, laborabit hic quidem magis. quippe cum illi festiuitates omnes, & lepôres vndiq; collegint, & è vetere etiam memoria, peregrinisq; regionibus verba quædam eruerint, vt non pauca quoque libere satis & contra consuetudinem ipsam aut iunxerint aut immutarint. Vnde factum est, vt quidam ipsis alia lingua, quam ceteri scriptores, locutos existimarint, & ob hanc difficultatem illos attingere magnopere reformidarint. nec tamen non labor ille maximum fructum, voluptatemq; aliquando in animis ipsorum creabit, & molestiam illam non sine grandi fœnore compensabit. Cum autem iam, quæ dicere cogitaram, ac consilio meo constituendo, necessaria existimaram, exposuerim, alaci animo ad auctorem ipsum ire iubeo. & vt omnes singula ipsius verba diligenter expendant, admonebo. quem ipsorum labore, si studio, diligentiaq; mea plurimum leuaui, gaudebo, ac quod magnopere cupij, me plenè consecutum putabo. Sin nullum magnum, vt studui, fructum illis tuli, voluntas certè non defuit: conatusq; huius rei efficienda, vt vnicuiq; apparere posse puto, non mediocris.

PETRI VICTORII
COMMENTARII
IN LIBRVM ARISTOTELIS
DE POETICA.



EPI τῶν ποιητῶν, αὐτοῖς τε καὶ τῶν εἰδῶν αὐτῶν, ἢν θνατώμα-
μιν ἔκαστον ἔχει, καὶ πως δὲ συνίσταθαι τότε μύθους, εἰ μέλοι
καλῶς ἔξειν ἡ τρώσις: ἐπὶ δὲ εἰ πόσον καὶ τοιόν ἐστι μοείων.
ὅμοιως δὲ καὶ τῷ τοῦ ἄλλων, ὅταν τοῖς αὐτοῖς ἐστι μεθόδου,
λέγωμα, αὗται ἀμφοι κατὰ φύσιν περιτον ἀπὸ τῶν περιτῶν.

DE Poetica, ipsaq; & formis ipsius, quam vim una quaer; habet, &
quo pacto oportet coamentare fabulas, si poësis bene se habitura est:
Praterea ex quot, qualibus ve est partibus: eodemq; modo & de alijs, quæ
eiusdem rationis, viæq; sunt, differamus, initio sumpcio, ut naturæ mos est,
primum à primis.



Avis proponit Aristoteles, quod toto hoc opere
confidere debet: neque enim nunc tantum indicat
quæ primo hoc libro prosequi cogitat: cum enim ma-
nifesto tradat se partes species ue poëticas explicare
velle, in hoc verò de duabus tantum agat, perspicuum
est ipsum intellexisse etiam, quæ reliquis duobus li-
bris persecutus fuerat: multo nanque plures species
poëticas sunt. est igitur prima hæc pars προεμήσις, & συν-
το: totius scriptionis, vt Græci vocare consuerunt.
Cum lis autem inter interpretes huius libri exorta sit,
appellari ne debeat proœmium prima hæc pars ipsius, quid mei iudicij de hac re sit
aperiendum videtur. Arbitror igitur recte vocari totum hoc exordium, quod po-
situm est ante explicationem præceptorum artis, quod aliquantum instruat lecto-
rem, ac breui ostendat consilium auctoris, vt à Græciis interpretibus appellatur
proœmium naturalis auscultationis, & aliorum Aristotelis librorum: nec tamen
puto par omnino esse ac simile proœmiorum, quibus vntuntur oratores in causis
agendis. Cum Cicero etiam in epistola quadam ad Atticum tradat Aristotelem uti
proœmijs in his libris, quos ἐποπεικοῦ vocat, vt qui crederet hæc ipsa non appellan-
da proœmia, quibus idem in suis granioribus subtilioribusq; scriptionibus, paucis
in vniuersum agit de eo, quod postea accurate explicare in animo habet: vereq;
ita vocari debere, quæ digrediuntur à materia, speciemq; ornatus habent, cuiusmo-
di sunt, quibus ipse vsus est in suis de philosophia libris: neque enim Aristoteles hu-
iusmodi proœmijs vsus est in his, quæ restant de obscuris graibusq; vlliis philoso-
phia quæstionibus. Sed vt intelligere licet testimonio Ciceronis, in communi-
bus popularibusq; libris proœmia affixerat, quæ similitudinem retinerent Cice-
roni.

ronianorum illorum. Sed his relictis. Cum Aristoteles dicat, *Ipsaq; et formis ipsius*, indicans quam rationem in arte Poëtica tradenda tenere velit, recte arbitror, vereq; hunc locum à Madio declaratum, qui putauit, auctorem, cum inquit. *ipsaq;* poëticam artē in vniuersum intellectissimē: cūq; statim adiunxit, *& formis ipsius*, eandem cogitasse in partes suas disiectā, quōd etiam, ut admonuit ille diligenter, seruauit in extremo hoc libro Aristoteles cū qua: se vsq; ad eum locum facta esent, breui illic repetiuit. Non est autem dubium, quin vtroq; modo de poëtica liceat agere: potest enim explicari cōmuniter, quid sit poësis: nec nō seorsum quid epicū carmen: quidq; tragœdia, seu comœdia sit: qua: sunt species poëticas. *Δύναμις* puto ipsum vocale vim ac potestatem: valereq; quod ostendit se dicturum, quam vim singulæ species poësis habeant, quid præstare ipse possint, atque in nobis moliri, se declaraturum: ea enim videtur esse vis ipsarum, cum inueniente sint nobis à vitijs purgandis atque oblectandis: infra quoque eodem pacto locutus est, vbi partes tragœdiæ quales sedulo ex ijs, qua: tradita iam essent, colligit: inquit enim μελοποίεις δέ τινων δύναμις φαντασίαι πάσαις: sed etiam in v.libro de rep. quo loco ostendit, qua: cause sint, initiaq; seditionum, & quod respublike statu suo moueantur: vtitur enim his verbis, omnibus iam illis expositis: τούτων δέ οὐδεὶς μηδὲ καθόδος τίνας ἔχει διάρκειαν, τὰς αὖτας, χρήσιμος εἰσ φάντασι. Addens autem se quoque explanaturum, quomodo decet fabulas componere, vt laudem consequatur id poëmā, significat compositiones etiam rerum quasdam esse virtuosas, quas oporteat vitare: alias autem rectas, omniq; labes carentes, qua: sint amplexande: Nam quod ipse σωματικὴ μέθοδος inquit, puto verbum hoc, quamvis patendi formam habeat, agendi notione usurpatum hic esse, vt ipse alijs in locis: & alij itidem antiqui scriptores fecerunt: magis enim mihi conuenire videtur hic sensus aperta rectæq; expositioni. Cum verò putet ipse contra non nullorum sententiam fabulam antecellere ceteris partibus, qua: reddit tragoediā qualem, deq; hoc infra diligenter differat, iam nunc semina sua sententia iacit: nam in artificioſa rerum coagmentatione positum esse vult, vt poësis omnis pulchra sit, & laudem vndiq; mereatur. Adiungit autem se quoque traditurum ex quot qualibus ve partibus constent singulæ species poësos, ut tragœdia & comœdia: numerum enim partium ipsarum explicabit: quomodoq; partes ipse conformatae esse debeant, ostendet: qua: verò partes sint quantæ appellatae: & qua: quales, infra accuratè declarabit: & cur ita meritò vocate sint: cum ha: corpus constituant poëseon: ha: vero qualitatē tantum aliquam ipsius aspergant: Significat autem hic partes quantas verbo ποιῶν: qualesve illo, quod consequitur ποιῶν, vt interpretes acceperunt, videntur est: ipse nanque puto prius illud nomen positum esse ad numerum tantum partium indicandum, siue illæ quantæ, siue quales sint: posteriorus verò communiter itidem pertinere ad vim naturamq; earū omnium ostendendam, qua: sanè diuersa est, vt breui à me nunc declaratum est. ita autem senio ex loco quoque illo, qui est ybi incipit differere de quæstionibus, qua: nascuntur in scriptis poëtarum, & earum dissolutionibus: cum enim proposito suo iam patefacto adiungat ἐκ ποστον τε καὶ ποιῶν τιδῶν εἴσων, non possunt illæ ita inter se discrepare, vt tradite sunt dissentire partes tragœdiarum: sed tantum, vt narravi, illo pacto significatur & ipsarum numerus & vis itidem, naturaq; singularum. Pollicetur itidem se quoque de alijs non nullis, qua: sunt eiusdem rationis, artisq; verba facturum: intelligit autem, vt opinor, multa qua: valde adiuuant cognitionem harum rerum: ac sine quibus vis & natura ipsarum harum partium plenè cognosci non potuerit, qua: & in hoc primo libro & in reliquis explicata erant: neque enim puto ipsum significare quæstionem, qua: in extremo hoc libro posita est, vbi differuit vtra harum poëseon, de quibus hic disputasset, alteri præponenda sit, quia hoc non est præceptum huius artis: ac sine ipso (nisi fallor) intelligi potuit, qua: vis ipsarum sit, quamvis elegantiae causa id cumuli loco addiderit. Ostendit autem se expositorum, qua: propria sint huius methodi atque artis μέθοδος vero saepe apud Aristotelem idem valere, quod ars valet & scientia, indicavit Alexander in primum Topicorum,

corum, vñus testimonio auctoris, affirmansq; illum ipsum hoc docuisse: quum enim paulo anteā μέθοδος dixisset, paucis verbis interiectis easdem scientias significare volens, ἐπισήμως nomine vñus est. est autem vbi hoc facit, quo loco ostendit, qua: utilitas capi possint è ratione illa differendi, quam traditillis libris. idem etiam (vt opinor) fecit Aristoteles statim in initio librorum de moribus ad Nicomachum: immutauitq; haec verba, contraria tamen ratione: quum enim prius μέθοδος dixisset, pro verbo hoc, inferius sumpsit ἐπισήμως: inquit enim, πολλῶν δὲ πρόξενον θεοῦ καὶ τεχνῶν καὶ ἐπισημῶν, πολλὰ μέτρα καὶ τὰ τέλη. Quomodo autē idem politissimus interpres alio loco definierit μέθοδον, refert Simplicius in j.librum naturalis auscultationis. nam illic quoque in principio eius scriptio Aristoteles vñus fuerat eo nomine: locum autem monstrasse satis sit. Quem præterea ordinem sequi cogitet in his tradendis, ostendit, dicens, se initio ducto à primis, vt natura facere consuevit, illa explicaturum: cum enim alijs etiam de causis ratio haec probari possit, auctoritate quoque naturæ, ipsiusq; exemplo, recta esse intelligitur: illa enim semper diligenter hoc seruat: in cunctis enim rebus, quas fingit, primum conformat ea qua: prima sunt, atq; antecedunt: deinde ea qua: sequuntur posteriora: sunt: neque vñquam à posteribus orditur. Vnde Aristoteles multis in locis, cum hoc facere velit, se ducem ipsam sequi profitetur, vt in iij.libro de arte dicendi non longo à principio: & in libro de elenchis sophisticis, initio itidem eius scriptio. in extremo vero primo de partibus animantium, vbi consilium suum exponit, & ordinem, quem tenere velit, reliqua similitudine naturæ, tantum significat se primum à primis ordiri velle, vt in i.j. quoque eorum librorum, dicens, νῦν δὲ λέγων σοι οὐ απ' αρχῆς, πάλιν αρχέμενοι πρῶτον απὸ τῶν πρώτων.

Ἐποπαια iam & tragœdia poësis: adhuc autem comœdia & dithyrambica, atque eius qua: uititur tibijs plurima: nec non citharistica, omnes initatio sunt, si quis totum simul spectet.

Facit, quod dixerat, summus auctor: à communibus enim orditur, qua: naturæ prima sunt, magisq; ipsi cognita: commune nanque genus est: genus autem poësos est imitatio, vt declarat, pluribus speciebus ipsius enumeratis. Non ostendit autem nunc propinquum ipsarum genus, & quod commune primo sit omnibus partibus poësis: non enim dubium est, quin illud poësis sit, sed remotius quoddam, & quod infra se habeat alias etiam non nullas artes, quibus conueniat in hoc cum omnibus generibus poëseon, quod cunctæ imitationes sint. Hoc autem facit ea de causa, quia indicarat se non de diuersis solum generibus poetices velle præcipere, initio ducto à primis, more naturæ, verum etiam de poetica ipsa. non fecisset autem hoc, nisi genus etiam ipsius poetices docuisse, quod sanè initatio est. Perspicitur etiam hoc verum esse è loco quoipam, qui infra positus est: vbi enim commemorat, quid vsque eo factum sit, narrat qua: tradiderit de varijs diuersisq; generibus imitationum, satis debere videri: nec significat se poetices solum species prosecutum fuisse. Euellitur etiam ita scrupulus ille satis molestus, quia videbatur artes eorum, qui tibijs & fidibus vtuntur, in partibus poësis collocare. quod non omnino verum est, cum verò ille poësis proprie non sint, quin magna ex parte imitationes sint, dubitari non potest. Nec tamen me fugit, poësin lyricam ab Atheneo vocatam in xij. libro, quo loco differit de varijs generibus saltationis: quum enim tradidisset tria genera esse scenicæ saltationis: lyricam itidem poësin eodem numero, suas quasdam habere ostendit, quas nominibus quoque diuersis appellari solitas affirmat. Nec ta-

A ij men,

men, ut dixi, studium illud simplex propriè pœsin vocari posse arbitror. Propter hanc igitur instrumentorum communionem: & quia plerunque hymnos odasq; cytharædi canunt, ut auctoritate etiam Athenæ declaratum est, versanturq; in eadem materia, & ipsæ quoque poesia vocata sunt: & hic ab auctore numerantur in partibus poetices. Non numerantur autem omnes artes, quæ imitantur, ut picturam & quæ singit è luto ceraq; sive è marmore, æreq; aut ligno effigies ducit Deorum aut hominum, quia non vntuntur ipsis rebus in imitando haec, quibus vntuntur poeticae species, quod faciunt due illæ artes, quas appellauit: habent enim præterea hæc coniunctionem cum omnibus partibus poeticas artes tibicinum ac fidicinum, quia exprimunt, quod volunt, videntes duobus illorum tanquam instrumétorum, in quibus tribus excent vim suam cunctæ partes poeticas. quod si ut cantu, & rhythmis vntuntur, metrum etiam usurparent, essent & ipsæ quoque partes poesia. Nunc autem cum ipsius expertes sint, ejciuntur ex ipsarum choro: & cum propè ad ipsas ascendant, non sunt omnino eadem, quæ illæ. Absoluta igitur parte illa, qua proposuit: breuiq; nota fecit, quæ agere vellet, primum docet quia in re conueniat inter se omni parti poeseos, & quod commune omnium ipsarum sit: neque tantum quid conueniat omni parti poeseos, verum etiam artibus nonnullis, quæ & ipsæ plerunque imitantur, illud autem est imitatione. Quare imitatione genus ipsarum est: in appellandis verò formis poeseos, primam ponit epopeiam, secutus cōmune iudicium, cui etiam assentiebantur docti quidam viri, qui putabant, quod ad dignitatem pertinet, primas huic generi carminis esse deferendas, quamvis ipse aliter sentiat. Deinde tragœdiae studium ponit, ac post comediam: quarto loco studium grandis illius carminis pangendi, quod dithyrambicū vocatum est: adiungit etiam bonā magnamq; partem earū artū, quas qui tractant tibicines, fidicinesq; vocantur, esse imitationem. Nō omnem autem operam eorum studiorū esse inquit imitationem, quia qui vntuntur aut tibijs aut fidibus, aliquando nulla re sibi proposita ad imitandum, instrumenta illa musices in manus capiunt atque canunt: quod non accedit superioribus partibus: neque enim epicum opus manere potest, si non imitetur: neque tragœdia aut comedie fingitur, quæ non mores, factaq; hominum exprimat. Verum autem esse, quod dixi, artes illas non semper imitari, intelligitur etiam testimonio Aristotelis, qui in problematibus. quæstione x. earum, quæ in arte musica sunt, inquit. *Ἐδέκει, ἐκ τοῦ μηδὲν οὐδὲν, καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον*: quarebat autem tunc, si hominis vox quolibet instrumento musicō sūauior est, cur ea, quæ à mente non proficiuntur, nec intelligi potest: & ut ipse loquiter, *ἄλλον εστιν*, huiuscmodi non sit, sed à tibia fidibusq; vincatur. traditigitur primo id euenire posse, quia ne illic quidem, id est in arte tibicinis ac citharistæ, nisi illæ imitatae cantu suo aliquid fuerint, idem visu venit nec signunt ipsæ eandem voluptatem, quam cum imitantur. Epopeiam autem vocat heroiū argumentū: carminisq; eius, quod *ποίησις* appellatur, conformatiōnem. Vnde Cicero etiam in epistola quadam ad Q. fratrem inquit. Habeo absolutum suaue, mihi quidem vti videtur, *ποίησις* ad Cæfarem: intellexit enim opus hexametrī versibus confessum. epicīq; poetæ appellantur, qui id genus poematis colunt. *ἐποίησις* autem nunc Aristoteles iuncto nomine, carminis eius confectionē appellauit. Nec tamen in altero, quod sequitur, genere poematis appellando, complicauit verbum è duabus vocibus: quarum altera poema ipsum: altera vero studium fabricationemq; eius significarēt. secutus, ut opinor, sermonis eius consuetudinem atque elegatiām; nam non omnino necessariam hic esse uocem, quæ pangendi studium ostenderet, intelligitur, quia tertium genus poematis, id est *κωμῳδία*, simpliciter appellatur, atq; uno tantum nomine: nec requirere tragœdiam præter alias species poematum, ut ita appelletur, docet, quod primam quoque ita Plato separatim uocauit, *ποίησις* in tertio de Rep. quam complicatis nominibus uocauit Aristoteles. *διθυραμβοποίησις* uero iuncto uerbo appellauit studium lyricorum quorundam, qui grande hoc carmen, alicentia plenum adhibebant ad Liberū patrem ornandum, factaq; eius dei canenda: ynde ipsi nomen impositum erat; in alijs enim multis nominibus, quibus

quibus hunc Deum significabant, *διθυραμβόν* etiam ipsum uocabant, quia duabus tanquam foribus vſus erat, atque inde exiſſet: vtero inquam Semeles ac femore Iouis. Sed hoc ipsum nomen à Deo ipſo translatum in cantum, quo celebrabatur, vſus patum etiam est à Latinis scriptoribus. Discriſmen autem hoc ſcripturæ hic inueniatur, quod in plurimis calamo exaratis libris legitur numero multitudinis *μιμήσεις*, quod verius puto, ex eo maxime, quod conſequitur *ουσίαν*: neque enim illæ ſunt omnino imitationes reſq; prorsus eadem, ſed ſiquis ex iphis decerpit, in quo conuenit illis inter ſe, erunt imitationes: locum tamen eſſe receptæ lectioni, certum eſt.

Διαφέροις δὲ ἀλλίων τεσσιν: οὐ γάρ τῷ γενεῖ ἐτόποις μημεῖθαι, οὐ τῷ ἐτερα, οὐ τῷ ἐτόπως, οὐδὲ μὴ τῷ αὐτὸν τρόπῳ.

Discrepant autem inter ſe tribus, aut enim quod rebus genere diuersis imitantur, aut quod res diuersas, aut quod aliter, & non eodem modo.

Cum ostendiffet in quo conuenit inter ſe pluribus partibus poeticas ac præterea duabus artibus, nunc aperit quibus rebus eadem varientur, ac diuersæ ſiant: niſi enim differentiae quædam extarent, quæ separarent ipsas ac diſtinguerent, illæ prorsus vnuum, atque idem forent, nec diuersas formas conſtituerent. inquit igitur diſcrepare ipsas inter ſe tribus rebus: trium autem illorum diſcriminum, primum eſt: quod hæc adhibet ad imitandum hanc rem: hæc vero, illam: vtiturq; tanquam diuerso instrumento. Secundum vero, quod imitatur res diuersas. Tertium quod aliter imitatur quod vult: & non eodem pacto, quo alia. Hæc autem ipſe inſra exemplis poſitis explanat. Animaduertendum verò hic eſt, quod tertio loco poſuit *τῷ ἐτέρῳ, οὐδὲ μὴ τῷ αὐτῷ τρόπῳ*: videbatur nanque poſtemis verbis ſuperſedere potuisse: nihil enim noui affert, cum idem prorsus fit, aliquid non eodem modo fieri affirmare, quod idem diuerso pacto fieri auſuerare: & tamē boni auctores aliquando hoc feciſſe inueniuntur, in quibus etiam Aristoteles ipſe eſt: habet enim non paruam vim conſirmandi quod dixeris, ſi idem hac ratione iteraris. Magistri etiam dicendi formam hanc loquendi adnotarunt, vocantq; *ἰσοδωματήν κατὰ τὸ ἀκόλυθον*. Huiuscmodi q; eſt illud Homeri, cum finxit Paridem Hectori fratri, qui eum acriter obiugarat, ita respondentem, *ἴτι με κατὰ τοὺς οἰκητούς, τὸν πατέρα μοι*. qui tragicus non nullis etiam alijs locis eodem pacto locutus eſt. Sed Aristoteles etiam non multo *infra* cum ait, *ἴτι τὸν αὐτὸν οὐδὲ μὴ πετεχόντα*. In ij. præterea libro de animo, cum inquit maxime naturale eſſe omnium operum, quæ à viuentibus efficiuntur, gignere aliud cuiusmodi ipſa ſunt, excipit quæ manea ſunt & debilia, dicens *ὅτα τέλεος οὐδὲ μὴ προματία*: illic enim quoque videbatur ſententiæ ſatis eſſe dicere *τέλεα* id est integra, & ad ſinam perducta, & tamen addidit, *οὐδὲ μὴ προματία* id est non inchoata, neque debilia. Addam etiam tertium exemplum eiusdem auctoris, in libro enim *τὸν δρματίαν*, inquit, docens quæ plures orationes forent. *πολλοὶ δὲ οἱ πολλοὶ οὐδὲ μὴ στιχοί*.

Οὐ πόδες καὶ χεῶν μαστὶ καὶ χίλιαι τσολὰ μημοῦνται οὐδὲ ἀπενεγένοται. οἱ μὲν διὰ τέχνης: οἱ δὲ διὰ σωματίσιον: ἐτόποις δὲ διὰ τῆς φωνῆς, οὐ τῷ καὶ τῷ θεῖ τέχνης, ἀπαστοι μὲν ποιεῖσθαι τέλος μέμικον τοιούτῳ οὐθεμάτῳ καὶ λόγῳ καὶ αρμονίᾳ.

Quemadmodum enim & coloribus & figuris multa quidam imitantur, effigiem illorum exprimentes: hi quidem per artem: hi uero per conſuetudinem: alijs verò per vocem imitantur: ſic in artibus dictis, cuncta ſame imitationem efficiunt in rhythmo & oratione & harmonia.

Cum tribus rebus discrepare inter se dixisset species illas poetices, & præterea artes tibicinum, ac fidicinum, quas etiam dissimilitudines exposuerat, nunc primam earum rationem explicat. Vt autem quod vult facilius probet, rei explananda causa similitudinē: quod enim in eo, quod ostendere vult, obscurum erat, id in ea re, vnde simile dicit, est apertum. nam quosdam, qui non tam propè accedunt ad poëticā, nec commune habent cum ipsa aliquod tanquam instrumentum, imitari multas res, varijs rationibus vtentes, perspicuum est: non tamen omnibus planum diversas species poeticas: nec non artem tibicinis atque citharœdi diuersis rebus ut ad imitandum. Tradens autem quasi instrumenta eorum, qui imitantur res alias, effigiem illarum exprimendo, appellat colores, figuræ & vocem: antequam tamen tertium nominaret, in medio posuit inculcatūq; quod ad superiores duas res pertineret, quas non omnes, qui ope ipsarum aliquid reddere atque exprimere conantur, eodem pacto tractant: eorum enim aliqui præcepta certa secuti: cognitisq; illis artibus, ea faciunt: alij vero non omnino ipsarum periti, sed tantum consuetudine quadam ducti, quod in illis rebus antea studij aliquid posuerunt. est igitur hoc primum molestum, quod non continentur, & nulla re interrupta, tria hæc posuit: sed alterum etiam hoc nou minus, quod non eodem pacto postremum hoc appellavit: cum enim supra dandi casū χαρακτηρας, & χρυσος dixisset, generandi casu hic, qui pendet à præpositione, inquit Δια φωνη, quomodo locutus fuerat, cum de illis, quæ inculcauit, differeret: Vnde difficultas adhuc maior exorta est: Nec tamen dubito, quin ita locus accipiendus sit: voce nânque manifestò non nulli res alias imitantur. Quare hæc ratio omitti non debuit. & Plato in iij. libro de rep. vbi docet quid sit imitari, vocis & ipse meminit: intelligens ipsius auxilio id sepe tractari, vt figure quoque: ambas enī has res coniungit: inquit igitur. Σχεδι τό γε δύοις γένεσιν αλλων καταφεγγων, μημεῖδαι εἰσὶ ἐκεῖνοι, φάστις ομοιοι. Sed infra etiam rursus idem facit. Nec arbitror ordinem verborum à librarijs deprauatum: inuenitur enim Aristoteles hoc idem pluribus locis fecisse, vt antequam exponeret ea, quæ proposuerat, in medio quippiam incluserit; quod ad explicandum aliquid iam traditum pertineret: nec tamen, quod nullo negotio facere possem, multa huius παραβίσεως exempla ponam. in ij. certe libro de rep. vbi docet ciuitates ab iisdem semper regi optimū esse, quæ genus hoc reip. ferre possunt. in quas verò hoc genus induci non poscit, quia cuncti ciues illic pares ingenio naturaç, sunt, oportere vniuersos varijs temporibus participes publicorum munierum esse, antequam sententiam hanc clauderet, inquit, æquum esse siue boni viu habeat, siue mali, hoc quod principem locum in ciuitate obtinet appellatur, omnes eius participes fieri, atque illud aliquid degustare. Vbi igitur hoc docet, hoc manifestò facit. Verba eius sunt, εἰ δὲ μὴ φωνὴν, διὰ τὸ φύσιν τοὺς εἰγεῖν πάντας: ἀμφὶ δὲ δικαιον εἴτε ἀρχὴν, εἴτε φῶναν τὸ φέρειν, πάντας εὖν μετέχειν: εἰ δὲ μηδὲν πάντας εἴκεν δικίον τοι, εἴ τοι φέρεις. Nec putanda est inanis & importuna hæc animaduersio, quæ docuit non omnes qui aliquid imitantur coloribus aut figuris eodem pacto id moliri: videmus enim quosdam id facere summo artificio: alios autem vsu quodam tantum, nec videbatur tertio tanquam membro necessaria esse hæc distinctio, cum non extet ars villa, qua trahantur præcepta imitandi canum auis, aut aliam rem, voce. Nam quod Δια φωνη inquit, non φωνη (sic enim in omnibus calamo exaratis libris inuenitur) punto hoc ipsum fecisse, secutum consuetudinem elegantiamq; sermonis: ita enim quoque Lucianum in libro περὶ φραγήσιος locutum video, cum ait Καὶ τοῦτος εἴπει μηδὲν τρέψειν, οὐταρέσθιαν δικαίωντα, τρεψική δραματερήν. Præterea cum non sine causa quæsiuerint quidam eruditæ & ingeniosi viri, an illud, quod auctor inquit, coloribus & figuris, ad pictores tantum pertineat, siue artem etiam eorum qui fingunt ex ære, aut luto, complectatur, cum figura sine coloribus ab his exprimi videantur, quid senserim de hac re, appetet, nec tamen id repudiandum esse ylo modo arbitror, cum pictores etiam, quiq; similitudinem aliquam eorum habent, colorib. illis figuræ rerū imitentur. Quin etiam Plato in x. libro de rep. manifestò de arte pictorum loquēs, coniungit

coniungit ambo hæc nomina. Verba ipsius sunt, ἐλάττων τοῦ διὸ οὐ μετρέφεται σκεπτόμενος ποιητει δοκεῖντα εἰ γε, καπνός τε διὸ ἐποιεῖν πολὺ τῆς σκυτοτομίας, καὶ τοῖς μὲν ἐπειζοντιν ἐκ τῶν χρημάτων καὶ χρυσάτων δεινότερον. Sed non inutilis mihi videtur hæc amplior partitio: certū nānq; est opifices quosdam & vt opifices, ita etiani alios nō nullosvalde studio soscilicius rei ante oculos constituendæ, non adhibitis coloribus, formas rerū exprimere, quos visus esset relinqueret. Non possum autem probare sententiam eorū, qui existimarūt per ψήματα posse quoque accipi gestus corporis, motusq; varios, aptos aliquibus repræsentandis: & si enim huiusmodi figuris imitantur saltatores, saltant di ars vtritur rhythmo. quare vna est earum, quæ copulantur in communione quasi instrumentorum cum partibus poësis: quarumq; nunc differentiæ ostendendæ in eo, quod diuersis rebus vtuntur, sedulo incumbit: atque vt id magis illustret, simile adfert aliarum aut omnino artium, aut inchoatarum: quæ quum sint magis remota ab illis, quia neque oratione, neque harmonia, neque rhythmo vtuntur, pares in hoc illis sunt, quod & ipse ad imitandum diuersis rebus vtuntur: quamvis non iidem, quibus illæ. Quum verò voce quosdam supra imitari tradiderit, perspicuum est, orationem, quamvis & ipsa vox sit, non esse intelligēdam: in idem enim vitium, quod nunc demonstratum est, incideremus: sed in telligi debet vox, quæ quamvis ab homine edatur, non tamen sua propriaq; ipsius sit: nec ita distincta conformataq; vt hominis est vox: sed communis ipsi sit cum beluis. & sanè quum voces illarum exprimat, vt atvis alicuius, bouis, asini, aliarumq; rationis experitum animantium, vt Aristophanes fecit ranæ, quales ipsæ sunt, talis & ipsa sit necesse est. Sed vox etiam hominis referuntur sonores quarundam rerum animo carentium. Simili autem exposito, docens id valde accommodatum esse huic rei declarandæ, inquit, idem vsu venire in enumeratis artibus. intelligit autem species à se supra appella-tas imitationis, id est epopeiam, tragœdiam, comediam, dithyrambicam: nec non reliquas duas sine vlla dubitatione artes, idest quas vocat Διαφορικὲ, & κατεργατικὲ: nam non sine causa quereret aliquis qua ratione priores illas appellavit artes, quo etiam nomine in illis significandis infra ytitur, vbi inquit, τοις διαφοραῖς οὐδὲ παρατητικοῖς, οὐδὲ ποτέ τοις μηδενοῖς, an quum sint artis cuiusdam partes, non male ipse quoque artes vocari possunt: artem verò existimari studium imitandi oratione vinclata pedibus quibusdam, apertum est. ipsas igitur has omnes exprimere quoq; atque imitari inquit tribus rebus, idest, rhythmo & oratione & harmonia. rhythmum autem in motu considerari, estq; ordinem breuis ac longi motus, siue celeris ac tardi in alio genere motus constat. Cum igitur varia sint genera horum numerorum, non alienum erit ostendere, quem potissimum numerum putemus hic ab auctore intelligi: res enim est magni momenti, multumq; valat ad pellendam caliginem, que totum hunc locum occupauit: paucis enim & obscurè profecto eruditissimus doctor de hac re differuit, vt quæ tunc nota omnibus perulgataq; foret. sequuta autem postea sunt secula, quibus hæc ratio oblita est: vetusq; illa musica è manibus dimisæ, nec tamen non extiterit hac ætate docti quidam & diligentes viri, qui de numeris his, qui à Græcis φυσιοι vocantur, accuratè egere: conatiq; sunt opera & studio suo totam hanc rem in lucem reuocare. Existimo igitur accipi hic debere rhythmum, qui nascitur è motu corporis, pedumq; aut manuum moderata atque ordinem quendam habente, elatione ac politura. & non rhythmum illum, qui notatur in sonore musicorum illorum instrumentorum. nam inde quoque proficiunt rhythmum suum apertum est: cum enim dixisset in arte tibicinum ac citharistarum existere harmoniam, eodem tempore aliquo modo significauit illic etiam manere rhythmum, qui perspicitur in sonore illo ordineq; eorum temporum, idest breuitate ac longitudine ipsius: vix enim numerus hic ab harmonia absesse potest, ac comitatut plerunq; illi: vbi enim ordo est acuti & graui, illic etiam breuis ac longi motus est ordo. Cum igitur varia instrumenta esse ostenderet diligens magister, quibus vterentur hæc diuersæ rationes imitandi, remota magis discrepantiaq; ponere debuit, non quæ ita inter se coniuncta assimiliaq; forent, vt secerni diiun-giæ;

giq; alterum ab altero vix posset. Cum præterea statim dicat, ipso rhythmo sine harmonia imitari saltatores: planumq; sit, quo rhythmus ars hæc vtatur, quæ sine voce, sonoreq; vlo musicorum instrumentorum conficiat munus suum, videtur affirmare posse eundem profecto numerum supra etiam ab auctore intellectum esse: nam enim vim habet illud *aliquæ*. significatq; nisi fallor, ipso illo rhythmo. Nam valet etiam non parum ad hoc confirmandum, quod multo infra inquit, partes quasdam tragœdiae ope metrorum solum confici, ad exitumq; perduci, id est sine harmonia & rhythmo. intelligit autem illas vbi sunt colloquia personarum, mutuiq; sermones sine cantu vlo, opera ve chori: hoc enim nullo modo verum fore de numero prolatum, qui notatur in breuitate, & longitudine temporis: ybi enim, hoc etiam ipso manifestò prodente, metrum est, illic necessario quidam rhythmus: metra enim partes sunt numerorum: non posset igitur aliquid confici per metra sola, vt ipse precipit, sed id intelligitur verum esse, quia loquuntur de rhythmo hoc, qui attenditur in motu celeri ac tardo: ordineq; ipsius illius motus. à quo sanè sermones personarum vacui sunt: illum vero in cantilenis chorū existere declarat, quod illuc erant, & strophe, & antistrophe. quæ res sine motu corporis, conuersioneq; non manent: idem autem motus sedulo serubantur in artibus illis, quas appellauit, id est & tibicines & citharistæ, vt cantus illi postulabat, corpus mouebant: gestusq; quosdam agebant. Hæc, nisi fallor, animaduæfio valde utilis est, euellitq; ex pluribus locis huius libri scrupulos nō paruos. Orationem autem dixi, quod apud auctorem est *λόγος*. Ita vero locutus est, quia satis nunc habuit distinguere hanc imitandi rationem à superioribus, quæ sine oratione imitantur, cum ipsa oratione vtatur voceq; propria hominis ad imitandum, atque ipsius auxilio, conficiat quod vult. Vnde ipse aliquando in questionibus ad harmoniam pertinentibus dixit *αγών λόγον ἀδειν*, intelligens cantum, qui quamvis humana voce edatur, intelligi tamen non potest: neque à sensu animi proficiuntur, nec non etiam alio loco vocavit *αγών λόγον μέλος*, cantilenam in qua oratio adhibita non esset: *λόγος* enim illuc, quoque appellauit orationem pedibus illigata, ac cantilenam deniq;: huiuscmodi nāque oratio ad tibiam atque citharam adhiberi solita est. intelligit igitur hic etiam, quamvis communiore hoc nomine nunc vtatur, orationem certis pedibus illigata, ac metricam denique: huiuscmodi nanque est oratio, qua vtuntur poëtae, quæ quamvis mensuras adjunctas habeat, negari non potest, quin oratio sit: Vnde & si non plene: recte tamen ipsam orationem vocavit: Contra autem infra fecit: cum enim vtunque significare vellet: coniunctionemq; hanc duarum rerum intelligeret, alterum tamen tantum appellauit, id est metrum: intelligo autem locum hunc, in quo duobus mutatis nominibus, easdem res ostendit, dicens, *τὸν δὲ τίνος οἱ πάστοι χρῶνται τοις εἰρημέσιοις: λέων δὲ οἱ οὐρανθρῷοι ηὐ μέλει ηὐ μέτεροι*. Accipi vero debere ita *λόγον*; intelligi q; ab auctore orationem metricam, certis ipsius testimonij confirmabitur: eò autem fidentius posse me puto iam nūc affirmare orationem in hanc vñctam pedibus requiri omnino, vt verum legitimumq; poëma condatus, quia video illos, qui contra senserunt, doctissimos profecto viros, ac numero etiam plures, id protulisse, fretos hoc ipso loco, vt illo etiam, qui paulo post sequitur: Cum epoœiam inquit vti *λόγοις γῆραι*: quorum fundamentum, si tentatur, manifestò ipsorum opinio evenerit. Labefactatur autem, si ostenditur, longe aliter ipsos capiendos esse: nulla enim alia, vt videtur, auctoritate tantum nituntur: sed vt dixi, de hoc sepius disputabitur. Tertium autem est harmonia: quod cum Græcum verbum sit, receptum tamen est in Latinum sermonem: sed idem etiam in patrīum nostrū radices egit. Qui autem de arte musica scripserre, quid nomine illo significaretur, tradiderunt: affirmaruntq; harmoniam esse plurium ac dissidentium vocum in vnum redactam concordiam: quam tamen hic harmoniam vocat: infra, vt supra à me citato testimonio declaratur, appellat *μέλος*. Notanda vñdè est locutio hæc, *ποιῶνται τὸ μήματι*: cum enim duobus his verbis in ea restendenda vtitur, & non inquit *μημένη*, quod tamen solum idem penè valet, semper præpositionem adhibet illi tanquam materiæ, in qua exercetur imitatio, siue instrumenti

strumenti vim ac naturam id habere quis vult. & aut præpositionem hanc ipsam ei, quam hic, aut *διὰ*: mutato quoque casu illius quasi materiæ, vt fecit paulo post, cum inquit. *Ἐὰν εἴ τις διὰ τριμέτρων ἔλεγειν, ἡ τέλος τινῶν τοιχῶν, διὰ ποιῶν τινῶν μήματιν*. Hoc ita se habere intelliget, qui diligenter animadueterit: nam multo etiam infita inquit. *εἴ τοι δὲ τοι διὰ τριμέτρων διηγεῖσθαι μήματιν ποιῶται, οὐδὲ πολλοὶ, οὐδὲ φάνοιτο*. Cum autē μηδέπου inquit, aut nullam præpositionem ei verbo adiungit, quod frequentius apud ipsum est, aut *διὰ*: cuius locutionis exemplum vicinū est: paulo enim infra ait. *ναὶ οὐδὲ τοι διὰ τριμέτρων διηγεῖσθαι μήματιν ποιῶται, οὐδὲ παρέστη, οὐδὲ πράξεις*. Sed etiam, quod paulo supra legitur. *Ἐπειδὴ δὲ διὰ τῆς φύσης, eadem rationem habet*. Vnde patet etiam immutari non oportere lectionem, quod nonnulli sine causa facere tentarunt, cum hæc valde accommodata sit. Quod verò valet ad declarandum nasci à verbo *ποιεῖσθαι*, quod superiori locutioni adhibeat præpositio *εἰς*. in viij. libro *πολιτικῶν*, vbi de musica arte differit, *ποιεῖσθαι μάθησιν εἰς ὁράνοις* inquit, vt quamuis de diuersa re sermo sit, similitudo tamen locutionis videatur eundem ortum habere. Postquam autem de ratione loquendi disputare cœpi, addam ipsum præcise dixisse *ἔτω καὶ τὰς εἰρημέσιας τίχαις*, quum rem eodem pacto se habere in artibus, quas dixerat: idemq; illuc vñs venire, ostendere vellet: quæ causa fuit, vt opinor, vt nominandi casu non diceret *ἔτω καὶ τὰς εἰρημέσιας τίχαις*: quo casu supra vñs fuerat, cū simile posuit. Quod verò supra dixi, capi posse vnam & eandem rem nunc pro materia: nunc pro instrumento, & si quod inquit *ποιεῖσθαι μήματιν εἰς*, magis materiæ convenit, non est alienum exemplis id illustrare: qui enim in ære, cera, luto, alia ve huiuscmodi re, effingit aliquid, vt ut sine dubio rebus illis tanquam materia sui studij: ideoq; appositè dicitur *ποιεῖσθαι μήματιν* in illis ipsis, aut idem facere traditur ope earundem rerum: possunt nanque eadem res cogitari tanquam instrumenta referendi & ante oculos constituendi idem illud. In rhythmis igitur quoque & concentu: nec non in oratione & si res hæc solidæ non sunt, nec diutius illam retinent, potest forma alicuius rei aliquo modo imprimi: nec nō auxilio quoque earundem rerum illa itidem reddi potest & representari.

Τούτοις δὲ οὐχὶς οὐ μημέτροισι. οἷον αἴματοι μὲν ηὐδημῇ χρώμαται πονον, οὐ τε αὐλητικὴ ηὐδημέτροισι, οὐδὲ τίτινος ἐτόρατην χάνωσιν ηὐδηματοις τοιωτοῖς τὴν διάφανην, οἷον οὐ τῶν συείγγων.

Hic autem aut separatim aut mixtis seu harmonia & rhythmis vtuntur solum, & ea que tibias inflat & citharistica: & si forte aliqua alie huiuscmodi sunt, vt ars illa, que fistulis vtitur.

Ne quis crederet cunctas à se vocatas artes sine vlo discrimine vti omnibus illis rebus, penitusq; in hoc similes inter se esse, docet cum conueniat illis in hoc, quod nulla earum est, quæ non vtatur aliquo, aut pluribus, trium illorum tanquam instrumentorum, discrepare tamen, quia non omnes, aut omnibus, aut vbiq; ipsis vtuntur, & quomodo tota hæc res se habeat, diligenter exponit. his enim inquit vtuntur seorsum: vt hæc scilicet vno illorum: altera vero alio vtatur: aut addit, illis mixtis ac temperatis, quod quale sit, ipse declarat positis exemplis. Primum autem tradit extare, quæ vtatur harmonia solum, & rhythmis sine oratione, artem in flandi tibiā: & eam quoque quæ neruos plectro pulsat: nec non similem illis vtendarum fistularum artem: in ipsarum enim tractatione sentitur sonus, qui harmoniam recipit: & celeritas tarditasq; motus, quæ moderatae suauem rhythmum gignunt. Non statim autem, positis duabus illis nobilioribus artibus, appellavit tertiam, quam simulachrum illarum retinere inquit, id est fistularum artem, quia ignobilior hæc est: à ruidioribusq; personis tractatur. Sed tamen quia eandem aliquo modo vim habet, nō omnino seiuinxit ab illis. Sed Plato quoque in ij. de legibus, ybi de humana consuetudine

tudine imitandi & non vera perfecta; eius rei ratione differit, vt est illa, qua musae vtuntur, cum ostendere vellet esse etiam, quæ vtatur harmonia & rythmis sine oratione, superiores tatum duas artes appellauit: nec eius, quæ fistulis vtitur, meminit: inquit enim μέλος διὰ τὰ οὐδὲν εἰσμόντων, τιλῆ καθαρίσει τὰ αὐλήσι τροχεάμενον. Vocat autem has φιλάκες, quia orationem verbaq; vt tales, non adhibent: manentq; ac suo munere funguntur sine illis, quamuis motis sit aliquando versus ita canere: poëmatisq; suauem recitationem adiungere: quod quum sit, nudæ ille, & quasi spoliatae non appellantur. Animaduertendum autem idem Aristotelem infra dicere diuersis verbis, vbi tradit, extare quasdam poësis, quæ omnibus his vtuntur: appellatisq; illis, addit statim, in quo discrepant inter se, θεοφόροι δὲ ὅτι εὖ μὴ ἄμα πάσιν: αἱ δὲ, καὶ τῷ μέτρῳ: Vnā enim ipsis vtuntur, quæ mixtis ipsis & temperatis simul vtuntur. singillatim autem, quæ diuersis in partibus ipsa adhibent. Libet etiam adnotare, in omnibus quos vidi scriptis libris, singulari numero εὐθυέσθαι legi, noui multitudinis, εὐθυσις. sed etiam testimonio Athenæi cognoscitur studium citharœdorum vti duobus iis, quæ tradit Aristoteles: sic enim in primi libri epitome legitur. Oi δὲ τῇ καθαρῶν ἡχηρῶν τῷ, τὰς ἀρματιζομένων μέλει τὰ εὐθυέσθαι, ποιῶντας: Vocat enim μέλος, quod Aristoteles hic ἀρματιζει: id quod infra ipse quoque fecit.

Αὐτῷ δὲ τῷ ἐνθυέσθαι μεμοντούμενοις αρματοῖς οἱ τῶν ὁρχηστῶν: οὐδὲν γένος τοις διὰ τῶν χαρματιζομένων ἐνθυμῶν μεμοντούμενοι οὐδὲν πάθον οὐδὲν περέξεις.

Ipsò autem rythmo imitantur absque harmonia, qui è numero saltorum aliquos imitantur: hi nanque per rhythmos figuratos imitantur & mores, & affectus, & actiones.

Cum confirmasset trium artium exemplo, inueniri species quasdam imitationis, quæ duarum rerum ope imitantur, id est harmonia & rhythmis, docet extare etiam quandam, quæ imitetur, quod imitari vult, altero illorum tantum, id est rhythmo sine harmonia: vt tres illæ supra numeratae, harmonia & rhythmo sine oratione imitabantur, quod imitandum suscepissent: huiuscemodi autem esse, inquit, studium quorundam saltatorum: hoc ipsum enim significare uidetur. Aristoteles: durus tamen sermo est, cum sic loquatur, οἱ δὲ ὁρχηστῶν, & non simpliciter omnes saltatores complectatur, ita uero locutus est, ut opinor, quia non omnes qui saltant propositum sibi habent certos aliquos imitari, sed aliquando id temere atque inconsidere tractant non enim uideo, quomodo aliter hic nodus dissolui possit. Probare autem studens quod dixerat, inquit: hi nanque ope rhythmorum quorundam figuratorum imitantur & mores & affectus & actiones, id est utentes motibus quibusdam corporis, factis ad ea, quæ uolunt, exprimenda, imitantur diuersis temporibus diuerfas eas res, quas appellat: nec ad motus illos pedum, ac reliquorum membrorum, præcipue autem pedum, adiungunt aut uocem, aut sonorem alicuius musici instrumenti: nam rhythmum hunc manere in eo tantum, esseq; ordinem quendam motus, ac regulam, notum est. Cum autem monstrat quos dixerat, hi dicens, nisi sententia nostra inanis est, non omnes saltatores, quos ὁρχηστας uocat, intelligendi, sed è numero illorum tantum ij, qui id faciunt. εὐθυέσθαι autem χαρματιζομένους appellat, qui autem sint uestitiq; figuris quibusdam, ad res illas exprimendas, quarum figuram ascierunt, aptis. χαρματιζομένου enim alienam aliquam formam recipere significat, & in ea transire & immutari: quod testimonio etiam Luciani è libro πολὺ ὁρχηστος, intelligitur, qui inquit, hominem tradens mirifice esse aptum ad imitandum, atque omnes formas nullo negotio induere, μητικὸν αἰθρωπὸν καὶ πρὸς πάντας χαρματιζομένου μεταβεβάσιαν θωμάμενον. Hi igitur, qui non adhibent motus illos rhythmosq;, quasi uestitos, & aliqua forma induitos, sunt qui non imitantur: quosq; ipse supra exclusit ē cœtu, gregeq; reliquorum.

Η δὲ ἡ ὁρχηστας μόνον τοῖς λόγοις φίλοις, οἱ τοῖς μέτροις, οὐδὲ τούτοις ἢ τε μηδὲνσα μετ' ἀλλήλων, εἴδοι τινι γειτνι χωμάτιν τῶν μέτρων τυγχαίους μέχρι τῆς γειτνι.

Epopœia vero solum sermonibus nudis, vel metris, & his quidem sine mixtis illis inter se, sine uno quodam genere metrorum utens, ut usque ad hanc diem fecit.

Cum à numero trium illorum, quibus utuntur poetæ ad imitandum, postremo docuissest quasdam generis saltatorum rhythmo tantum imitari, aperit nunc quænam sit species illa imitationis, quæ oratione sola sine rhythmis & harmonia imitetur, atque epopœiam ipsam esse dicit, quæ exprimat, quod intendit, solum sermonibus nudis: ita enim nunc reddam λόγοις φίλοις, quamuis supra, λόγον, orationem ueterim, atque hoc ut eundem numerum seruem: intelligit autem orationem nudam, spoliatamq; rhythmis & harmonia: quibus, tanquam ornatibus quibusdam ac festi uitatibus, uestitæ sunt multæ partes imitationis. Ut autem hic λόγος φίλοις uocauit, ita in viij. libro politicorum appellauit μετοικιών φίλων, quæ non haberet adiunctam melodiam, & tanquam destituta foret illa, quæ crebro comes eius est, & concinniorem ipsam reddit. Verba ipsius hæc sunt τινὲς δὲ μετοικιών πάντας εἰγει φάμη τὴν οἰκίαν έσται, καὶ μετά μελωδίαν: neque tamen puto prosam orationem hic esse accipendam: loquitur enim hoc in libro auctōr de poëtica oratione, quæ necessario certis quibusdam pedibus ac mensuris uincta est: quod statim ipse declarat eo, quod consequitur: est enim illud, nisi fallor, quasi correditio quædam, quæ emendat, constituitq; superiorē sententiam: quasi enim ita loquitur. Quod si aliquis contendat orationem, quæ utitur epopœia, non omnino nudam esse, quia certis quibusdam ac definitis pedibus instruenda est, controuersari de hoc nolo: assentiorq; metris ipsam exultam esse si hoc in externis rebus & adiunctis collocari debet. Nam alijs etiam locis usum fuisse auctōrem hac particula & eodem pacto. id est cum quasi corrigeret aliquid uellet atque emendare, magisq; denique sensum animi sui explanare certū est. succurrunt autem mihi nunc exempla hæc, ut cum in hoc ipso libro inquit. Σόλον ποιεῖ λόγον μέθοις. illuc enim queque manifestò ipsa ualeat siue μέθοι ipsos, fabulasq; appellare malumus. & in ij. de moribus ad Eudemum. ἐπανεῖται δὲ οὐκέτι πολὺ οὐδὲν. planum enim est facta, quæ proficiscuntur à uirtute, magis digna esse, quæ laudentur, quæ habitus illos ipsos animorum, unde nunquam prodeant honesta facta. Videri etiam non sine causa posset ipsam eandem uim habere in hoc loco iij. libri ad Nicomachum. Βέαον δὲ, καὶ αρχὴ ἔτεσι, ποιῶντας στοιχεῖα, οἱ δὲ μηδὲν συμβέβησσε δ πράξιαν δὲ πράξιον: uerius enim ille, cui hoc contingit, πράξιαν quām πράξιον appellari potest. unde, hoc fortasse cognito, priorem illam uocem quasi emendauit. Perspicitur autem hinc λόγον supra ut docui, pro metrica oratione capiendum esse: ita enim quoque hic poëticam orationem appellare cōperat: quamuis nunc sensum animi sui explicarit, quod supra non fecit. Sed ex alijs etiam locis, qui infra positi sunt, hoc certius adhuc intelligitur. Aut igitur, quod addidit, δι μέτροι, ambabus illis, quæ antecedunt, uocibus ut ostendi, respondet: aut priori tantum. quod si factum est, crediderim ipsum, cum primum in hoc Platonem imitatus esset, qui metricam orationem quandoque λόγοις appellauit, uidentem postea hoc errorem posse gignere, illi malo remedium adhibere uoluisse, correxisseq; simul & illius & suam ancipitem loquendi rationem. fecit uero hoc ille in symposio ubi Socratem cum Agathone ita inducit loquentem. docet autem sapientissimus senex non habere se causam ullam uerendi ne pulchre illo tempore munus suum obiret in paruo cœtu hominum eruditus iuuenis, cum anteā ipsum uidisset præsenti animo in scenam uenire, recitatum fabulam suam, spectante tanta multitudine, inquit igitur. ἐπλήσθω μετά τοῦ εἰλικρίδην εἰπεῖν τὸν Σωκράτη. εἰδὼν τινὲς σὺν αὐτοῖς καὶ μεταλοφροσύνων, αὐταβάνοντος ἦν

πάντα δέ κριθεῖσκε μετὰ τῆς ὑποχρήσης, καὶ βλέψαντος οἱ συντάγματα πολέμου θεάτρου, μέλοτος ἐπιδίδει
φησι τὸ σωτὸν λόγοις, & ταῦτα sequuntur. An diceret aliquis hic λόγοις valere fabellas,
quæ sane notio est etiam huius nominis. Neque tamen negarim φιλοὺς λόγούς aliquan-
do à Platone sumptos esse pro soluta oratione, non simpliciter tamē, sed quæ uacua
sit aliqua re: indeq; vocata merito foret nuda, tenuisq; vt in symposio: fecit enim
ita illic loqui Alcibiadē cum Socrate. cum eum similem dixisset Marphy. adde-
retq; in quo ipsi tantum cum illo minime conueniret. τὸ δὲ εἰναὶ περὶ τοῦ μόνου διαφέ-
ρει, οὐ τοῦ οὐρανοῦ φιλοὺς λόγοις τῶν ποιῶν. Præterea in ij. libro de legibus inquit.
εὐθὺς μέλος καὶ χρήστα μέλος χρήσις: λόγοις φιλοὺς εἰς μέτρα τιθέσθαι: appellat enim λόγοις
φιλοὺς, quibus pedes, certaq; mensura adhibitæ non forent. demumq; si tārum pro-
fam orationem significari oportuisset, opus non fuisset addere φιλοὺς: uerbo enim
cui hoc additum est, id fortasse significatum esset. λόγοι nanque illa ipsa oratio ali-
quando vocatur, de qua eo loco agitur. quare cum hic (nisi fallor) agatur solum de
metrica oratione: hæc enim poëtica oratio est, dubitandum nō uidetur, quin ea hoc
loco illo nomine sit accipienda. nam quod valet ad notionem confirmandam verbi,
quod adiunctum huic est, Plato etiam statim post superiora verba, appellat καθησίσιν
& κλησίν, que tantum suis propriisq; rebus vtantur, id est harmonia & rhythmo:
nec adiunctos habeant humanos sonos vocemq; φιλούς. Neque etiam me fallit
Aristotelem quoque ipsum aliquando de prosa vacuaq; à certis pedibus, oratione
loquentem vñsurpassare φιλούλόννυ ut in ij. libro de arte dicendi duobus vicinis locis.
in quorum priore manifesto opponit ipso metris: inquit enim τῷ μὴ εὐτῷ μέτρῳ
πολλά περιποντά. καὶ κριτής εἶναι: πλέον δέ εἴπει πολλά αὐτά πολλά δέ ο λόγος. εἰ δέ τοις φ. λόγοις
λόγοις πολλά ελέχθησσον. Posterior vero hic est. τὸ δέ κύριον πολλά τοις οὐκανα μεταφορά μόνα χρήσις
σμοὶ πρέπει τῶν τῶν φιλούλον, αὐτέξιν. An' ne illuc quoq; simpliciter vocat φιλοὺς λόγούς pro-
fam orationem, sed quæ in eo genere humilis sit: & omni penè ornatu careat: nam
elegantie illæ, quas secundo in exemplo appellat, reperiuntur etiam in sermone ru-
sticorum: videturq; ipse, cum significare simpliciter vult profam solutamq; orationem,
singulari fere numero, λόγον ipsam appellare. quod fecit manifestò iterum illo
in loco. nam inquit. καὶ εἴ τέλος λόγου καὶ ποιῶντος λέξις εἰπεν. & paulo post. Τοῦ τοῦ πάλλωφ ποιῶν
τῷ μέτρῳ οὐδεὶς εἰπεν. Cur igitur infra φιλοὺς λόγούς dixisset, si eandem il-
lam sine uilla varietate intellexisset? quis autem negare potest, quin & illa aliquo mo-
do nuda, tenuisq; sit? alijs vero rebus ipsam spoliaram nunc accipi debere prorsus
existimo, & sane illis ipsi de quibus hic agitur. Ut autem penitus, quod sentio, de
hac re, testificer, arbitror alterum eorum, quæ reddunt aliquos propriè poetas, esse
orationem metricam. nec posse quempiam vere vocari poëtam, quamvis imitetur:
eximieq; exprimat, quod vult, nūi utatur hac oratione. Idem tamen scio vocatani ali-
quando poësin argumentum aliquod fictum. poësinq; diuidi à quibusdam etiam ve-
teribus in duo hæc quasi membra solitam. vt altera dicatur ἐμπειροῦ: altera vero διὰ
λογοῦ. quia in ea quoque existat imitatio. Sed hanc non arbitror esse vlo modo vera
poësia. nec me late habere me multos, qui aliter de hac re sentiant; nec defuerint
etiam nostra ætate viri acuti lepidi q; ingenij, qui comedias scriperint soluta cratio-
ne. quod (vt opinor) veteres nunquam tentarunt, illos nanque in hoc parum vidif-
se puto. nec quicquam ipso adiuuat vt docui, testimonium huius loci, cum aliter ac-
cipiendus sit, vt ipse ostendere conatus sum: ac (nisi fallor) præstisti, quod contendi.
Adiungit autem Aristoteles modum, quo epopeia ipsa aut vtatur, aut vti, si libeat,
posit, metris. Et, inquit, illis siue permixtis inter se pluribus generibus metrorum
vti, quod aliae species poësis faciunt: aut vno quodam certoq; genere metrorum:
quod tradit ipsam vñque ad sua tempora seruasse. Cum enim prisci epici genus car-
minis hexametrum amassent, qui ætate illos consecuti sunt, iudicium eorum proba-
runt: atque ita in hoc constantes fuerunt, vt postea tanquam lex quædam fixa sit, vt
qui argumentum hæroicum colunt, hexametrum carmen, inde hæroicum vocatum,
sumant. vñque ad hoc tempus autem inquit, quia sciebat licere poetis, si superio-
rum institutum, & veritatem ipsam neglexissent, in grandi etiam illo poemate
variate

variare metra: inueniri enim poterat, qui quamvis sine uilla laude, hoc tamen
tentaret.

Οὐδὲν γάρ δὲ ἐγιμένον ὄνομα θεοῖς ποιον τὸ Σώφρονος, καὶ Ξενάρχου μίμονος,
καὶ τὸ Σωκρατικὸν λόγοις: οὐ δέ εἴτις διὰ τεμέτρων ή ἐλεγένων, ή τῶν ἀλλων
τινῶν ζιστῶν, οὐ ποιοῦ τὸ τῶν μέμνονταινον οὐδὲν ηγειρόντες τῷ μέ-
τρῳ τὸ ποιεῖν, τὸ μοι ἐλεγειοποιοῦ: τὸ δέ ἐποποιοῦ ὄνομα λέγεται.

*Nullo enim haberemus nominare communi Sophronis ac Xenarchi mi-
mos, & Socratis fabulas: neque si quis per trimetra, aut elegos aut alia
quædam huiuscmodi genera carminum, imitationem non fecerit, nisi quod
homines coniungentes cum metro, ποιεῖν, hos quidem ἐλεγειοποιοῦ: hos au-
tem ἐποποιοῦ, nominant.*

Locus sane hic obscurus merito existimatus est ac difficilis: in sensuq; ipsius eli-
ciendo, magnopere inter se discreparunt superiores interpretes: quomodo autem
ipse accipiendo putem, indicabo, studio omni meo, diligentiaq; adhibita in senten-
cia, quam opinor fuisse auctoris, explicanda, non in aliorum opinionibus tentandis,
ac summa cura refellendis. Quamuis autem caligine multa teuctum hunc locum illi
arbitrati sint, non tamen maculas omnes (nisi fallor) viderunt: nam præter id, quod
negotium ipsis exhibuit, qui scrupulus (vt spero) opera mea euulsus est, erratum hic
scripturæ existit, vt satis certo tenetur ex eo, quod sequitur. Omnis verò hæc pars
inscitia eorum, qui scribunt libros, olim contaminata fuit: restant tamen infra
non vno loco uestigia certa uera lectionis, cum hinc prorsus illa deleta sint, ita au-
tem, vt suspicor, legi debere intelligent facile acuti viri loco omni perleto ac di-
ligenter ponderato. Sed ne amplius suspensum animum lectoris teneam, legi meo
iudicio hic debet. & ποιοῦ τὸ τῶν μέμνονταινον, restituta his verbis particula negandi, quæ in-
curia defecerat: nam cum eadem particula desideraretur etiam infra eo loco in ex-
cusis libris ὅμοιος δέ καὶ εἴτις ἀπαντοῦ τὸ μέτρα μηνύειν, ποιοῦ τὸ τῶν μέμνονταινον, restituit illa
in non nullis calamo exaratis, in quibus ὁ ποιοῦ legitur. Sed etiam cum eadem ter-
tium sua itidem sede exturbata esset in quibusdam exemplaribus, in aliis tamen
suum locum tutata est, intelligo autem, cum inquit εἰδὼν καὶ ποιητὴν πρασσαγορεύ-
τον: ita enim est in melioribus, cum alij deteriores habeant falsò καὶ ποιητὴν πρασσα-
γορεύσαν: de qua lectione accuratius cum eō peruenero, disputabo, differit au-
tem omnibus his locis an fint appellandi poëtae, qui non imitantur, quamvis ver-
fibus vtantur, quod ipse non probat. Vnde nunc institutum multitudinis, con-
fuerudinemq; laudat, in illis nomine aliquo complectendis, qui versibus vtentes
non imitantur. Sed alijs nunc partibus relictis, toto animo incumbamus in hunc
ipsum locum, quem in manibus habemus, explicandum. Cum aucto paulo antea
vñsus fuisset hoc vocabulo iuncto ἐποποιεῖν, quo significauit poëma heroicum, imi-
tationemq; grandium personarum: intelligeretq; non omnino illud accommoda-
tum esse rei, quam volebat, exprimendæ, nunc se purgat: docetq; quod fecerit, ne-
cessitate quadam coactum se fecisse, quod verum nomen, appositumq;, ipsi expla-
nande, impositum ei non sit: nam quin causam alicuius rei afferat, dubitari non po-
test, quia initio huius partis particula posita est, quæ id declarat: causa autem est ea,
quam indicaui, id est, quod res caret suo proprioq; nomine. Docet igitur homines
vulgo remedium huic malo adhibere volentes, studentesq; efficere, vt species poe-
matum, si non vera ratione, aliqua saltē appellarentur, quæ distinguere ipsas, mo-
dum illum excogitasse, quem vñsurparit: quod si illi hoc non fecissent, nec se, nec
alios, qui de illis agerent accuratè, nomen habituros fuisse, quod cōpleteceretur eos,
qui ijsdem poematis incubunt diuerso consilio. hoc igitur valet, meo iudicio,
hic locus: quod (nisi fallor) facile nunc intelligent, qui diligenter verba perpēderent:

B neque

neque enim indicandi modo, ut interpres acceperunt, sumimus doctorem inquit εχόμενος, sed εχομένος, cui respondeat, quod infra positum est, παροιῶ. nullo enim arti communis vocabulo possemus appellare Sophronis & Xenarchi mimos, & Socratis fabellas: neque etiam si quis ydens trimetris, aut versibus elegis, aut huiuscmodi aliis quibus imitationem non efficeret: destitutiq; prorsus essemus facultate hos ostendendi communis quapam vocē, nisi extigitstudij multitudinis, quae nō malum remedium attulit: finxitq; huiuscmodi nomina ἐποποιοῦς, ἐλεητοῦς, & eadem ratione alia: his enim verbis significantur & qui illo genere metri yentes imitantur aliquid, & qui non imitantur: nam qui etiam nihil exprimunt, nec imitantur, negari non potest, quin illis versibus vrantur: contra autem poetae nomen non cadit in eos, qui non imitantur. quare non est commune amborum, ut illud. Sophron & Xenarchus ambo mimorum scriptores fuerunt, testantibus hoc passim veteribus scriptoribus. Σωκράτης λόγος quod inquit, arbitror intelligi debere fabulas, quas extremo vite tempore, in custodia publica quam esset, versibus complexus est Socrates, de quibus & Laertius in vita ipsius, & Plutarchus in libello, quo tradit quo animo decet adolescentem accedere ad lectionem poetarum: nec non & Plato ipse in Phaedone: cum enim plures notiones sint huius vocis λόγος, ut testatur Alexander in primum Topicorum, valet quoque fabulam, hoc ipsum etiam ipso prodente: nam λόγοι αὐτούς & τούς in iij. libro de arte dicendi, non alia de causa nostro ab auctore appellati sunt intelligi autem sermones Platoni ab Aristotele nullo modo puto: & quia illi non pertinent ad veram poeticam, & aliis etiam de causis, quas nunc omnes commemorare necessarium non puto. Nam quod aliquis diceret, cum fabella haec Socratis sive plures illa fuerint, (nam plures ipsas fuisse videtur è Plutarcho percipi: Præterea Athenaeus citat Socratem in poematin, hexametrumq; integrum ponit, & partem consequentis versus) alternis versibus longiusculis scripta foret, si iam genesis eius carminis mentionem fecisset, nihil oportuisse addi infra ἐποποιῶ, idq; superuacuum & ineptum futurum fuisse, occurritur facile huic difficultati: Socrates enim elegi carmine fabellas conscriperat: alij vero esse possunt, qui eodem genere versus aliam materiam scribant, ut fecit Andromachus, elegia quadam complexus Theriacæ laudes, vocatae Galenes: & ipsius compositionem, quam misit ad Neronem, illis vero omnibus in hoc cum ipso conueniat, quod illi quoque eodem genere versus vntur. Est autem molestum, repugnatq; huic meæ opinioni, quod apud Sudam legitur, Sophronem mimos scriptisse prosa oratione; cum tamen lego testimonia ipsius, quæ citantur ab Athenæo & Demetrio, contraria mihi video & ex genere verborum, & ex compositione ipsorum, cognoscere orationem illam pedibus ingredi, grandiorēm q; multo esse, quam requirat soluta oratio. quare nullo modo puto id verum esse. nam cum multa in eo volumine notata sint, sane eruditæ ac certa, constat tamen in eo non parum negligenter aliquando repperiri. Xenarchus certè, qui cum eo coniungitur in illo sane opere, comicus poeta fuisse traditur. Sed quid opus est coniecturis? cum testimonio huius nostri auctoris confirmetur Sophronis mimos certis pedum mensuris astrictos fuisse. hoc autem ille prodidit in opere, quod scriptis de poetis, ut refert Athenæus in xij. libro Αἰγαίωνος, qui verba etiam hec ipsius posuit, Οὐκέτι δὲ ἐμμέτρους, οὐ καλλιμονιούς στρφοῖς μύμοις, μη φέρει γαλόγοις ναι μύμοις, οὐδὲ ἀλεξαμένοις πονηροῖς πρώτοις γραφεῖταις τῆς σωκρατικῶν διαλόγων; Refellere autem his verbis ille voluit stultum errorēm quorundam, qui nollent huiuscmodi scripta continere in se imitationem, ac genus quoddam fabellarum esse: suntq; ut arbitror, pronuntiata cum stomacho. nam interrogatio quoque qua vtitur, valde apta est ad eos perturbandos, ac demum de illa sententia deiiciendos. Cum igitur vocet ipsos illos mimos ἀμέτρους, quis dubitare potest, quin illi nullo modo soluta oratione scripti forent. eodem etiam pacto concedere oportet disputationes illas Socratis, mandatas litteris à sodalibus ipsius, imitationes fuisse, & genus quoddam fabularum. non tamen, nisi fallor, propriæ poesis, quia sine pedibus certis ac definitis oratio illa esset, nam hoc idem testimonium optimi doctoris valere quoque arbitror ad probandum, non significare hic λόγος σωκρατικῶν sermones illos Socratis,

qui

qui memoriae proditi sunt à familiaribus ipsius: illos enim cum dilucidè ostendere illic velit, vocat ipsos διελόγους, non λόγους. codem igitur pacto appellasset, ipsos in hoc libro, si ipsos illos intellexisset. Adiungit autem eruditus magister futurum fuisse, ut omnes itidem facultas omnibus eriperetur appellandi communi nomine studium illorum, qui auxilio trimetrorum aut elegorum aut aliorum etiam huiuscmodi vertutum imitationem nō fecissent, nisi, quod statim exponit, homines occurrissent huic egestati, & uiam illam excogitassem: quæ autem ratio illa fuerit, aperit dicens, Nisi quod homines; copulantes cum genere illo metri ποτεῖν, quod valet pangere & poema condere, hos quidem vocant λεκτοποιούς: hos verò, ἐποποιούς. sunt autem omnes iunctæ voices, concretae, ut apparet, ex illo verbo, quod dixit: quodq; significat operam studiumq; quorundam, qui uersus pangant: nec non ex illo ipso genere carminis, quo uterentur: nam quod inquit διὰ τριμέτρων, significat ipsos utrū trimetris, tanquam instrumento quodam, ut supra locutus est, cum ait διὰ φωνῆς, διὰ εὐθύνης. Videatur autem οἱ αἰθέρωποι dixisse, intelligens multitudinem, & non certas aliquas disertasq; personas: significat demum, ita loquens, consuetudinem ipsam, ut exemplis confirmari potest: nam in iij. quoque libro de arte dicendi, ubi itidem de iunctis nominibus differit, communem usum loquendi eodem pacto appellat: inquit enim οἱ διαθέρωποι τοις διπλοῖς χρόνοις, ὅτοις αἰθέρωποι καὶ ὁ λόγος ὀντάς τὸ χρονοτριβεῖν, ἀλλ’ αὐτοὺς παντας ποιητικῶν. Apparet etiam uersus, quos Latini vocant elegos, auctorem una plus syllaba appellare elegios: nam iterum hic usus est eo nomine, semel iuncto illo cum altero, semel uero distinto, quibus ambobus in locis idem seruauit.

Οὐχ ᾧς τούτη κατὰ μύμοιν, ποιητᾶς, ἀλλὰ κοινή κατὰ τὸ μέτρον προσέχοντον τούς: καὶ γαρ ἀνὴρ ιατρικὸν, ἢ μοιστοῖς οὐ διὰ τῶν μέτρων εὑρέθωσιν, οὐ τῷ καλεῖται εἴδοχοις.

Non ut eos, qui sunt secundum imitationem, poetas, sed communiter secundum metrum appellantes: etenim si quidpiam medicinæ præcepta continens, aut artis musicæ proprium versibus ediderint, sic appellare conseruerunt.

Hæc est explanatio eius, quod dixerat, consuetudinem scilicet opem tulisse huic egestati sermonis: multitudinemq; , quamvis magnam partem confitet ex hominibus imperitis, tamen & ipsam vidisse discrimen horum, aliquid versibus pangentiū: quos enim cognovit uersus adhibere ad aliquam materiam minime aptam poëtæ, illo modo vocavit: & non, ut narrat ipse aperte, poëtas: ita enim appellabat eos, qui toti in imitando versarentur: illos verò communiter spectato genere metri, quo uterentur, vocabat: ipsum enim illud nomen eo modo, quo docuit, iungebat: cum verbo, inquam, illo, quod Græcis valet pangere. καὶ uero quod inquit id est communiter, positum est, nisi fallor, ad id ostendendum, quod supra dixi: nam ἐποποιοῦς, & ἐλεητοῦς , communia nomina sunt illis: quorum alteri generibus itidem metri uentis imitantur: alteri verò non imitantur. Magis autem adhuc morem illum populi illustrare volens, inquit. Etenim si aliquid, quod ad artem medendi pertineat, siue ad studium canendi, aliqui versibus complexi sint, ita vocare consuerunt. Priscis autem temporibus, ante quam ars inuenta foret: veraq; ratio condendi poema cognita: cuius tamen, tanquam exemplar aliquod ediderat Homerus, multo plures huic errori affines fuisse verisimile est: Nec tamen, illa prolata, cuncti, qui huius laudis sequendarū studiosi fuere, veram viam tenuerunt: multi enim mortales temerè res aggrediuntur, & casu potius quoddam, quam consilio ducuntur. ἐκ φρεΐν vero, ut opinor, valet edere.

Οὐδὲν δὲ κοινόν ἔστιν ὄμηρος καὶ ἐμποιητῶν, τολμῶν τὸ μέτρον. διὸ τὸν μὲν ποιητῶν δίκαιον καλεῖται: τὸν δὲ, φιστολόγον μᾶλον οὐ ποιητῶν.

Nihil autem commune est Homero & Empedocli præter metrum: Quapropter hunc quidem poëtam instum est vocare, hunc vero physiologum potius quam poetam.

Exemplum ponit duorum, qui, si coniungi debeant aliquo nomine, quod pariter ambobus conueniat, egeant hac ipsa ratione, cum poëta ambo vere vocari non possint, nec alio vlo nomine, communis utriusque, ostendi. eorum enim alter imitatur: alter vero rationem rerum naturalium exponit: quod idem est, ac præcepta alicuius artis tradere. Homerus enim & Empedocles huiuscmodi sunt: ille namque imitatus est summo studio, quæcumq; poetatibus suis complexus est: hic vero ratione quædam suam veribus persecutus est: naturamq; subtiliter euoluit. Nihil igitur commune ipsos inter se habere dicit excepto metro: ambo namque uersibus complexi sunt materiam diuersam: & eodem sane genere uersuum sunt complexi. Quod si illud habuissent, potuisset aliquis facile ipsos inde appellare: idem enim illo pacto contigisset, vt qui uocabulo, quod exprimeret communem illud, ipsos ostendisset, aptum ambobus significandis copulandisq; nomen inuenisset: sed hoc effici, quum nullum id sit, nullo modo potest. Qui igitur communis aliquo uocabulo uocare ipsos uoleat, ēπονοις necessario uocabit, cum in hoc solo ipsi inter se conueniat. Hoc uero exposito, adiungit tanquam corollarium, & quod ē superiore disputatione eliceretur. Quare eorum alter dignus est, qui appelletur poëta: alter uero, si suo ac proprio nomine uocandus est, physiologus: naturaliumq; rerum explicator, est appellandus, nō poëta: si namque Empedocles poëta rectè uocari posset, conueniret ipsi cum Homerio in imitatione quoque, & non in eodem genere metri solum: Idem etiam, quod hic traditur ab Aristotele, à Plutarcho in libello, quo instruxit adolescentes ad lectionem poetarum, commemoratum est: affirmat enim Empedoclis carmina & Parmenidis: nec non Theriaca Nicandri, ut sententias etiam utiles ad uitam, quas uersibus scripsit Theognis, orationes esse, quæ mutuatae sint ab arte poetarum, tanquam uehiculum, tumorem illorum ac metrum, ut pedestris solutaq; orationis humilitatem fugeant. Respondent autem Homero & Empedocli apud Græcos, Virgilius & Lucretius apud nostros, quamvis unus idemq; luculentum exemplum utriusque rei sit, diuerso in opere, Virgilius: in Aeneide enim Homerum refert: in Georgicis uero Empedoclem, quamvis longe aliam materiam uersibus explicarent: conuenit tamen ipsi magnopere inter se, quia ambo ab imitatione absunt quæ, si genere aliquo carminis expressa fuerint, efficit poëtam: quamvis multis luminibus poeticis opus suum expoliuerint. Quod ad locutionem facit, δικαιον hic uerum ualeat ac ratione factum: neque enim de aliqua renunc agitur, quæ materies sit huius excellentis uirtutis. eodem pacto multo infra hoc ipso in libro locutus est, ubi docet, quid maxime uariet tragœdias, & ut uerè diuersa uocari possint, faciat: inquit enim δικαιον δε πάντα τραγῳδίαι καὶ τὰ πάντα λέπειν οὐδὲν τῷ μέρει: & quæ sequuntur. eodem pacto nos quoque passim patro sermone loquimur.

Οὐδοίς δὲ οὐδὲν ἔπις, & παντα τὰ μέτρα μηνύων, οὐ ποιῶτο πάντα μέρικον, καθάπερ χαρέμων ἐποίσεν κοίταρον, μητὸν ἔραφωδίαν ἐξ ἀπάντων πάντα μέτρα, οὐδὲ οὐδὲν οὐδὲ ποιητὴν πεσόφεροντεον. τῶδε μὲν δὲ τούτων, διωρίσθω τέλον πάντα τρόπων.

Similiter autem, & si quis omnia metra permiscens non efficiat imitationem seu Chæremon Centaurum conficit, opus mixtum ex omni genere uersuum, non oportet iam hunc poetam vocare. De his quidem igitur hunc in modum explicatum sit.

Vt facilius probet non eam vim habere certum aliquod metrum, vt omnes, qui eos sint, statim reddat poëtas: nec omnes, qui uersibus opus aliquod pangunt, fieri ea de

ea de causa poetas, adjungit, rem augens. Siquis omnia etiam genera uersuum apparet, unoq; in opere ipsa permisceat, non adhibita imitatione. quod ne quis absurdum penitus ac prodigijs simile putet, docet Chæremonem suo quodam in opere id fecisse: quod opus ea de causa uidetur Centaurum appellasse: centauri enim mixta formam iunctamq; ē duabus naturis credebantur habere: si quis inquam omnem genitum carminis confundat absque imitatione, non tamen eo nomine illum poëtam meritò appellandum: aliud enim quod inde abest, adhuc requiritur. Hoc autem significauit auctor, cum inquit: ipsius enim uerbis utar. οὐδὲ καὶ ποιητὴν προσαγένετο: ualeat enim οὐδὲ in hoc loco, non eò adhuc peruenisse hunc ipsum, qui hoc tentauit, quamvis aliquid, quod proprium sit poetarum adhibuerit, ut oporteat ipsum iure optimo uocari poetam: quod enim in extremo positum est προσαγένετον, officium significat, factumq; culpa uacuum. Vnde à grammaticis, hoc ostendere uolentibus, hæc pars orationis ἐπιένημα δέσιως appellatur. Exemplum uero Chæremonis positum est solum ad declarandum fieri posse poema ē vario genere carminis: neque enim uacuum illud fuisse ab imitatione puto, id quod uidetur statim Aristoteles ipse docuisse. Arbitror autem, quæ ab excusis olim libris aberauit, restitui supra debere particulari negandi: legi, prorsus oportere η ποιητὴν πάντα μέρη ut sensus hic, quem explicui, & quem uerum esse puto, inde elicatur: in quodam etiam calamo exarato illam suo loco mansisse animaduerti. Adnotauit etiam scripta exemplaria, à quibus negotio illo loco abest, non retinuisse etiam ipsam infra, ubi libri quoque excusi eam feruarunt: quædam enim habent, εξ ἀποίγον τῷ μέτρῳ, καὶ τὸν ποιητὴν: alia uero καὶ ποιητὴν προσαγένετο, sine pronomine: qua sane ex lectione sensus sine dubio uerus, non tamen hic aptus (nisi fallor) elicitor: quis enim non intelligit, eum, qui opere in suo quidpiam imitatur, quamvis utatur in eo cuiusquemodi genere carminis, tamen appellandum esse poëtam: nec studium illud commiscendorū uersuum eripere ei nomen poëta, quod illi largitur tribuitq; imitatione, cui se toto animo dedit. Centaurum autem, non hippocentaurum, indicem fuisse eius operis scripsi, secutus auctoritatē scriptorum librorum, in quibus ita legi: & præterea testimonium Athenæi, qui ita illud citat. De Chæremone enim loqués in xiiij. libro inquit. Καὶ δὲ κορτάνες, οὐδὲ δρῦς μα ποιήμετρον ισταν, λειμῶνος τίκυα. Rapsodium autem fabulam hanc ipsam, non male uocatam ab Athenæo δρῦμα, uidetur Aristoteles appellasse, quia mixta erat, & quasi confusa ex vario genere carminum: rapsodiae namque propriæ nominabantur scripta epicorum, ducto hoc nomine ab Homeris operibus, quæ cum diuulsa essent ac disseminata, opera studioq; grammaticorum in unum corpus redacta sunt; inde enim materiæ similes, atque eodem genere carminis explicatae: quibus idem non contigisset, ceperunt eodem modo uocari. Cum autem iam ostendisset, speciem quandam poësi inueniri, quæ utatur tantum oratione nudæ spoliataq; aduenticiis ornamenti, id est rhythmo atque harmonia: simulq; docuissest qua ratione consuetudo difficultati non paruæ occurrit: nec non declarasset non eodem modo dici Homerum & Empedoclem poëtas, testatur finem uenisse huius disputationis, quæ similitudinem habuit digressionis cuiusdam: dictaq; de ea iam esse, quæ satis uideri debeat. Adiungit autem, ad propositum reuertens, superiorēmq; diuisionem absoluere studens, tertiam, quæ restabat, rationem, diuersam à superioribus duabus, hoc pacto.

Eἰσὶ δέ τινες, αἱ πᾶσι χρῶσι τοῖς εἰρημένοις. Λέγω δὲ, οἷον ἐνθυμῷ οὐδὲ μέλει οὐδὲ μέτρῳ, ὁπτῷ δὲ τὸν διθύραμβικὸν τρούσις οὐδὲ οὐδὲν νόμον, οὐδὲ πάντα τραγῳδία, οὐδὲ οὐδεμία: διαφέροισι δὲ, διπλοὶ μὲν ἄμφα πάσιν: αἱ δὲ κατὰ μέρος ταῦτας μὲν δὲ λέγονται διαφοραὶ πάντα τεχνῶν, οἵ τοις ποιητῶν τὰ μέρη.

Sunt autem non nulla, que uentur omnibus dictis: intelligo autem, ceu rhythmo & concentu & metro: quemadmodum & dithyramborum poësis, & nomorum: nec non tragœdia, & comœdia. discrepant vero ha-

inter se, quod parim harum vna cunctis: parim autem singillatim vnum-
tur. Has quidem igitur dico differentias artium, in quibus efficiunt imi-
tationem.

Tradit extare etiam imitationes quasdam, quae non contenta sint uno altero ue-
trium illorum, quibus tanquam instrumentis quibusdam, omnis species huiuscemo-
di imitationis imitatur, quod imitandum exprimendumq; sibi proposuit: sed cun-
cta libere usurpent: nullumq; eorum a se alienum putent: nec tamen vniuersas illas
eodem pacto se in hac re gerere ostendit: inueniri nanque in ipsis quoque, quibus
in illo conuenit, dissimilitudinis non parum: quam dissimilitudinem diligenter ex-
ponit: antequam tamen nomine appelleret, quae sint imitationes, quae cuncta illa, cu
ipsis commodum est, arripiant, repetit tria illa, quae vim habent instrumentorum:
multo nanque supra ipsa nominarat, vt cum interiecta non pauca essent, non omni-
no propria huius disputationis, renouare illa in animo lectoris, non alienum puta-
rit. Animaduertendum etiam est non omnia illa iisdem vocabulis, quibus supra,
ipsum appellare, nam prius primum, duo reliqua immutat: pro ἀρμονίᾳ enim, quo
nominis supra usus fuerat, μέλος appellat: & quod primum vocarat λόγον, nunc μί-
τρον nominat. In ij. quoque libro de animo pro ἀρμονίᾳ posuit μέλος vt adnotauit etia
Philoponus: cum enim auctor ipse dixisset νὲ ὅσα ἔχει τὸ ἐπόντων ἔχει καὶ
μέλος καὶ ἄλλα. inquit interpres ille accuratus. μέλος ē παντὶ τῷ ἀρμονίᾳ. nam nō
omnino vnum atque idem esse harmoniam & melos cognoscitur etiam testimonio
Aristotelis ipsius, qui inquit in problematis de harmonia, quæstione xlviij. ἡ ὥρα
μέλος μέτρον ἔχει τῷ τοι τῷ αρμονίᾳ. existimat igitur manere harmoniam sine altero, aut
parum omnino illius retinere, quod non vnu veniret, si nulla re ipsa inter se discrepa-
tent. Sed alio loco in iisdem questionibus vocavit mele quedam ἀρμονίᾳ, quæ, cum
ita distinxerit, sicut significavit alia esse nullo modo talia. Nam quod admonui, cu
paulo infra eandem repetens, dixisset τοῖς λόγοις φιλοι, emendauit vocem illam, addes
statim, τῷ μέτρῳ. Vnde perspicitur, addito etiam superiori nouo hoc testimonio,
primo ipsum λόγον cum dixit, poeticam orationem, id est certis mensuris illigatam,
intellexisse: quamvis illi tempori consilioq; auctoris satis fuerit illo modo ipsam ap-
pellasse: nunc enim contra ac supra fecerat, facit: appellat enim μέτρον, non λόγον,
sequens suam illam correctionem: in metro autem intelligitur oratio, quam ora-
tionem metrum ipsuni metitur atque ornat. non multo post etiam ab hoc loco τὸ μέτρον
μετρια, eandem rem, penè coniunctis duobus his nominibus, vocat. Iisdem igitur,
aliquantum diuersis vocibus, rebus appellatis, indicat Aristoteles, quæ sint species
imitationis, quæ omnibus illis vtantur: sunt autem omnes illæ quidem partes poesis,
primamq; appellat dithyramborum poesin, & nomorum: deinde tragediam & co-
mœdiam ponit. Cumq; in quo conueniat ipsis inter se ostenderit: nulla enim eārum
est, quæ non usurpet, cum commodum sibi putat, tria illa, quid discriminis versetur
inter eas declarat, dicens discrepances ipsas, quia ē numero illarum quedam simul o-
mnibus vtantur: vt eodem tempore ipsæ vtantur in imitando oratione uincta pedi-
bus, & concentu, & rhythmo: aliae vero seorsum: nec semper vna. cuiusmodi sunt
tragedia, & comedie: haec nanq; quibusdam suis in partibus tantū adhibent oratio-
nem certis metris, pedibusq; ornata, vt in sermonibus histrionum: in alijs verò duas
vt in chori cantico illo, quod statim vocatur: illuc enim metricæ orationi adiun-
cta est harmonia. Sunt autem alij chori cantus, in quibus præter superiores duas res,
est rhythmus. cum chorus illic certo loco non maneat, sed moueat, vt illic notari
debeat rhythmus, qui est ratio celeris motus ad tardum. Videtur autem loquutus de
comœdia sui temporis, ē qua chorus adhuc sublatus non esset: nam (nisi fallor) in
comœdiis, a quibus absit chorus, vt sunt comedie Plauti & Terentij imitatio fit so-
lum oratione metrica. Dithyrambum genus odes fuisse, quæ laudes Liberi patris ca-
pere, à me supra traditum est. in toto autem illo cantu tria hec simul usurpabātur,
quamvis aliquando mensuram pedum negligenter. Vnde ab Horatio audaces di-
thyrambi

thyrambi appellati sunt. Vnā igitur cum pedibus erat in illis & harmonia & rhyth-
mi. Huius vero generis cantilenæ, vt eius etiam quæ consequitur, meminit Plato in
ij. libro de legibus, his verbis. exponit autem veterem musices rationem, quam do-
let magno cum damno ciuitatis dimissam. καὶ ἀλλοι διηγόντες θύεσις οἱ μου, οὐδέρχεμβος λεγό-
μενος: νομος τε καὶ κώντρα τῶν τριῶν εἰκάζειν οὐδέν, τοῖς τρισὶ ἐπέλεγον δὲ κιθαραδικοῖς. Idē
etiam optimus auctor in ij. de rep. idem genus carminis tradit constare tribus his re-
bus, & si non οὐδέρχεμβος illic, aut νομος, sed μέλος ipsum appellat: à quo nomine qui stu-
dio illo tenerentur μελικοὶ ποιητæ vocati sunt. hæc autem ipsius verba sunt. ὅτι τὸ μέτρον
λος ἐν τριῶν ἐπισυγκέντον, λόγον τε καὶ αρμονίαν, καὶ ὑμανόν. Animaduertendum quoque
eundem eruditissimum scriptorem appellare tria hæc, quæ sunt tanquam instrumen-
ta quædam imitandi, vt alii non nullis locis, ita etiam in x. de rep. inquit enim de
poëtis loquens. ἐστι τε πολὺ συκτοτομίας τὸ λέγον, τὸ μέτρον καὶ τὸ υμανόν, πάντα δι-
αρχεῖν λέγεται: ἐστι τε πολὺ σφραγίδων, ἐστι τε πολὺ ἀλλαγῆς. Nomorum vero dixi, Græco vo-
cabulo vtens, secutus vestigia quorundam Latinorum scriptorum. nam Suetonius
etiam in Nerone inquit: prius quām inchoatū nomō absoluere. Eadem autē hac vo-
ce à Græcis appellatas fuisse leges, quibus præcipitur ac vetatur, quod facere opus est
in vita, & cantus illos musicos, constat: Vnde vero id factum sit, nō eadem ab omni-
bus ratio traditur: diuersam enim originem huius nominis attulerunt Aristoteles
in problematum segmento xix. quæstione xxvij. & Plutarchus in libro de arte mu-
sica: quas qui percipere volet, cum huic loco explicando necessariae non sint, nullo
negotio illic reperiet. Cum autem diligens doctor præcepisset iam, quæ oportebat
ad primam partem illustrandam, pararetq; se ad reliqua tradenda, admonet lecto-
rem quid fecerit, his verbis. Has igitur dico affirmoq; differentias esse artium, id est
partium imitationis, quod scilicet facit ad explicandam primam illam partem, qua
traditur, quomodo illæ discrepent quasi instrumentis, in quibus faciunt imitationem.
Legendum autem videtur in Græco exemplari, εἰς, neutro genere, non, vt an-
te in omnibus excusis erat, εἰς αἵς feminino: supra nanque eodem pacto locutus
est, cum inquit. οὐδὲ τῷ γένει εἴρεις μημεῖδαι. Sed planius hoc percipitur ex hoc post
hunc, quem in manibus habemus, loco posito. καὶ γένος τοῖς αὐτοῖς καὶ τὰ αὐτὰ μημεῖ-
δαι εἰσι: & quæ sequuntur. Adnotandum etiam in Græco contextu posterioribus his
duobus locis & si verbum non omnino idem est: in hoc enim ipso inquit ποιεῖδαι μή-
μεῖδαι: in altero vero μημεῖδαι, positam esse prepositionem εἰς, quæ à primo, cum ta-
men vtatur illic eodem verbo, quo in tertio, abest.

Εἶ πεὶ δὲ μημεῖδαι οἱ μημεῖδαι πράττοντας: αἰάγκη δὲ τοῦ τοις ἡ αὔτου-
δαιονς ἢ φαύλους εἴνει: τὰ γαρ ἢ οὐδέδην αἱ τύποις ἀκολουθεῖ μένοντος: παντάς γέ-
νοι αρετῆ τὰ ἢ οὐδιαφόροις πάντως, τοι τοις αὐτοῖς καὶ τὰ αὐτὰ μημεῖ-
δαι εἰσι: & quæ sequuntur. Adnotandum etiam in Græco contextu posterioribus his
duobus locis & si verbum non omnino idem est: in hoc enim ipso inquit ποιεῖδαι μή-
μεῖδαι: in altero vero μημεῖδαι, positam esse prepositionem εἰς, quæ à primo, cum ta-
men vtatur illic eodem verbo, quo in tertio, abest.

Quia autem imitantur ij, qui imitantur agentes: neesse autem est, hos
aut studiosos aut improbos esse: mores enim fermè semper comitantur his
solis: virtus enim & virtute, quod pertinet ad mores discrepant omnes, sine
meliores, quām comparati nobis sint, sine deterioribus, sine & tales neesse est
imitari, quemadmodum pictores. Polygnotus quidem enim meliores: Pauson
autem, deteriores. Dionysius vero similes pingebat.

Primo haec tenus discriminatione imitationum exposito, voco autem imitationes, redi-
dens verbum verbo, quas auctor μημεῖδαι appellat, id est rationes varias ue-
tandi, secundum aggreditur, quod manet in eo, quas nam potissimum res imitentur
ij, qui imitantur: commune nanque omnium harum artium fuerat imitatio, discre-

pant autem illæ, quod aut alias res adhibent ad imitandum aut alias res imitantur, aut alio modo: Declarato igitur iam, quo pæsto diuersis rebus vtantur ad imitandum illi qui imitantur, tradit nūc quomodo res diuersas imitantur: sumitq; ad probandum, imitari ipsos aut meliores quam nos simus, aut deteriores, aut pares, duas sententias satis certas, quarum posterior ex priore nascitur. Certas autem illas esse, nec valde confirmatione egere, intelligitur etiam ex particula ἐπει, quam constat ipsum initio clausularum tunc ponere, cum aliquid stabile planumq; sumit: aut si non omnino planum: quod tamen non exquisita aliqua ratione egeat: neque enim negari potest, quin ipsum aliquando etiam comprobet: ita tamen, vt ratiōes quibus vtitur, vim potius habeant explanationis cuiusdam, quam subtilioris argumentationis. Illi autem particulae respondet semper sua redditio: quæ nouum aliquid, inde ortum: quodq; illinc fidem dicit, secum trahit: illud verò id ipsum est, quod probare, ac constituer voluit. Hoc igitur hic facit, dicens, Quia qui imitantur, imitantur aliquos agentes: notum autem est & euident, cunctos qui imitari student, sumere ad imitandum personas aliquas, quæ quidpiam gerant: & non tacita immotaq; maneat. ita nanque studium corum magis appetet: habentq; illi facilius, in quo artem suam exerceant, quam si stantes, ac quietentes exprimere conarentur. Adiungit autem fieri non posse, quin hi, qui agunt scilicet, aut studio si viri, aut praui sint, quod cum omnino certum apertumq; non esset, leuiter confirmat, explicata vi eius sententiae: inquit enim. Mores nanque ferme semper his solis comitantur. significat autem intelligi plerumque mores & indolem eorum solum, qui aut virtutem, aut vitium toto pectore colunt, cum in animis eorum, qui interiecti sunt inter hos, non apparent certa indicia illorum naturæ: non inquit enim necessario cunctos, qui quidpiam agunt aut probos aut improbos esse: hoc enim manifestò falsum fore: qui nanque medijs sunt inter hos: nec omnino aut ornat virtute, aut vitio inquinari, & ipsi etiam aliquid agunt: sed requiri, vt huiuscmodi sint, qui idonei esse debent studio poëtarum: vñā enim & agere aliquid, & illis modis animo affecti esse debent, vt apta materia sint eius artis, facultatemq; p̄bant poëtis se imitandi. Sed hanc etiam sententiam, quam ego explanare conatus sum, quaq; ipse vtitur ad confirmandum quod dixerat, vel explanandum potius, Aristoteles ipse constituit, allata causa ipsius: hic enim quoque, vt supra, cum particula γε ab eo posita sit, apparet rationem reddi antecedentis sententiae. Inquit igitur, Virtus enim & virtute cuncti mortales mores habent distinctiones: quod scilicet res nulla sit, quæ tantopere variet mores, quantopere facit vitium ac virtus: non ætas, non diuitiae, non secundæ aut aduersæ res: sed in primis reddunt naturas moresq; discrepantes, vitium ac virtus. Hoc verò, vt hic breui significat, ita planius, vberiusq; in v. libro πολιτικῶν tradit: cum enim exponeret, quibus rebus discrepant inter se mortales, gradusq; etiam eorum discriminum indicaret, maximum interuum esse inquit virtutem ac prauitatem. Verba eius hæc sunt. μείστη μὲν διάστασις αρέτη καὶ μοχύρια: εἰ ταὶ & quæ sequuntur: pergit enim reliquorum vim declarare. His autem sententijs positis: & ea ratione, qua docui, comprobatis, infert, quod pendet ex illis, siue meliores quam nostra ætate sint, siue deteriores, siue & tales, necesse est imitari. & hæc est αἰτιόδυσις ac redditio, de qua supra locutus sum. Non oportet autem mirari, cur, cum supra duo tantum hominum genera esse docuisset, quæ mores expressos, insignitosq; habent, id est bonos viros ac malos, statim tamen ipse tertium genus adiungat, id est parés similesq;: quod simili etiam pictorum adiuuat, atque ita se habere confirmat: nā duo illa contraria inter se genera tribus his modis variantur: qui nanque honestos ac probos viros imitantur, vt turpes etiam ac malos, & meliores ipsos quam sint nostræ ætatis homines, & deteriores fingeret possunt: atque ita virtutibus aut vitijs eorum multum addere, aut demere, aut quales nunc sunt homines, duo illa contraria genera conformare, vt non maiores fuisse virtutes eorum aut vicia, quam hodie vulgo sint, dicant. Restitui autem hæc verba, quæ defecerunt in Aldino exemplari οἰτοτούτους, inuenta à me in calamo scriptis libris: in tribus nanque ita offendit οἰτοβελτιώτας ἡ καθηματικὴ χειρονομία, η κατατούτους: non sane loco vacuo ab omni mendo: defiderantur

derantur enim illuc verba hic prorsus necessaria, αἰτιόδυσις μηδεποτε. Quæ tamen si aliquis omisit, existimans redditionem eam esse, quæ supra penè eadem posita sunt, αἰτιόδυσις η τούτους & quæ sequuntur, valde peccavit: illis nanque alterum duorum, quæ hic sumi debebant, ostenditur, vt supra ipse docui. Quod si retentis his, quæ in plurimis excusis reperiuntur: ac sine quibus sententia imperfecta est, ea quæ conseruata sunt in scriptis exemplaribus, ante illa reponimus, locus sine dubio integer erit, & ab omni macula vacuus, in libro quoque, qui a Guil. Morelio Parisijs excusus est, eadem verba restituta sunt, qui tamen gratiam, quam eo nomine inijt, statim amisit, ονισθι iis verbis, quæ non minus hic necessaria sunt. Nimis igitur ille in hoc tribuit scripto suo libro, quum omni ex parte ille fidelis non foret, arbitror autem ab aliquo eiecta olim hinc fuisse hæc verba, qui quod ipsa valent, falsò putaret significari superioribus illis ἡ καθηματικὴ, nam valet etiam non nihil ad ostendendum apta illa hic esse ac maxime conuenire quod alibi vñus est eadem redditione: infra enim multo, vbi incipit differere de ijs, quæ obiiciuntur poëtis, & quomodo illa ipsa dissoluatur, quum planam sententiam tanquam firmum quoddam solum poneret, inquit ἐπει γέ γε μηδεποτε η πολιτική, δέσποιντος αὐτοῦ τις ἀλλος εἰκονοποιοῖς, αἰτιόδυσις: & quæ sequuntur. Adiungit autem auctōr, simili hoc ipsum constituere volens, eos scilicet, qui imitantur, imitari aut meliores, aut deteriores, aut pares, quemadmodum pictores. Sed non contentus generatim affirmasset nationem pictorum hoc etiam servare, singillatim docet ipsos hoc fecisse, nomina ipsorum ponens. Appellat igitur primum Polygnotum, quem meliores solitum, quam uerè tunc fuerint, penicillo exprimere tradit. Pausonem autem contra deteriores dicit præbere solitum. Dionylium verò pares. Quum verò nota sit similitudo, quam habet poësis cum pictura: illam autem vetus etiam quidam vir acuta voce significavit, non sine causa. Aristoteles, quū aliquid in hac probare vult, sape ad illam recurrit: quod iam iterum aliquo modo fecit: quum enim tantopere inter se similes sint, verisimile est, quod in altera fit, in altera etiam fieri. Animaduertendum uero, quum supra dixerit eos qui imitantur, imitari homines, qui gerant aliquid, uideri ea de causa imitationes poëtarum dramaticas appellatas esse: & si nanque fabule solæ tragicorum, comicorumq; δράματα: vocantur: nullo autem modo scripta epicorum hoc nomine ostenduntur, dramaticæ tamen imitationes nominantur non minus imitationes epicorum: quam illorum ipsorum, quibus magis hoc nomen conuenire existimaretur: quod testimonio etiam ipsius confirmatur: qui infra de summo poëta inquit, cum eum magnopere prædicaret. αἱ ὥραι μηδεποτε δράματα εἰπομένα. Nec existimandum est auctōrem inconstanter esse, atque hunc locum repugnare illi, quo infra voluit proprium esse tragicorū comicorumq; imitari agentes: inquit enim, ostendens in quo conueniat Sophocli cum Aristophane, πρέποντας γέ μηδεποτε καθηματικὸς αἴματος: imitantur enim sanè ambo homines qui agant, atq; imitantur ipsos representatione eorum factorum, quod non faciunt epicī, qui vtuntur in ea re commemoratione. Quare, vt opinor, hic, imitari agentes, significat non cessantes, nec otiosos homines factis aut verbis referre: hoc enim commune est omnium poëtarum: infra autem, loco, quem indicaui, valet imitari agentes, agere vt ipsi agunt: exprimereq; ita ipsorum facta: quod aliquo modo testatur ipse, quum multo infra, de tragicis loquens, inquit. ἐπει δὲ πρέποντας ποτε οὐτοὶ τοῦ μηδεποτε. Sed aliud quiddam est hoc loco, quod magis attendendum est: videri scilicet Aristotelem sententiam hanc, quæ vtitur tanquam crepidine aliqua, accipisse à Platone: ipse enim quoque, quum quod antea probabiliter ostenderat, acutiore ratione confirmare vellet, vñus est eo fundamento, posuitq; omnem imitandicationem imitari homines, qui agant aliquid aut coacti aut sponte. Verba ipsius hæc sunt. πρέποντας φαμέν αὐτούς μηδεποτε μηδεποτε βιδάοις η ἐντοτασσε πρέπεις. Non tamen idem ille astruit, quod hic noster: adiungit enim Plato eos ipsos, qui versentur in illis factis, inde venire in eam mentem, vt parent se vel bene, vel male rem gessisse: vnde nascatur in animis illorum vel ægritudo, vel lætitia. Restitui etiam hic in Græco exemplari particulam γέ, quum ab excusis libris abesset: quæ utilis illuc, vel necessaria potius est: cum enim vt ostēdi, Aristoteles affirmasset communiter id facere pictores, quod

quod seruare poëtas ostendere vult, quasi causam affert eius sententia: ipsamq; comprobat, exempla singulorum ponens. Quare necessaria ea illic videtur particula, quae tñm, cum causam alicuius rei afferimus,

Δῆλον δὲ ὅτι οὐδὲ τῶν λεχθεισῶν ἐκέστη μημέσων ἔξει τάντας τὰς διαφορὰς. οὐδὲ ἔσαι ἐτόπια, τῷ ἐπὶ τῷ αἱματιθαῖσιν τὸν πρόποντον οὐδὲ εἰ ὀρχίσει, οὐδὲ αἴσια, οὐδὲ καθαρίσει διὰ ταύτας τὰς αἰνομοιότητας.

Planum autem est, quod una quaq; dictarum imitationum habebit has differentias: & erit diuersa, eo quod diuersas res imitetur hunc in modum. etenim in saltatione, & tibiarum fidumq; usu fieri potest, ut sint hæ dissimilitudines.

Communi illo tradito, quod similis vim habet, atque illustrius reddit, quod dixerat: partibusq; ipsius expositis, docet dubitari non posse, quin idem etiam usu veniat in iis artibus, quæ vtuntur duobus illis quasi instrumentis communibus ipsis cum poësi, ac rationibus deniq; omnibus ita imitandi. ipse vocat μημέσους, intelligens quas supra τὴν χώραν appellauerat. Huic autem rei probandæ adhibuerat simile: in quo cum res magis aperta foret, non parum lucis attulerat huic, quod antea non tam planum erat. Vnde nunc inquit, δῆλον δέ, id est, apertum & manifestum est. appellat autem primum diuersa genera imitandi, quæ cuncta carent oratione, nec vtuntur ipsa vlo patto. infra etiam accedit ad rationes illas imitandi, quæ perfectiores sunt, orationeq; vtūt: in quibus etiam discriminis aliquid reperiet, inquit igitur certum esse, quod singula à se supra appellatae imitationes distinctæ erunt eodem modo: quod vt planius reddit: declareretq; modum illum, addit. futuras ipsas diuersas, quod imitentur diuersas res. Quod vero adiungit, Hunc in modum, manifestò valet, aut imitando rem meliorem, aut deteriorem, aut parem. Idem autem nunc facit, quod paulo supra ostendi ipsum in similitudine pictorum fecisse: cum enim dixisset singulas imitationes habere in se illa discrimina, appellatione ipsarum probat id verū esse: atque ita rationem reddit eius sententia. Vnde hic est particula τοῦ, quam supra docui desiderari: pañim enim legitur τοῦ τοῦ οὐρανοῦ, & quæ sequuntur. Appellat igitur primam saltationem, quæ motu pedum, ceterisq; gestibus corporis imitatur: deinde usum tibiarum: Tertium autem citharae tractationem. Omnibus autem his, si quis velit, custodiuntur tres illæ dissimilitudines, id est licet peritis harum artium imitari ipsis & meliores viros quam nunc sint, & peiores, & pares: nā & qui saltat, motu illo corporis exprimere potest homines, qui bonitate, virtuteq; aliquavincant homines, qui nunc vivunt: & vt meliores, ita etiam deterioriores iisdem gestibus imitari valet, vt eos etiam, qui pares hominibus nostri seculi sint, eadem illa ratione referre, ac nobis ante oculos ponere. Eadem ratio est reliquarum duarum artium.

Καὶ ταῦτα τὸ λόγιοις δὲ, οὐ τὴν μημετερίαν, διὸν ὅμηρος μενὶ βελτίοις: οὐδὲ φῶν δὲ, ὅμοιοις: ἥγιαντα δὲ ὁ θάσιος, δῆλος παρφωδίας τοινότερος: οὐδὲ νικόχορος, δὲ τὴν δηλιάσθε, χέιρος.

Et circa orationem & nuda carmina: cœn Homerūs quidem, meliores: Cleophon autem, pares: Hegemon vero Thasius, ille qui primus parodias cœnit: & Nicocharis, qui Deliada versibus scripsit, deteriores.

Pergit explicare alias species imitationis, in quibus idem inuenitur. Ut autem superiores, citra usum orationis imitabantur, ita hæ oratione vtuntur: cōmune nanq; omnium

omnium est, vt metrika oratione vtantur. Appellat autem primum eam speciem poetices, quæ oratione vtitur, pedibus tantum quibusdam inveniēta, & non præterea ornata rhythmis aut harmonia: Vnde vocat ipsam τηλομετρίαν, id est hexametros versus, nisi fallor, spoliatos illis ornatis, quibus alia quædam genera carminum uestiuntur, id est rhythm & cantu: neque enim puto τηλος hic capi debere pro soluta oratione: remotamq; ipsam penitus existimo ab officio poëtæ. Hoc autem inde etiam intelligere licet: si nanque ipsam quoque complexus esset, aliquod exemplum scriptoris eius generis, vt poëtarum fecit, posuisset. Sed primum arbitror summum doctorem τηλον, quo cunctæ vtuntur, quas deinceps appellat, id est orationem, poetica intelligens, posuisse, vt distingueret à superioribus illis tribus, quæ imitantur sine oratione. Sed cum videret hoc pluribus modis fieri, statim ardidit genus quoddam ipsius: rationemq; diuersam ab iis, quas postea adiungit: ille nanque recipiunt rhythm & harmoniam, quorum expers est primū hoc genus. Vnde arbitror Aristotalem significare hexametrum carmen: ipsum enim vacuum est ab illis rebus. & præterea poëta, quos appellat, illo vsi sunt, vt apparebit. Primum igitur nominat Homeri, de quo dubitari non potest, eum autem dicit imitandas sumpfisse personas meliores: superabat enim & fortitudo Achillæ, & prudentia Vlyssis, omnem vim earum dem virtutum, quæ in alijs tunc inuenirentur. Sed in illis etiam omni laude expositi, omne ingenium suum consumpsit poëta. Cleophontem autem, inquit, similes imitari solitum, vt non augeret, neque minueret virtutes ac vitia ipsorum: sed cuiusmodi forent facta eorum, qui ea ætate viuerent, illiusmodi solitum ipsum in suis poëmatibus referre. Hegemonem autem Thasium, illum scilicet, qui primus nouam rationem pangendi carmen excogitarat: parodiasq; scripsit. & præterea Nicocharin, qui poëma Deliada vocatum condidit, deteriores inquit finxit, ac multo moribus ac vita peiores, quam tunc forent. παρφωδία autem genus poëmatis erat huiuscmodi, vt sumptis versibus veteris alicuius poëtæ, & maxime Homeri: immutatisq; non nullis verbis, longe alia inde sententia duceretur. Exemplum huius rei est locus Athenei in xj. libro διπυντοφισῶν, vbi huius ipsius Hegemonis meminit: diligenterq; de ingenio ipsis ac moribus disserit; eum nanque, vt Aristoteles, parodias scripsisse tradit: non tamen hoc ipsum primum tentasse commemorat. alii enim nunc relictis, narrat ipsum in quadam è multis suis parçdijs, ita cecinisse. ταῦτα μοι ὄμοιον τι παρφιστο παλλαὶς εὐθύναις πατούντοις εχθραὶ καὶ πλάκασι. εἰ πέτι μὲν Δεινὰ πατεῖται φαντασίαι τοιούταις εἰς τοὺς θεοὺς καὶ τὸ τρέπωντας: iidem autem eodem modo variati, ab eodem citantur in xv. eorundem librorum. cuius etiam testimonio intelligitur rationem hanc scribendi lepidam, ridiculamq; fuisse: narrat enim quodam loco xiiiij. libri hoc aperte, vbi adiungit citharistas etiam non nullos assimile quiddam sua in arte fecisse: poetasq; huius generis æmulatos fuisse. Nec defuerunt etiam superiore ætate ingeniosi viri, qui hoc in nostris poëtis tentarint: locosq; plures Petrarçhae ex illis carminibus, quæ triumphos vocavit, ita immutant, & ad obscenas turpesq; sententias traduxerint. De Nicocharis, qui Deliadem scripsit, nihil habeo certi, præter id, quod ab auctore traditur: nec tamen arbitror accipi debere Nicocharim comicū: nullaq; alia de causa suspicor ipsum addidisse ὑπὸ δηλιάδων, nisi, vt ab illo distingueret. Quæri autem non sine causa posset, quomodo dixerit Homerūs imitatum esse studiosos viros, quos etiam, quamvis insignes aliqua virtute, ornaret, ac meliores redderet, cum constet ipsum imitatum esse uiles etiam admodum personas, & notatas maximis uitiiis, vt Theristem, Dolonem, Irum: quorum omnium ingenium mirifice expressit, & in illis effigiebus studij multum posuit. An, quamvis negari non possit, quin diligentiam aliquam adhibuerit in horum etiam moribus, factisq; exprimentibus: nam omnem materiam, quam sumperint poëtæ, diligenter imitantur, tamen propositum Homerūs fuit in Iliade imitari Achillem, & magni animi virum, præditumq; summa fortitudine nobis ante oculos ponere: vt in altero poemate Vlyssem, patientissimum hominem, & qui calliditate sua euaserit summa pericula. Quare uere dici potuit hoc genus hominum imitatus esse: quia in animo semper habuit hoc efficere: & huic rei in primis summo studio incubuit.

Ομοίως

Οὐ μόνος δὲ νοῦ τούτου ἐστὶ διδυράμβους, καὶ τὸ νόμοιος, ὃς πότεξ καὶ κύκλωπας τηρέος, καὶ φιλόξενος μημίσκωτο αὔτης.

Simili modo autem & circa dithyrambos, & circa nomos: ut Persas & Cyclopas, Timotheus & Philoxenus, imitari posset aliquis.

Profectus ab iis imitationibus Aristoteles, quae simpliciores sunt: atque vtuntur aut rhythmo solo, aut coniuncto illo cum harmonia: demonstratoq; solere illis aliquos imitari & meliores & deteriores & pares, cum ostendisset postea idem etiam contingere in iis imitationibus, quae integriores sunt, vtunturq; oratione, varijs modis concinnata: illa tamen seiuncta à rhythmo & harmonia, nunc quod restabat, agit de genere illo imitationis, quod non contentum poëtica oratione, temperat eā cum ambabus illis rebus: traditq; idem etiam, quod in superioribus illis, in hac seruari posse: ac quosdam etiam poëtas id iam fecisse, vt Timotheus & Philoxenus, qui ambo dithyrambici extitere. Timotheus nanque in dithyrambo quodam suo extollens virtutem Persarum, meliores ipso finxit, quām vere tunc fuerint. Contra autem Philoxenus Cyclopas fæuiores & immaniores: quamuis enim certi nihil de hoc habeam, arbitror tamen summis laudibus in eo cantu celebratos à Philoxeno Persas: cum enim Aristoteles idem vnu venire in hoc genere imitationis affirmet, quod in aliis, vt & meliores & deteriores quām vulgo sint, illo exprimantur: ad exemplaque recurrent, verisimile est ipsum vtriusque rei exemplum posuisse. hoc autem protuli, quia interpres crediderunt illic exagitatos fuisse Persas, & vt deteriores nota homines, accusatos Persas autem hic legi debere nullius calamo exarati libri auctoritate cognoui, quamvis plures viderim: sed, vt olim testatus sum in commētariis meis in libros de arte dicendi, admonitu optimi atque eruditissimi viri Francisci Medices Raphaelis filij, qui hoc acumine ingenij sui, ac iudicio perspexit. Quae autem ad hāc lectionem confirmandam pertinent, eo loco diligenter explicui. Philoxenium autem Cyclopis amorem, quo Galateam deperierat, hoc genere carminis celebrasse, à veteribus grammaticis memorie proditum est. eo etiam putant Aristophanem comicū allusisse, cum in Pluto induxit chorūm hoc cānētēm θεοπλακέλη τὸν κύκλωπον μημένος. Restitui autem hic, antiquam lectionem secutus, in extremo particulam τοι, quae abeat prius ab excusis libris: & hic (nisi fallor) valde accommodata est: sensum enim huius loci hunc esse puto: licere cuiuslibet ipso genere grandioris carminis imitari & meliores & peiores & similes: quod exemplo etiam duorum illorum dithyrambiorum effecerit.

Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ διαφορᾷ καὶ ἡ τραγῳδία πέδη τὸν καμψόδιαν διέπικει: ἢ μὲν γαρ, χείρους: ἢ δὲ, βελτίους μημένθαι, βούλεται τῶν νῦν.

In eadem autem differentia & tragœdia separata fuit à comœdia: hac quidem deteriores; hac vero meliores, imitari vult, quam si qui nunc sunt.

Tradit dissentire etiam inter se tragœdiam & comœdiā eodem modo. cum, vt ipsem docet, tragœdia meliores sibi proponat semper imitandos: comœdia verò, deteriores, quām homines sint, qui ea ētate viuant: tragici enim poëtae, quos in scenam inducunt, summo loco natos homines, ornant etiam: finguntq; ipsos extitisse maioris virtutis, quam uere fortasse fuerint: contra autem comicī, cum tenuis conditionis homines sumant, illorum etiam facta & consilia extenuant. Quare non mirū est, si vtrique collati cum hominibus, qui tunc viuant, contrariis illos rebus vincunt. Hoc autem, vt opinor, discriminis est inter superiorem & inferiorem hanc sententiam, quod vnu idemq; dithyrambicus efficere posset diuersis temporibus, quod duos illos, longe aliud studium colentes, in diuersis personis ostendit fecisse: nunc enim

enim augere posset bonum aliquod, factumq; præclarum multo supra veritatem extollere: fingereq; aliquos præstantiores multo, quām ætas illa ferat: nūc autem detiores: nam licet etiam eo carmine magnopere extenuare viram & facta hominū. Contrà autem semper tragœdia fingit præstantiores, quām vulgo inueniantur, quos imitatur: eodemq; paēto comœdia peiores & abiectiores. Quare apposite recteq; inquit tragœdiā cum comœdia ita discrepare, vt partes illæ studiaq; dithyramborum aliquando inter se discrepasse inuentum est, quod passim eis, & cum commodum ipsis est, liceat facere. Animaduertendum etiam est, an peccatum sit à librariis in ordine primorum verborum huius quasi corollarij: legiq; debeat. c. τῇ αὐτῇ δὲ εἰς φορᾷ, ratio certè Græci sermonis videtur hoc postulare.

Ἐπὶ δὲ τούτων τείχη διαφορὰ ἡ, ὡς ἔνασται τούτων μημίσκωτο αὔτης: οὐ γένεται εἰς αὐτοῖς καὶ τὰ αὐτὰ μημεῖθαι ἐστιν, ὅτε μὲν ἀπαγγέλλονται ἢ ἐτῷον τηγανό μηνον, ὡς πτῷρος Οὐ μηρος ποιεῖ, ἢ ὡς ζεὺς αὐτὸν καὶ μὴ μεταβάλλονται, ἢ πάντας ὡς πράποντας καὶ εὑδργοῦντας σχῆμα μημονούσιον.

Adhuc autem hōrum tertia differentia est, vt singulas has res imitaretur aliquis: etenim in ipsisdem & easdem res licet imitari: aliquando quidem exponentem, vel aliud quippiam factum, quomodo Homerus facit: vel vt eundem & non se immutantem: vel omnes vt agentes & molientes aliquid eos, quos imitamur.

Tertium, quod restabat, discrimen explicat: tribus nanque modis initio statuerat discrepare inter se imitationes: quorum trium modorum duos iam explanarāt. Teretus vero hic in modo & ratione imitandi totus positus est: fieri enim potest, docente hoc ipso accurate, vt aliquis ipsisdem vtens tanquam instrumentis, siue potius in eadem quasi materia aliquid effingere atque exprimere studens, vt videtur ipse loqui: quod tamen eodem refertur. & præterea easdem res imitans (sic enim priores illos duos modos ostendit, eodem ordine ipsis appellans, quo supra traditi sunt) in modo postea, rationeque imitandi discrepet. Modus autem diuersus est, quia nunc quidem commemorantem, vel aliud quippiam siue personam, siue rem factum: nunc verò eundem manentem & non se immutantem, licet imitari, est autem posterior hic vnu idemq; modus, declarandæ rei causa diuersa ratione repetitus: de qua forma dicendi supra non longe ab initio huius operis disputauit. Nec putari debet id, quod nunc inquit, cum idem scilicet, qui ab initio est, poeta manet, nec immutatur: & id quod supra dixit: Vel aliud quippiam factum, membra duo esse, in quæ dividatur epicum carmen: neque enim vnum eius generis reperitur, in quo non vtrunque contingat, vt demonstratum est. Tertia autem ratio, quā aliquis, quamvis nunc ipsisdem, nunc diuersis instrumentis vtens: eodemq; paēto nunc eandem: nunc diuersam rem tractans, est, quod omnes, quos in poemate suo inducit, vt agentes aliquid: ipsisq; in suis illis negotiis occupatos inducit. Significat igitur superic res duas illas rationes recipere tertium hoc discrimen, quod variatur tribus modis. Quod autem primo inquit: nunc exponentem vel aliud quippiam factum, modum tradit mixtum, temperatumq; ex ambobus iis, qui eum sequuntur: illi nanque simplices: ipse vero ex ipsis concretus. Addens autem. Quomodo se gerit Homerus, rationem illam propriam epicī carminis ostendit, cuius principatum tenet Homerus: poeta enim illic quædam sua ex persona exponit: alia autem narrat alius factus: alius enim fit poeta, cum induit personam alicuius: & quæcumque ipse loquitur ex ore illius prodire fingit. Facere verò hoc passim epicos, vniuersi, qui primoribus labris ipsis attigere, nouerunt: vt Virgiliius etiam, qui post non nullas sententias sua ex persona editas, quamvis longior quām Homerus in eo sermone sit: ille nanque pauciora suo quasi ex ore protulit, suscepit personam Iunonis, & quid illa Aenee irata, doloremq; suū expromens, dixerit, ipsam pronuntiantem fecit. Deposita verò persona illa, rursus

C. poeta

poeta narrat quid consilij dea ceperit, effigere studens, quæ ipsi in mentem venerat, sedemq; Aeoli, atque imperium, quod haberet in uentos, describit: postq; iterum quasi Iuno fit, ascens sibi orationem, quam illa ad Aeolum habuerit: statimq; paucis his verbis, ore suo prolati, Aeolus haec contra, ipsius ventorum regis personam recipit: quam rationem perlequitur toto in opere. Quod vero inquit Aristoteles. οὐτού τι γνόμον, id valet, quod ostendi. Plautus quoque in trinummo eodem pacto locutus est: his enim verbis vtitur Callicle seneca in fabula Megaronides. Proh di immortales verbis paucis quam cito Alium fecisti me: alius ad te veneram: quamvis illuc iudicij atque opinionis immutationem factam intelligat: aliquo enim modo aliis fit is, qui magnopere mentem ac sententiam mutat de aliqua re.. An imaduertendum preterea, quod neutro genere hic vsus est: & tamen quem poeta sua personam deponit, & alienam suscipit, virum aut mulierem imitatur: neque enim res, que neutro genere appellatur, orationis participes sunt, vt debeat poeta mutata persona sua consilium illorum exponere: fecit autem hoc (nisi fallor) vt virile muliereq; genit complectetur. Sed multo etiam infra eodem animo inquit, οὐτού τι οὐτού, καὶ οὐδεν αὐτού, αὐτού οὐτού. Exempla secundi modi, quo poeta perpetuo eundem tenorem seruat: ac quidquid edit, sua ex persona edit, nullum fingens suo ex ore quippiam proferentem, sunt poemata dithyramborum: quod Platoni testimonio intelligimus, ipse nanque in i. libro de rep. hoc aperte testatur. Quia in re querere aliquis non sine causa posset, an proprium hoc fuerit eorum, qui grandi tantum illo carmine vterentur: cuius fortasse vestigia nulla extant, siue commune ipsis cum omnibus lyricis poetis. & sanè non magnopere postulare videtur genuis hoc poematis, quo laudes siue deorum, siue clarorum virorum canuntur, vt alienam personam poeta induat. exempla tamen huius rei non nulla reperiuntur & in Pindari & in Horatij odis. Sed etiam Frãscus Petrarcha noster, qui plurimum magnitudine ingenij in hoc ipso genere carminis valuit, cantilenam vnam confecit, in qua litem inter se & cupidinem; causamq; tanquam in foro habitam, fingit. Nec sanè hanc solam, sed alias etiam non nullas huiuscmodi fecit, vt nullo labore intelligere licet. Tertium modum aperte usurparunt tragici ac comici, qui nihil vnam suis in fabulis suo ex ore promunt: sed omnia illuc eduntur à personis iis, quas inducunt. Quod vero ad verba pertinet, hoc pacto videtur locus accipendus, vel ita scilicet imitari licet, vt omnes, qui imitantur, agant & moliantur. Nam in epico carmine poeta cum exponit sua ex persona aliquid, proprie neminem imitatur; sed in illis tantum partibus, quibus quasi inducit homines ipsos, qui imitantur, aliquid dicentes, aut gentes: tunc enim tribuit illis poeta ea facta & dicta, quæ conuenient moribus & vitae illorum, quos ipsi exprimunt, ac representare conantur, quod vere est imitari. in altero itidem genere poematis idem vsu uenit: quo scilicet poeta idem semper manet, nec aliam personam suscipit. Quod vero, cum iam πράξεως dixisset καὶ σφράγεως addidit, est posterior haec vox prioris declaratio. & sanè uis huius notioq; latior: nec vni certo generi factorum addicta est: qui enim aliquid ad temp. pertinens, gerunt, propriè à Græcis πράξιν dicuntur.

Ἐν τοισι δὲ τούταις διαφοράς οὐ μέμονται πάνται φασιν, ἐπι μηδέ τους φράντας. διὸ οὐδὲ αἰτιποιῶνται τοῖς τε πράγμασι, οὐ τοῖς παραπλανήσιοῖ Δωρεῖς. τοῖς μὲν παραπλανήσιοῖ Μεγαρέis, οἱ τε εἰπανθά, οἵ τοι τοῖς παράποτοῖς θημοιρατέαις, γένοντεis: οὐδὲ οἱ εἰς Σικελίαν: εκεῖνοι δέ τε Επίχερμος ὁ τοικτής, τωλφός περ τορος ὁν Χωννίδου, οὐ Μάγνητος. οὐ τοῖς πράγμασι εἴναι πάνταν Πελοποννήσω, ποιούμενοι τὰ οὐδέποτε οὐμένοι: οὗτοι μὲν τοῦτοι μάρτυρες τούτων μαρτυρίων καλεῖν φασιν: Αὐτικάσιοι δέ, δέμοις, οἵ παραπλανήσιοι οὐκ ἀπό τῆς μαρτυρίαν λεγείτασι, ἀλλὰ τῇ κατὰ πάρα πλανήσιοι απιμαζούμενοι εἰς τὸ ἄστεα. οὐδὲ τοικτήν, αὐτοὶ μὲν, φράνται: Αὐτικάσιοι δέ, περάπλειν περιβορσένειν. τοικτήν μὲν διαφορών, οὐ πόλιν, οὐδὲ τοῖς μηδέτεροις, εἰρήνην ποιῶντα.

In tribus iam his differentijs imitatione versatur, vt initio diximus: in quibus scilicet, & quæ, & quomodo. Quapropter hac quidem idem cum Homero imitator Sophocles esset: imitatur enim ambo studiosos. hac vero cum Aristophane: agentes enim imitantur & gerentes ambo.

Cum à principio huius scriptio[n]is, monstrato statim genere earum artium, quæ pertinent metro, rhythmo, & harmonia, tria ipsarum esse discrimina affirmasset: accurateq;

curateq; de illis iam disputasset: atque omnia, quæ ad subtilem earum explicationem pertinent, tradidisset, paucis nunc docet se ad finem eius præceptionis peruenisse: vtq; firmius illa hærente in memoria, iisdem verbis, quibus supra ipsa indicarat, appellat. Nam quod imitationem tribus his rebus, quas iam explicarat, distinctam esse repetit, planum est ipsum nunc imitationem vocare operam & studium eorum, qui imitantur, non artem rationemq; ipsam, quæ in hoc occupetur, vt supra saepe fecit. Adiungit etiam quiddam, quod è superiore disputatione plane elicitor: unde quæstum facere possit, qui legit: habet enim corollarij vim. adiungit igitur eisdem poetis cum aliis atque aliis conuenire diuersa cogitatione. id vero exemplo tradit ac confirmat, dicens haberi posse unum eundemq; poetam Sophoclem & Homerum, si quis unam è tribus illis differentiam speget: medium inquam, id est rem ac personas, vt ipsem docet: qui quod uno uerbo ostenderat, pluribus declarat, reddens rationem eius rei hoc pacto. Imitantur enim ambo studiosos uirtutis viros. Non humiles vero, turpesq; personas, sed graues honestasq; imitari vtrunque eorum, constat. Siquis autem addit, relicta hac animaduersione, aliud speget, id est tertiam rationem attendat, dicet ipsum similem esse Aristophani, ut supra fecerat, causa eius similitudinis allata, comprobans quod tradiderat: inquit enim. Agentes nanque imitantur & gerentes aliquid ambo: Sophocles scilicet atque Aristophanes: quamvis illi condicione uitæ ac moribus longe inter se discrepantes sint: tenues enim homines: nec honestis factis deditos, comicus ille imitatur. Quod vero ad Græca verba pertinet, illud καὶ διάγνωστος, est itidem declaratio antecedentis vocis πράξεως: cum enim Attico verbo vsus esset: eius nanque sermonis proprium est πράξιν dicere, cum agere significare volunt: aliae autem gentes idem uerbo δρᾶν ostenderent, eandem rem duobus verbis, explanandæ rei causa, significauit, ut supra ipsum fecisse indicaui: quamvis hic eodem verbo vsus non sit, quo illo loco, in notione prioris explicanda: quod ipsum fecisse arbitror, vt ratione etiam eius nominis tradita, opinionem suam confirmaret: id enim statim aggreditur. Intelligere autem ipsum, cum inquit, Quibus, instrumenta, patet, quamvis in Græco sermone adiuncta sit huic nomini præpositio, idq; magis videatur materiae conuenire; quæ & ipsa aliquo modo munus tunc obit instrumenti, cum ipsius auxilio res exprimatur, de quo supra etiam locutus sum. Cum vero dixit. Quæ personas atque rem significauit: vt cum, Quo pacto, modum: de his enim copioso disputationum est.

Οὐδενὶ μάταιρα καλέσθαι πνεύματα φασιν, ἐπι μηδέ τους φράντας. διὸ οὐδὲ αἰτιποιῶνται τοῖς τε πράγμασι, οὐ τοῖς παραπλανήσιοῖ Δωρεῖς. τοῖς μὲν παραπλανήσιοῖ Μεγαρέis, οἱ τε εἰπανθά, οἵ τοι τοῖς παράποτοῖς θημοιρατέαις, γένοντεis: οὐδὲ οἱ εἰς Σικελίαν: εκεῖνοι δέ τε Επίχερμος ὁ τοικτής, τωλφός περ τορος ὁν Χωννίδου, οὐ Μάγνητος. οὐ τοῖς πράγμασι εἴναι πάνταν Πελοποννήσω, ποιούμενοι τὰ οὐδέποτε οὐμένοι: οὗτοι μὲν τοῦτοι μάρτυρες τούτων μαρτυρίων καλεῖν φασιν: Αὐτικάσιοι δέ, δέμοις, οἵ παραπλανήσιοι οὐκ ἀπό τῆς μαρτυρίαν λεγείτασι, ἀλλὰ τῇ κατὰ πλανήσιοι απιμαζούμενοι εἰς τὸ ἄστεα. οὐδὲ τοικτήν, αὐτοὶ μὲν, φράνται: Αὐτικάσιοι δέ, περάπλειν περιβορσένειν. τοικτήν μὲν διαφορών, οὐ πόλιν, οὐδὲ τοῖς μηδέτεροις, εἰρήνην ποιῶντα.

Unde & dramata vocari non nulli ipsa aiunt, quia imitantur agentes. Quæ etiam de causa vendicant sibi tragædiam & comediam Dorientes. Asciscunt vero sibi comediam Megarenses: & qui hic, tanquam illa exorta sit apud ipsos, cum popularem statum ciuitatis habeant: & qui ex Sicilia: ex illis enim locis Epicharmus poëta prodit, qui multo tempore prior extitit Chonide & Magnete. Tragædiam vero sibi vendicant quidam &

numero eorum, qui incolunt Peloponnesum, ducentes signum à nominibus: hi enim affirmant se appellare comas, pagos. Atheniensis vero, dertos: tanquam comædi vocati non sint à verbo κωμός, sed nomen duxerint ab errore illo per pagos, quo illuc vagabantur, qui ignominia notati ex verbo discédebat. Præterea facere ipsi quidem se ostendunt vocare δρῦν. Atheniensis vero οὐδὲ θεον. De differentijs autem imitationum, & quot, & quæ sint, hæc satis habenda sunt.

Cum ostendisset quid similitudinis sit Sophocli cum Aristophane: idq; dixisset esse, quod ambo imitantur aliquos agentes, confirmat id etiam communis vocabulo tragœdiarum & comœdiarum: utrumque enim poëma vocatur δράμα ea de causa, vt non nulli volebant, cum tamen distincta sint proprijs illis vocibus: violetur enim significare alios quosdam aliam esse illius nominis rationem existimasse: neque credidisse vocata fuisse δράματα, quia illuc gerentes personæ omnes fabulæ quippiam inducuntur, cum dixerit. Quidam affirmant illi vero, vt suspicari licet, arbitrii fuerat idem valere δράμα, quod ποίησις: vt quemadmodum alia poëtarum opera ποίησις, vulgo vocarentur, ita hæc eadem de causa δράματa vocata essent. Quod adiungit autem nouum argumentum est, ductum itidem ab etymologia: declarat enim non sine causa genus quoddam Græcorum, Doris appellatum, vendicare sibi tragœdiam ac comœdiam: affirmareq; se inuentores extitisse vtriusque poëmatis. Cum autem non omnes eius gentis populi easdem terras incolerent, sed longe diuersas, docet illis diuersis etiam argumentis iudicium suum comprobans, quibus declararent, conuenire sibi inuentionem eius poëmatis, cum superius illud commune omnium foret. Megarenses igitur, inquit, qui erant Dorici generis, & qui veram Græciā incolebant; & qui in Sicilia sedes sibi posuerant, comœdiā apud se natā aiebant: prius nanque de comœdia agit: qui enim in Gracia viuebant, dicebant poëma illud, licet plenum, apud se ortum, cum populari statu ciuitas ipforū regeretur: quod verisimile erat: propria enim illius reip. est libertas illa, qua vtebantur prisci comici in describendis improbis hominibus: vitiisq; eorū notandis; nec in alio genere reip. facile ferri potuisset. Megarenses vero vsos olim hac rep. in iij, etiam & v. libro πολιτικῶν, ipse testatur, quam etiam, quomodo amiserint, accurate docet. Qui uero in Siciliam sedes suas transstulerant, comœdiā inuentum suum esse aiebant, quia illuc natus esset Epicharmus poeta, qui ætate ceteros comicos anteibat: multisq; annis ante Chonnidem, & Magnetem, ueteres comicos, floruerat. hi autem patriam Athenas habebant: eorumq; auctoritate Athenienses videlicet volebant apud se inuentam comœdiā. Adiungit autem Aristoteles non nullos etiam populos eiusdem generis, qui incolerent Peloponnesum, tragœdiā sibi asciscere solitos: nec tamen statim argumentum exponit, quo illi niterentur: nec sanè proprium illi ullum habebat, quo declararent graue id poema à se inuentum fuisse. primum enim reddit ad explicandam rationem, quæ, uī nominis freti, Megarenses probare uellent sibi concedendam esse inuentionem illius poëmatis. inquit enim. Hi enim affirmant se vocare κώμας, pagos ipsos, siue oppida: sic enim appellemus, quas communis vocabulo reliqui Græci vocabant περιοίδαι: cum Atheniensis, (ut illi addebat) eam rem nomine δῆμον ostenderent. Atheniensis uero δῆμος appellabant puta Sunium, Piræum, reliquaq; huiuscmodi oppida, siue pagos: illo autem communis uerbo huius rei significandæ, usus est etiam Aristoteles in vj. libro πολιτικῶν, cum rationem exponeret, qua Cartaginiensēs tenuitati suorum ciuijūm consulerent: inquit enim. καὶ τὰς τιμας ἐπέμπορτον τοῦ δῆμος πρὸς τὰς περιοίδας, ποιέσιν διπέρας. Sed Thucydides quoque, qui scriptor Atticus fuit: in eaq; urbe natus & eductus est, uititur vocabulo κώμη: quod Aristoteles hic tradit fuisse proprium Doriensem: ubi enim de ueteribus institutis agri Attici differit, ait. καὶ κώμας δε παλαιῷ τροπῳ οἰκισθεῖσα. explicat autem statim Aristoteles sensum illorum, qui cum uellent uideri auctores comœdiæ, utebantur signo huius.

IN I. LIB. ARIST. DE POETICA.

huius rei nomine quo ipsa vocaretur: illamq; appellatam aiebant ἡπὶ τὴν κωμην, id est, à pagis: cum κώμη ipforū vocabulum esset, non Atheniensium, cum ipsis de inuentione huius poematis contendentium. Cum igitur sciret aliud etymon, rationemq; huius vocabuli comœdiæ, siue comediorum, alios esse putasse, hoc tradit: docetq; ipsis de hoc non dubitasse, quin comedia à comis & pagis, & non à uerbo κώμη, uocata sit, vt alij sentiebant, qui putabant comedios appellatos à licentia illa, qua utebantur qui κώμης dicebantur: illi nanque ludibrii lasciuientesq; per urbem ambulabant, canebari, uersus ad risum excitandum aptos, & ad notandos mores ac facta ciuium improborum. cum contra ipsi putarent quosdam, ignominia affectos, vrbeq; electos per pagos ac uicos agri Attici errantes, sua lingua κώμας uocatos: accusantesq; eos, qui se iniuria affectarent, nomen dedisse huic poemati. Sed scrupulus nō parvus hic est: si nanque κώμη Doricū vocabulum est, κωμᾶς quoq;, quod apparet inde ductum ac conformatum, eidem genti tribuendum videtur: ac proprium ipsius vocabulum habendum. Quare siue a comis, pagisq;, siue à uerbo κώμης, comœdia vocata est, non sine causa, ducto arguento a uī nominis, Dorien sium nationi origo ipsius assignanda uideretur: occurri autem potest huic difficultati (ut arbitror) hoc pacto. Si quis dicat in usu sanè Attici sermonis fuisse uerbum κώμης: ipsumq; radices egisse in eam linguā, quamvis ortum fuerit in finibus Dorien sium: quod non ita de altero illo contigerit, cum suum propriumq; vocabulum haberent, quo pagos uicosq; appellarent, id est δῆμος: & non id significare uolentes, unquam κώμας usurparent, cum tamen supra ostenderim ab Attico scriptore hoc uerbum usurpatum. Quod autem sequitur argumentum est, quo utebatur Dorica natio ad vindicandam sibi, non comœdiā tantum, uerum etiam tragœdiā: ductum & ipsum ab etymologia huius nominis δράματα, quo communiter appellantur ambo hæc poemata: cum enim δρᾶς suum esse uerbum ostenderent, unde δράματα uocata sunt, utebantur ea de causa ipsi inuentores extitisse horum poematum: nam si Atheniensis primi illa excogitassent, suo ac proprio nomine inuentam à se rem nuncupassent: quis enim alieno vocabulo ueteretur in suo aliquo inuento significando? Habebant autem Athenienses uerbum πράτην, quod apud se idem valebat, quod apud Doras δῆμος. Quod supra inquit de populis quibusdam Dorici generis, Peloponnesum incolentibus, qui uendicarent sibi tragœdiā, ipsos argumentum a nominibus ducente solitos, ipsi, vt tanquam nota quadam eius rei, quā probare volebant: quod (inquam) dixit ποιεῖσθαι τὰ ἐπιγνωμόνας δῆμοις ἡ λύτρη τοῖς δρῦσι. Statim autem Aristoteles his rebus explicatis, repetit quid adhuc fecerit: commemoratq; se satis disputatione de diuersis rationibus imitandi: tradidisseq; quot numero sint imitationes: & vim naturamq; omnium illarum docuisse. Vnde arbitror certo teneri, quod supra indicaui, non fuisse propositum auctoris à principio genus propinquum diuersarū poëeon indagare, sed superius quoddam genus, quod contineret etiam artes non nullas, similes sanè illis, non tamen & ipsas poësis: in extremo enim singulari disputationum confuevit repetere paucis, quæ confecerit. hic autem, quot, & quæ sint, genera imitationum testatur se docuisse. Videtur autem ex hoc loco separatim de poetica agere incipere, ac uerum ordinem sequi, cum ortum ipsius sedulo inquirat: Quo modo enim supra potuit recte de illa differere, cum ipsius originem nondum monstrasset?

Ἐόντος δὲ γεννήσαι μὲν ὅλως τὰ ποιητικά αἱτία δύο θεῖς, ηγὲ αἱταὶ φυσικαὶ: τότε γέ μηδέθαι σύμφυτον τοῖς αἱθρώποις εἰς ταύτων δῆμοι: ηγὲ τούτῳ διαφέροισθαι τῶν ἄλλων ζώων, διπλαίσικά τον εἰσι, ηγὲ τοὺς μαθήσαις ταῦτα διὰ μημέσως τοὺς πρώτας.

Videntur autem genuisse quidem omnino poëticam causę dñe quaedam, atque hz naturales : imitari enim insitum est hominibus à pueris : & hac re illi differunt à ceteris animalibus, quod animal est homo maxime aptum ad imitandum & primas perceptiones ipse facit imitando.

Cuni, arrepta occasione, disputasset de controversia, quæ uigebat inter Athenienses, & non nullos Doricos populos: utraq; enim gens videri uolebat inuentrix fuisse comedie & tragedie: explicassetq; argumenta, quibus, ductis à nominibus, uteretur Doris in afferenda sibi inuentione illorum poematum, querit nunc de origine poetices: modiceq; iudicium suum aperiens, narrat uideri procreasse poeticam causas duas: & ambas quidem illas à natura profectas, non studio ac uoluntate hominum excogitatas. Cum autem causas has non ita plane tradiderit Aristoteles: ut ipsa rum hanc primam esse: hanc uero secundam dixerit: ortaq; quæstio sit inter interpres, quam potissimum secundam esse arbitrii debeamus: de prima nanque non dubitat, quid sentiam de hac re, declarabo: censeo enim alteram causam extitisse, quæ ita impulerit nos ad hoc studium, ut rationem eius inuenierimus: quod cuncti mortales gaudent, cum uident aliquam rem apte expressam atque aliqua ratione redditam. Sed prius, quæ pertinent ad primam causam confirmandam, videamus. illa autem est, quod auctor tradit imitari insitum esse naturis hominum à prima teneraque ætate: si nanque prodiues tantum ad imitandum homines forent in ætate iam firma, credi posset illud iudicio aut auctoritate aliorum partum. Confuse autem ueteres Peripateticos hoc argumento sepe vti, & quasi ad incunabula accederet, quia in pueritia facillimè arbitrabantur naturæ vim se posse videre, testatus etiam est Cicero in v. libro de finibus. quod uero nunc εἰς πάθον inquit, uariis uerbis, idem tamen ualentibus, Aristoteles hoc significare solitus est: nunc enī εἰς γένον. nunc εἰς μερόν. nunc, ut hic, εἰς πάθον inquit: omnibus enim his modis, infirmam ætatem, imbecillamq; mentem Graci ostendunt. quin autem pueri etiam & gestibus corporis & uoce multa imitari atque exprimere conentur, dubitare nō possumus: cotidie enim huius rei exempla videmus. Adiungit autem, vt confirmet imitationem esse insitam animis nostris à natura, vincere hominem in hac ipsa re ceteras animantes: illa enim quæ præcipua atque excellentia in nobis sunt, facile existimari possunt naturales radices habere. Tertia autem collatione inquit μιμητικάτων: id est maxime aptum ad imitandum: sunt enim beluae quoque non nullæ, quæ non parum ad hoc valent: vt genera quædam auium: & certe simia, quæ inde etiā nomen acceperunt: catiq; mimones, quod Graecum verbum manauit in nostrum sermonem, in vsuq; adhuc est leuiter corruptum, vocati sunt. Videtur autem in Græcis verbis auctoris dandi casu τούτῳ legi debere, vt infinitis locis locutus est, nisi putamus more Attico præpositionem κατὰ desiderari: quo pacto idem prorsus significaret, ac uitij nihil in scriptura foret. Addit autem aliud, quod idem constituit: hominibus scilicet insitā esse à natura imitandi uim. Hoc autem est quod inquit ipsum hominem, quæcumque primo discit, id est puerum adhuc, & in tenera ætate constitutum, hoc pacto discere, id est imitando: factaq; aliorum exprimendo, qui scilicet aut longo vsu docti, aut ratione scientiaq; eius rei accepta, peritius illa gerant atque administrarent: hoc enim puto ualere περὶ αὐτὸν μαθήσεις ποιεῖ, ut significet ipsos non expectare eo tempore præcepta magistrorum, sed attendere tantum quid alij gerat: conariq; ipsos reddere, atque ita rationem earum rerum tractandarum aliquo modo percipere: hoc enim declarat hominibus insitam natura uim non paruam imitandi, cum vtantur in rudimentis aliquarum rerum percipiendis imitatione: Similis verò est huic modus ille dicendi, quo vsus est Plato in iij. libro de rep. ποιῶντα διὰ μημέσεως: prolatus autem est de poëtis epicis, quum personam aliquorum induiunt: atque ita, quod ipsorum est munus, exponunt: commemorantq; quod volunt: verba eius sunt, οὐ δὲ τῷ τοιέτῳ, οὐ ἐπίκαιο, οὐ τοῦ η καὶ οἱ ἄλλοι παιδεῖαι διὰ μημέσεως τινὲς μημέσους ποιῶνται. Valere uero hic μαθήσεις, perceptiones, & totum id, quod ab aliquo quauis

quauis ratione addiscitur, non disciplinas, apertum est. idem enim quoque significat hoc nomen in initio posteriorum Analyticorum, vt testantur etiam Græci interpres eorum librorum: nisi quod ueroe via ac ratione res eo modo fit. Quod autem primum inquit, imitari in natum in animis hominum à teneris annis, Cicero quoque in ij. libro de oratore his verbis idem eleganter protulit. Natura enim sicut homines & creat imitatores & narratores facetos & vultu adjuuante & uoce & ipsis genere sermonis. Huc usque autem (nisi fallor) exposita est ab Aristotele altera illarum causarum: prior, inquam, cui etiam, quæ ipsam confirmant, adiuncta sunt argumenta duo, iam explicata. Nunc autem alteram causam affer, quæ & ipsa demonstrat originem, fontemq; poëtices esse naturalem.

Καὶ τὸ χείρεν τοῖς μημέμασι πάντας. οὐκέτι οὐδὲ τούτου τὸ συμβοῖνον τῶν δρόγων: ἀλλὰ τὰ λυπηρῶς δρῶμεν, τούτων τοῦτο εἰκόνασ, τοὺς μάλιστας πριβώμενας, χείροις θεωροῦντες, οἷον θνητών τε μαρφακά τῶν ἀτιμοτάτων καὶ νεκρῶν.

*Et gaudere rebus imitatione expressis vniuersos . signum autem huic
rei est , quod contingit in operibus opificum : quae enim ipsa cum molestia vi-
demus , horum imagines , magno artificio , exquisiteq; expressas cum specta-
mus , latitia afficimur , ceu beluarum formas abiectissimaru; , & cadaverum*

Hæc altera causa est, quæ genuit poëticam, ut putat optimus acutissimusq; magister: cum enim omnes homines lætentur, voluptatemq; capiant ex rebus imitatione expressis: idq; animaduersum esset à quibusdam: vt gignerent reliquis hanc voluptatem, totos se dederunt ad imitandum oratione uitam moresq; aliorum: nam nisi illi vidissent passim capi homines hac voluptate, non se ad hoc studium, quod in nullo honore fuisset, applicuissent. Probat autem, argumento quodam ducto à consequenti: vnde signum ipsum appellat, homines oblectari rebus bene expressis, quam pūmpter appellat: pūmpter enim vocantur, non imitationes, sed opera, quæ effecta sunt accurata imitatione, si opera vocare libet etiam fabulas poëtarū, vt tragœdiam & comediam, huiuscemodiq; alia poemata. Nam Plato hæc ipsa illo nomine in iij. libro de rep. appellauit. inquit enim ἐπί τὸν τὸν δοκιμὴν ἐγράψαντες εἰπεῖν μηδέ μηδέ, διάνοιαν οἱ αὐτοὶ ἄμα δι μηδέδην, οἵνον καθηδόντες καὶ τραχωδέστεροι ποιῶσται. Sed in fratribus, etiam, eandem rem significare volens, idem vocabulum non semel repetit. Argumentum verò huiuscemodi est. Declarat hoc ita se habere id, quod videmus vsu ue- nire in operibus opificum: quæ enim non sine tristitia quadam, &c, ut inquit L. Plan- cus in epistola, dolenter uidemus, eorum effigies accurate expressas cum spectamus, voluptatem sentimus. Quod autem in Græcis verbis est εἰς ὄντας μάλιστα ἀποβαθμέατο, valet imagines vilissimarum illarum rerum in primis exquisitè, subtiliterq; expref- fas: positumq; est ad rem augendam: nisi enim imitatio ipsa gigneret uoluptatem nihil illic erat quod oblectare posset: ac quanto aptius exquisitusq; forma earum rerum abiectissimarum reddita esset, tanto magis aspectus illarum molestus, odiosusq; fuisset: nihil enim in ipsis suaue ac iucundum est: nunc autem cum subtilitate etiam, appositeq; expressa effigies illarum, iucunde nos tangat, intelligitur nasci eam uoluptatem ab imitatione. exemplo autem declarare uolens, quæ sint res, quas intel- ligit, usu moleste, inquit, ceu beluarum formas abiectissimarum & cadauerum. Be- luarum autem abiectissimarum reddidi, non ut noster interpres fecerat, ferarum tru- culentarū: legi enim in iis, quos vidi, scriptis libris. θηρίων τε μορφὰς θηριώποτων nor- ut in excusis olim erat θηριώποτων. sed in libro quoque, quem nuper Guil. More- lius Parisijs impressit, eodem pacto legitur. uocare autem Aristotelem θηριώποτων, uiles abiectasq; animantes, certum est: ut in iij. eorum de moribus librorum, quos in- scripsit μετάλλα θηρίων: hæc enim verba inde sumpta sunt. οὐ γάρ καὶ οὐ φύσις φάλλοι οὐ οὐ θη- ριώποτων, καὶ οὐ θηριώποτων, καὶ οὐ θηριώποτων. In primo quoque libro de animo

vbi de Anaxagore sententia loquitur, qui obscurè de mente differunt: nec uisus est sibi constare: inquit enim. οὐκέτι δὲ τὸν γένετον τὸν αὐτὸν πῆγε ψυχὴ: οὐδὲ ἀπεστησαν πάτον τοῖς ζῷοις, καὶ μεράλοις καὶ μικροῖς, καὶ τιμίοις καὶ ἀτιμοτέροις. Sed aliis etiam multis locis, quos, re iam perspecta & explorata, non citabo, uero apud ipsum valere milites etiam animantes & omnes deniq; illas, que rationis expertes sint, alias a me declaratum est: & exemplis positis constitutum. Quare ita prorsus puto accipendum hunc locum esse. Nam addi etiam potest, animantes multas feras & immanes, si sine periculo sui videantur, ob speciem corporis delectare potius quād dolorem inurere ac pœnam: cum contra lumbri, scarabei, blattæ, vermesq; omnes, non sine molestia vñquam cerni possint. Plutarchus quoque, cum & ipse quanta vis esset imitatioñis ostendere vellet in libello, quo docuit quo animo oportet adolescentes accedere ad audiendos poëtas, exempla posuit vilium turpiumq; animantium, vt lacertæ, simæ, quibus addidit, in honestam & ipsam fœdamq; Thersitis faciem: vt in v. etiam libro Symposiacon: nusquam enim meminit, nisi rerum aspectu fœdarum. Corpora etiam hominum vita priuatorum visu molesta, fœdaq; sunt: eadem tamen eximie repræsentata voluptatem afferunt, vt tradit Aristoteles: cui etiam rei simile est id, quod attulit Plutarchus ambobus illis in locis, de Philoctete pœto, qui uiceribus scaebat: & effigie Iocastæ, quæ confecta mœcrore erat, & tristitiam animi ingentem præ se ferebat.

Αἴτιον δὲ οὐκ τούτου, ὅπερ μανθάνειν οὐ μόνον τοῖς φυλοσόφοις ἔδιστον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλοις ὅμοιοις: ἀλλ' οὐτὶς φραχὴ ποιῶνοντιν αὐτὸν: διὰ τοὺς οἵτινας χάριοι τοῦτο εἰκοναστέρωντες, ὅπερ συμβαίνει θεωροῦντας μανθάνειν οὐκ οὐλογίζεσθαι, τί ξεκαστον. διὸν ὅτι οὐ τοσούτος εἰκάνος: ἐπειδὴ μὴ τύχη προεπειπονώσ, οὐχὶ μίμημα ποιήσει τὸν οὐδοντὸν, ἀλλὰ διὰ τὸν ἀπόρρηστον, η τὸν χροιάν, η διὰ τοιωτὸν πινάκαλων αὐτῶν.

Causa autem huius etiam rei est, quia discere non solum philosophis iucundissimum est, verum etiam alijs similiter: verum parum participes eius sunt: hanc enim ob causam gaudio afficiuntur, cum cernunt imagines rerum: quia contingit ipsoſ spectantes perdiscere, ac ratiocinari quid vnumquodq; eorum sit. Cen quod hic ille est: quia, nisi ille antea rem viderit, tunc non imitatio efficiet voluptatem, sed propter artificium studiumq; opificis, aut colorem, aut propter aliam quampliam huiuscemodi causam.

Ortum illius gaudij demonstrat, quo afficiuntur, qui effigies aliquarum rerum, subtiliter expressas, cernunt: cum tamen res ipse, quarum illæ sunt simulacra, molestæ visu sint, ac libenter declinentur: aitq; causam huius rei esse, quod cuncti mortales mirificam voluptatem capiunt ex perceptione rerum: neque uerum esse, quod multi putant, vt discere tantum iucundum sit studioſi sapientiæ: est enim illud & iis ipsis causa maximæ voluptatis: & aliis etiam, qui non videntur teneri desiderio rerum cognoscendarum. Facit autem, vt soli putentur studioſi sapientiæ capere voluptatem ex perceptione rerum, quia ceteri non ita instructi ad eam: nec imbuti optimis artibus, sed in aliis studiis versati, non multum progrediuntur in hac: vincunturq; magno interuallo ab illis. Vnde multitudo falsò putat, solos eos, qui solo animo incumbunt cognitioni rerum voluptatem sentire, cum discunt. Contra autem Aristoteles, cum fateatur id ipsis iucundissimum esse, affirmat non minorem voluptatem ceteris afferre: hoc enim manifesto valet id, quod in Graeca scriptura est, quāuis relictum à Latino interprete, οὐσίως. parem enim voluptatem inde ducere tradit studioſos bonarum artium, atque imperitos. quāuis contingat musarum expertes infrequentius illam sentire: nec magnopere illius compotes fieri. Cum autem generatim dixerit omnes, qui discunt aliquid, sentire voluptatem: quomodo illi ipsi qui spectant

spectant imaginem, discant, aperit: docetq; cognitionem illam causam esse ipsis voluptatis: Hanc enim ob causam, inquit, gaudio afficiuntur, qui aspiciunt imagines, quia contingit ipsis, dum spectant, perdiscere: ac ratiocinari, quid vna quæcūj res sit. exempli causa: Hic quem p̄ictum aut fictum nunc video, est ille, quem olim viuum aspexi. atque ita fit, vt discamus: & similitudine quadam ducti, rem, quam penè obli ti eramus, rursus percipiamus, & quasi agnoscamus. nam μανθάνειν valere hic renouare in animo, & quasi sopitum excitare, quod antea didiceris, apertum est: hanc enim quoque notionem esse huius verbi: fieri; id, quod ipsum valet, duobus modis, testatur ipse in problematisbus: in v. enim earum questionum, quæ pertinent ad harmoniam, inquit οὐτι οὐδὲ τὸ μανθάνειν. τοι τον δὲ αὐτον τὸ μὴ λαμβάνειν τὸν ἐπισκόπιον: τὸ δὲ χρῆσαι καὶ αὐτοχωρίζειν εἰσι. quin autem locus ille huic, quæ in manibus habemus, valde similis sit, dubitari non potest. Occurrit autem, hoc explicato, difficultati cui-dam Aristoteles: cum enim aliquando voluptatem sentiamus, imaginem cernentes rerum, quas nunquam antea vidimus, perspicuum est tunc non nasci voluptatem illam ea ratione, qua docuit, id est quia tunc renouetur in nobis memoria illarum rerum. Monstrat igitur fontem huius, diversę à superiore, voluptatis. traditq; tunc: cum scilicet rem imitatione expressam prius aliquis non viderit, imitamen ipsum, studiumq; ab opifice in imitando adhibitum, ac deum redditam ipsam illam esse accurate, non procreatrum esse voluptatem, sed quidquid inde voluptatis nasceatur, natum iri aut ab elegantia operis, aut pulchritudine colorum, aut aliqua huiuscmodi causa. Duabus igitur de causis gaudere possumus, cum effigiem aliquam eximiè expressam spectamus. Nam voluptas, quæ nascitur in nobis, cum inspicimus effigies rerum, quas & si non vidiimus, accepimus tamen ab aliquibus, fide dignis hominibus, aut scriptoribus, illiusmodi esse, par est similiq; voluptati, quæ existit ex aspectu subito rerum à nobis ante visarum: simulacra enim in animo retinemus rerum, quas diligenter audiuiimus, non minus atque earum, quas oculis vidiimus. In causis vero, quas non appellat, esse etiam potest, vt aliquis scilicet oblectetur, imaginem intuens: quia illa ipsa re, quæ expressa est, capiatur, & ad eam proclivis sit: variae autem hæ existunt, ut sunt uaria hominum ingenia. Est hac in parte molestum: neque enim hoc dissimulare libet, quod, nulla huius rei causa apparente, variat formam loquendi: cum enim nominandi casu primo dixisset οὐχὶ μίμημα ποιήσει τὸν οὐδαίνων statim transit ad casum accusandi, qui aptus est à præpositione διὰ, & non inquit οὐχὶ ἐπειδὴ ποιήσει τὸν χροιά & quæ sequuntur. quare durum id videtur. & ea fortasse de causa quidam conjectura olim emendarunt, οὐ διὰ μίμημα. vt legitur in quodam excuso, nam ex opinione id dictum puto, quia nullum vidi calamo exaratum, in quo illo modo scriptum foret.

Κατὰ φύσιν δὲ οὗτος οὐδὲν τὸ μανθάνειν, οὐκ τῆς αἴρμοντος οὐκ τὴν ἐνθυμοῦ τὴν γαῖαν μέτρα ὅπερ μάρτια τῶν εὑθυδάνων εἰσι, φανδού, ἐξ αρχῆς οἱ πεφύκτοις προσορθοῦντες, ἐγένενται την ποίησιν εἰς τῶν αὐτοχθονικῶν.

Cum autem imitari nobis ex natura sit, & harmonia & rhythmus (nam metra particulas esse rhythmorum perspicuum est) à principio qui natura facti erant præcipue ad ipsas has res, patolatim promouentes, procreaverunt poësim ex subitis studiis, & ijs quæ ex tempore dicerentur.

Cum duas fuissent causas artis poëticæ, & eas quidem naturales, ostendisset: quærum prior est, quod insitum in animo est hominibus, studium imitandi: posterior vero, quod cuncti mortales voluptatem capiunt e quibuslibet operibus ad imitacionem alicuius rei factis: nisi enim posterius hoc quoque natura tributum esset hominibus, quāuis aliqui extitissent à natura facti ad imitandum, non tamē sumum studium posuissent in ea re, quam intellegent in honore non magno haberet, nec iucundam esse hominibus. Quare poëtica ita quoque non multum progressa fuisset,

set. Harum igitur causarum alteram: priorem, inquam, repetit, quæ instruit ad hoc minus: & eo, tanquam fundamento aliquo posito, apertius constituit originem huius artis, ita agens. Cum imitari sit nobis à natura datum: cumq; harmonia etiam & rhythmus, quibus rebus imitamur, sint nobis à natura tributa (inueniuntur enim qui ratione harum rerum nulla cognita, tamen natura duce has res attingunt & concen- tu, motuq; corporis apto, vt possunt, aliquas res imitantur) a principio qui præter ceteros proclives ad hæc erant, id est ad imitandum & ad vñendum harmonia & rhythmis, genuerunt pœsim à rudi, tenuiq; principio, vt sunt initia atque origines omnium rerum, primus enim ortus poëticas fuit ea, quæ ex tempore dicebantur: quæq; subito alicui, nulla meditatione adhibita, in mentem venerant: quæ Greci vocant *προχειρομέτρα*: quod frequens verbum est apud veteres scriptores, cum Cicero etiam in epistolis ad Atticum eo vtatur: Platoq; eodem sensu in Menexeno, *προχειρίσεις* dixerit: hæc enim verba ex eo sermone sunt de illo, cui mandatum erat repente id minus deflendi interitum eorum, qui pro patria in prælio cæsi fuerant. οὐ πολὺ τὸ πάντα τοιούτοις ἀρεστοῖς λέγεται. οὐτοὶ τοιούτοις δὲ λιγανοὶ, οὐτοὶ αὐτοὶ λιγανοὶ. Cum autem in appellandis quasi instrumentis artis poëticas vt harmoniam & rhythmos, ita metra pedesq; non recensuerit, nondum plena absolutaq; sententia se purgat: docetq; sc, cum rhythmos appellauit, eodem tempore tacite appellasse etiam metra, quia dubitari non possit, quin metra sint partes rhythmorum, & in eorum corpore contineantur. Philoponus quoque in iij. de animo, vbi de voce humana subtiliter disserit, affirmat rhythmum communius quiddam esse, & quasi genus: metrum autem rhythmī speciem. cum quod metri nomine appellatur sit etiam rhythmus: contra autem non omnino. metra igitur sunt pars eorum rhythmorum, qui spectantur in voce: breuitateq; ac longitudine eorum temporum: non omnium enim rhythmorum, de quibus sane rhythmis illo loco interpres ille accuratus agebat. vnde arbitror hic Aristotelem numero multitudinis ē νόμον dixisse. cum certos quosdam intelligeret. Potest igitur addi tertium hoc superioribus duobus, si quis rem magis explanare velit, ac scrupulum omnem euellere: nam quin metra etiam, vñsum, natura ipsa data hominibus sint, dubitate non possumus. Quamuis autem concentus ac rhythmus, id est semina quædam artis canendi saltandiq; insita fuerint in animū hominum à natura ipsa, non tamen cuncti mortales eodem pacto instructi illis atque ornati erant: quod enim in aliis quoque rebus, quas à natura itidem habemus, contingit, in hac etiam contigisse verisimile est: vt hi minus ad ipsam: hi verò, magis propensi sint. Quare hi præcipue artis huius fundamenta ice- runt, qui in primis facti à natura erant ad hoc studium: hoc enim quoque tradidit Aristoteles: neque enim qui naturæ impulsu valde ad hoc studium inclinati non fuissent, quamvis animo ab eo non abhorruissent, auctores vñquam & duces huius artis extitissent. Hæreter uero animo posset aliquis, quomodo nunc Aristoteles, vt planum sumat, à natura nos habere quod imitemur, & vt amur harmonia, & rhythmus, cum de primo tantum horum rem ita se habere probatum sit? Nisi fallor autem dissoluetur hic nodus: quia quum communiter probatum sit, factos nos esse ad imitandum, rationes etiam illas imitandi natura nobis traditas esse, declaratum est. Quin autem multi imitentur, & canendo, & saltando, & aliis non nullis rationibus, quæ auxilio illarum rerum tractantur, dubium non est. Animaduertendum etiā est, quod initio auctor vocavit simpliciter λόγον: & non multo post λόγος γιλος, sive μέτρα, id ipsum nūc extremo verbo, & quod quasi declaratio antecedentium duorum fuerat, appellare. Vnde etiam confirmatur primo quoq; ipsum intellexisse orationem pedibus illigatam.

Διεπωλη δὲ κατὰ τὰ οἰκεῖα ἔθνη καὶ τοῖνοις: οἱ μὲν γαρ σεμνότεροι τὰς παλαὶ ἐμπονήτο εργάζεται, οὐδὲ τὰς τοιούτων: οἱ δὲ δύτελέστεροι τὰς τῶν φαύλων, πειθῶν λέγοις τοῖοιν τις, ὃς πόδες ἔτεροι μόνοις καὶ ἐγκώμια.

Diuisa vero poesis fuit secundum suos propriosq; mores eorum, qui eam tractarent: grandiores enim honesta facta imitabantur: & ea deniq; quæ ab his

ab huicmodi naturis profici serentur. Humiliores vero facta turpium vi- rorum: primum canentes uituperationes; quemadmodum alteri illi hy- mnos & laudationes.

Cum primum ortum poëticas communiter indicasset: uideriq; non sine causa difficile aliquibus potuisse, quomodo tam diuersa ipsius genera ex iisdem fontibus manarent, docet nunc, quæ causa fuerit, cur illa tantopere distracta sit, & in diuersas partes abicerit, affirmans varias indoles eorum, qui ad eam accederent, ipsam variaſſe, & quasi corpus ipsius in contrarias partes distractum: cum qui moribus grandiores fuerint, dignitatisq; pliores (hi enim sunt, vt opinor, qui appellantur ab eo σιρυνότροποι) contulissent se ad honesta facta imitanda: & eorum deniq; qui ingenio ipsis, moribusq; similes forent. Contra autem humiliores homines, & qui captum ingenij tenuerint, factis abiectorum turpiumq; virorum canendis, totos se dedidissent, qui, vt Aristoteles adiungit, primum uituperationes versibus complexi sunt: vt alteri illi hymnos & laudationes. Υπό vocate sunt orationes, quæ uitam fa-ctaq; aliquorum uituperarent: siue solutæ illæ fuerint: siue certis pedibus vincitæ: vt hic manifestò accipiendum est. Plutarchus quoque in Laconicis eodem sensu hoc verbo vñsum videtur, cum mores, & instituta quædam Laconum exponeret: in qui- bus narrauit etiam hoc oportuisse adolescentem eum, qui in aliquo peccato depre- hensus foret, aram vnam quandam ē multis, quæ in vrbe consecrata erat, circumire, canentem carmen ab illo ipso in se factum, quod ipsum uituperaret: ita enim inter- pretor verba illa, Υπόντας πεποιηκότες αὐτὸν: ex voceq; hac πεποιηκότες, eruo nu- meris ligata orationem eam fuisse. Υπόντας appellati sunt cantus, quibus laudes deo- rum immortalium celebrarentur: quamuis aliquando vocabulum hoc valeat idem, quod ὁπός: vnde Aeschylus usurpauit συνεῖν pro conuicijs probrisq; vexare. Quid au- tem significet ἐκώμιον: & quid discriminis sit inter ipsum, & ἐπανόν, docuit Aristote- les in j. libro de artificio dicendi. Vt supra autē Υπόντας, ita hic ἐκώμιον arbitror accipien- dum esse pro libro uersibus confecto. Coniunxit Plato quoque in vj. libro de legi- bus duo hæc uerba: quo loco differit de infirmitate rerum humanarum: ac penè len- tentiam illam Solonis, valde celebraitam, commendat; inquit enim, οὐ μὲν τις δύνα- ται ἐκώμιοί τε καὶ ὑμοί τιμᾶν εἰσφαλές. Animaduertendum autem idem penè tra- dere Aristotelem vñsum in studio poëtarum, quod narrat Cicero contigisse de Socrate, quasi fonte & capite philosophiæ: qui enim illum audierunt, & tanquam ab eo natu sunt, ex iphius uariis & diuersis disputationib; quæ tamen vnius quasi corporis membra forent: quod ingenio & naturæ ipsorum aptum erat, appre- henderunt: neque enim existimari debet alia de causa ipsos in sermonibus Socratis lon- ge alia & diuersa adamasse, nisi quia moribus eorum quadrabant. Vnde inquit pro- feminatas esse plures quasi familias, dissentientes inter se, & multum diuinas & di- spares; quum tamen omnes se philosophi Socraticos & dici uellent & esse arbitra- rentur. Eadem igitur fuit ratio poëtarum: inuenito enim illo studio, cuncti, qui ei operam dederunt, ad mores suos illud accommodauerunt, & quum dissimiles inter se forent, cunctis tamen in nomine ipso inter se conueniebat. Quod vero supra in excusis est: καὶ τὰς οὐ τιμῶν, puto rectum esse, quamvis Paccius, interpres huius libri, videatur legisse καὶ τὰς οὐ τιμῶν τύχων, vt sane ipse quoque inueni in quodam exemplari: & si depravatus adhuc in eo est post supra additum uerbum, τολλεῖ: quod locum hic non habet: vt appareat id commissum fuisse virtio ac negligentia alicuius librarij. Cum vero in communi lectione desideretur uerbum, quod referat articulus ille, accusandi casu positus, τις, quis non videat repetendum esse πρότερον: intelligenti- dumq; τιμῶν, id est studiosorū & honestorum virorum, vt omnis sensus huius loci sit. Homines, qui retinēt in se multum dignitatis, imitari solitos esse honesta facta, & ea deniq; quæ ab honestis, virtutisq; studiosis viris, quales ipsi sunt, profici serentur.

Ταῦ μὲν δὴ πρὸ Οὐμέρου οὐδενὸς ἔργῳ εἴπαντι ποιοῦτον ποίημα: εἴος δὲ Εἰν πολλοῖς, ἐπὶ δὲ Οὐμέρου αὐξαναμένοις έπιν. διὸν εἰκάνα διαρρέεις, καὶ τὰ τοιαῦτα.

εἰδές οὐδὲ τὸ αρμότον ιαμβῶν ἡλθε μέγεν. θιδ καὶ ιαμβῶν καλέται νῦν, ὅπερ
τῷ μέτρῳ πάντα ιαμβίζον ἀλλάους: οὐδὲ γένος τῶν παλαιῶν; οἱ μὲν, ἥρωι-
κῶν: οἱ δὲ, ιαμβῶν ποιητῶν.

*Eorum quidem igitur, qui Homerum aetate antececesserint, nullius posse-
mus huiuscmodi poema dicere: credibile autem est esse multis. Si vero ab
Homero initium fecerimus, licet. Cen est Margites illius, & huiuscmodi non
nulla in quibus & quod valde congrueret, iambicum metrum venit. Unde
& iambicum vocatur nunc, quia in hoc metro se mutuo laedebant, atque
omni contumelia afficiebant: extiterent priscorum illorum: hi quidem, he-
roicorum: hi vero, jamborum poetae.*

Cum docuisset studium poetarum in contrarias partes disiectum fuisse propter varietatem ingeniorum, naturamq; diuersam eorum, qui se ad id applicuissent: cuncti enim imaginem suorum morum in ea re aliquo modo exprimunt: ut qui grandiores se uiresq; sint amplam aliquam, plenamq; dignitatis materiam sumant: qui vero contraria tenuiores abiectioresq; animo sint, humilem ac ludicram: petereq; ab eo non sine causa posset aliquis, vt exempla promeret horum poetarum, operaq; ipsorum indicaret, tradit nunc vetustate illa obruta fuisse, nec extare alicuius huiuscmodi aliquid ante Homerum, scriptum: quamvis verisimile sit fuisse complura: tempus enim omnia consumit: facilius autem ea delere potuit, cum rudia & impolita forent: ne tamen id inane putetur, affirmat, si quis inferiorem aetatem spectare velit: incipereq; ab Homero, posse sane vestigia aliqua ipsorum monstrari: huiuscmodi enim esse Margitem ipsius, & alia non nulla talia significat autem, vt opinor, quædam opuscula poetarum aliorum, quæ similitudinem aliquam Margitis habent, plenaq; conuinciorum in aliquos foret. magis enim uerisimile hoc est, quam accipere vt alii fecerunt, non nulla praeterea ab eodem Homero scripta. quia videtur supra indicasse aliorum etiam poetarum exemplo hoc demonstrari posse, qui tamen omnes Homerum aetate secuti sunt: hoc enim arbitror valere, quod inquit. Si voluerimus initium ducere ab Homero huius rei probandæ, id nos nullo negotio confunduros. ostendit igitur his verbis se non illo solo, si opus erit, contentum futurum: neque dixisset unquam, ducto principio ab Homero, nisi vltius in eo procedi etiā posse intellexisset. Quod vero inquit τοῦ ποίησα, arbitror ipsum intelligere quod contineret in se laudes aliquorum aut uituperationes: quodq; simulachrum quædam retineret eorum poëmatum, quæ postea, absoluta fieri cœpta sunt: in quibusq; res seriae aut iocose perfectius tractarentur. Margites autem viri nomen videtur fuisse stolidi atque insani: cuius fabulam aliquam cum liberet Homerus, ab eo non men poëmati illi suo imposuit. Adiungit etiam Aristoteles in illa materia tenui, plenaq; maledictorum tractanda inuentum fuisse metrum iambion, quod aptum ipsi foret, nec tamen Homerus eo genere versus Margiten confecit: cōstatabat enim illud, vt intelligere licet testimonio huius optimi auctoris, qui citat verba quædam ex eo poëmate in vj. libro de moribus ad Nicomachum, heroico carmine: quod (vt opinor) significauit Aristoteles his verbis. εἰ δὲ τὸ αρμότον ιαμβῖον ἡλθε μέγεν: illud enim εἰ δὲ sine dubio aptum est e superiore illo καὶ τῷ τοιωτῷ: quibus verbis intellexit poemata quædam priscorum ad similitudinem Margitis facta. Nam illud etiam ἡλθε, quod ualeat prodire & in usum uenit, quodammodo declarat in prioribus illis hoc adhuc non extitisse. Inquit igitur tempore repertum fuisse metrum, quod ipsi conueniret: atque illud quidem non scientia magna aliqua harū rerum, sed potius sponte fluxisse: dux enim natura rerum omnium est. Non erat vero Margites omnino uacuum ab iambis: quidam enim huius generis versus, nullo certo ordine, sparfi erant ac disseminati in eo poemate, quod magna ex parte, vt ostendi, constabat heroico versu. hoc vero testatur Hephestion in Enchiridio, capite de poemate. non
tamen

tamen iambion ipsum eo tempore appellabatur: id enim nomen ei postea impositū fuit ab iis, qui materiam ipsam consiliumq; eorum, qui eo vterentur, animaduertierunt: cū enim viderent genere illo metri poetas iacere conuicia in aliquos, eo nomine appellarunt, quod ductū est ab ιαμβίσει: est enim ιαμβίσει uexare contumelia. Miserari autem non debemus inuentū prius fuisse verum rei illi aptum: postea vero non men ipsi in ditum, nam hoc ita se habere declarat auctor, cum ait. Vnde iambion nūc vocatur: quasi antea ita uocatum non fuisse. Adiungit autem, hoc tanquam corollario quodam, quod ad nomen pertinet, explicato, ē numero priscorum partim fuisse heroicorum: partim iamborum poetas: vt arbitror, intelligens genera carminū, quibus uterentur: illa uero ut exposuit, accommodata erant materiae. Vnde cognoscere licet antiquos poetas ita diuisos fuisse, ut alteri eorum grandia argumenta colerent: alteri uero humilia tractarent. Non video autem cur oporteat immutare lectionem, & pro πολλα, legere πολλα, præsertim cum in omnibus calamo exaratis eodem modo scriptum appareat: nam cum dixisset. Eorum qui ante Homerum viverint, nullius possimus huiuscmodi poema nominare, quadrat mirifice, si adiungas: verisimile autem est extitisse multis: qui scilicet huiuscmodi poema considerint, in iisdem autem exemplaribus infra pro τῷ τῷ αρμότον, legitur καὶ τῷ τῷ αρμότον, corruptè tamen (nisi fallor) ac non sine culpa librariorum: quod tamen silere nolui, cum constanter in omnibus calamo exaratis libris ita scriptum offenderim, & uiderim in librum etiam nuper excusum hanc lectionem peruenisse. Animaduertendum etiam, quum dicat hic vicino in loco, πρὸ δικῆρον, & ἀπὸ δικῆρος, ipsum manifestò uti Homero tanquam termino quodam penitus uilium, & aliquā speciem habere incipientium, poematum: quod indicat magnopere dignitatem huius eximij poëtae: & quanto-
pere ille omnibus præstiterit, qui ante ipsum hoc studium attigerint, quum illos vertutas funditus tenebris inuoluisset: ipse uero tanquam clara quædam lux fulgeret. eodem paēto etiam Plato loquutus est: indeq; initium duxit ostendendi, quod volebat. inquit enim in x. libro de rep. Τοῦτον τιθέμεν, ἀπὸ Οὐ μέρες αρχέσαμεν, πάντας τὸν ποιητικὸν μυρτέον εἰδώλων αρχήν, εἶναι, καὶ οὐδὲ τὰ λόγια πολλά, ἀντιστοιχίαν τοις δὲ αὐτοῖς σύγχρονοι. Non tamen hoc significat laudem aliquam ipsius, sed ostendit potius eum in eodem errore, quo ceteri, vt Plato putabat, voluntum: nec esse excipiendum è choro reliquorum; & tamen vititur ipso tanquam capite quodam & fonte poetarum.

Ωςπρὸ δὲ οὐδὲ τὰ απουδαῖα μάλιστα ποιητὴς Οὐ μήρος οὐδὲ οὐχ ὅπις, ἀλλ᾽ ὅπις καὶ μιμήσεις σφραματητὸς ἐποίησεν. Στοι καὶ τὰ πλεῖστα καρματα ρημάτων ὑπέλειξεν, οὐ δέργον, ἀλλὰ τὸ γελοῖον σφραματοποιῆσεν: οὐ γάρ μαργίτης αὐτάλογον ἔχει, ὡςπρὸ ίλιας καὶ οὐδὲ οὐδεὶς πρός τοις τραγῳδίαις, οὐ πάντας προς τὰς καρματαῖς.

Quemadmodum autem & in rebus grauibus maxime poëta Homerus extitit (solus enim non tantum quia bene: verum etiam, quia imitationes dramaticas condidit) sic & comœdia figuræ primus leuiter monstrauit: non uituperationem, sed ridiculam materiam tanquam dramate complectens: Itargites enim proportione se habet, vt Ilias & Odysea ad tragœdias, sic & hic ad comœdias.

Cum dixisset, initium ducendo ab Homero, posse ostendi poetas, absumptis vetustate scriptis talibus superiorum, qui honesta facta, præclaræq; aliquorum celebrarint: vt etiam qui, quod similitudinem quandam uituperationum habeat: lepidumq; atque iocosum argumentum sit, cecinerint: cuiusmodi est Margites ipsius, addit, ipsum hunc poëtam, quemadmodum antecellit ceteris poetis in rebus grauibus pangenit, ita primum adumbrasse, & quasi per nebula ostendisse comœdiæ formas, cum discesserit aliquantum à conuertidine maiorum: nec, vt illi, scripserit vi-

tuperationem aliorum: sed materiam ludicram & urbanam tanquam in drame persecutus fuerit: hoc enim arbitrator valere *ἀριστοποίησας*: neque dictum ab auctore puto ipsum hoc fecisse, quia personas tantum inter se loquentes induxerit. quis enim non facit hoc epicus? neque etiam omnes, qui communicant inter se sermones quolibet, aptum argumentum dramatis sunt. Valet igitur *ἀριστοποίησας* tanquam imaginem dramatis, & fabulam comicam condidit. Quum autem Ilias & Odyssea dramatica poemata sint, itaque recte vocari possint: nam hoc significauit auctor, quum inquit Homerum scripsisse fabulas dramaticas, peccaret (vt opinor) qui iuncto hoc verbo veteretur in significandis illis operibus: diceretq; illic poetam *ἀριστοποίησαν*: quod enim illo nunc vtitur Aristoteles, vt ostendi, loquitur de Margite, quod iocofum poema in star erat comediae: quare sine culpa, ipsum intelligens, usurpare potuit id uerbum, quod est proprium comicorum & tragicorum. Nam quin ualeat Homerum non penitus fescutum fuisse uestigia priscorum: nec vti illi fecerant, ut ioperationes cecinisse, dubitare non debemus: neque enim significat Aristoteles ipsum, vt quidam acceperunt, certum genus comediarum, quod scilicet plenum maledictorum esset, non probasse, intelligit autem poema ipsius Margitem vocatum. Margites nanque fuit, qui speciem & umbram quandam comediae praeferebat, confirmans uero Aristoteles, quod dixerat, Homerum scilicet primum monstrasse linea menta comediae: nam Margitem ipsum vimbram quandam speciemq; illius retinuisse non protulit inquit Margitem, quam rationem Ilias & Odyssea habet ad tragedias, eandem ipsum habere ad comedias. Cum autem initio huius sententiae dixisset cum magna Homeri laude, ipsum superasse ceteros poetas in rebus grauibus tractandis: dignumq; esse qui in illa materia principatum obtineat, reddit rationem eius dicti, patefaciens quibus nominibus tantopere celebrandus sit, dignusq; tam grandi testimonio, adiungens. Solus enim non tantum quia recte, verum etiam quia imitationes dramaticas fecit. Solus igitur quod inquit, valet preferendus reliquis, & in summo loco collocandus: qui enim vincit ceteros in aliqua re, atque illic principatum obtinet, solus aliquo modo est: neque enim socium illius laudis aut parem quempiam habet. & autem quod inquit, significat eum egregie munus suum implesse, nec in aliquo lapsum fuisse, quod desiderari possit in absoluto perfectoq; poeta: cui mirifico bono ac penè diuino, adiungitur vt ostendit, quod versibus perfectus etiam est imitationes, quae in scena agi possint, in qua personæ ipse inducantur, non voces factaç; eorum referuntur: ut exemplar hoc fuerit non paruum tragediarum: hoc enim poema hic puto significari ab Aristotele, vnde tragediae patet ipse vocatus est, & si sunt partes quedam in Odyssea, ex quibus fortasse comedie confitari possit: ut personæ etiam aliqua ab eo poemate non alienæ, quamvis proprio quodam opere Homerus effigiem comedie exprimere uoluerit, id est Margite, ut infra manifesto narrat Aristoteles.

Παραφανέσις δὲ τῆς τραγῳδίας οὐκ οὐρανόστοι, οἱ ἐφ' ἑκατέραις τὸν πόλιν δέρμαντες, κατὰ τὸν οἰκεῖαν φύσιν: οἱ μὲν αὐτὶ τῶν ιδέων, οὐρανόποιοι ἔχεοντο: οἱ δὲ αὐτὶ τῶν ἐπῶν, τραγῳδοῦσι σκαλοι, διὰ τὸ μέντον οὐκὲν εἰλεμότροπα τὰ χύματα ἐν ταῦτα εκένων.

Cum autem apparuisset tragœdia & comedie, qui ad utranque poemati ferebantur naturæ quodam instinctu: hi quidem pro iambis comici extitero: hi vero pro hexametris, tragicis euasere, quia maiores, plenioresq; honoris figuræ haec sunt, quam illæ.

Cum ostendisset in poematis Homeris quasi per transennam videri potuisse species & tragedie & comedie, adiungit nūc, vñsis postea illis ipsis poematis, que studio quo rūdam, operaq; tandem eruperant, quos etiam qui fuerint, nō indicat, auctores exiliū illarum inchoatarumq; fabularū. Adiungit inquam eos qui impulsu inclinationeq; quadam naturæ ferebantur ad utranque poesin, id est ad materias aut

graues

graues tristesq; , aut leues ac ludicas, qui antea nondum conspecta specie tragœdie & comedie: neque amplitudine ac dignitate horum poematum cognita, manifestent in vetere suo cursu, extitissentq; aut heroicorum aut iamborum poetæ, repente relicitis iambis, & epicis uersibus, comedie ac tragœdie opifices fuisse, ut qui prius iambis vñsi fuisse, repudiato eo studio, genere illo metri uituperationes aliquorum scribendi, comediam fabricauerint: & qui prius hexametris uersibus laudes & preclaras deorum hominumq; facta celebrassent, posthabito eo genere metri, studioq; , tragœdie doctores extiterint. *παραφανέσις*, quod inquit, valet vt auctor, cum illa exorta esset, & quasi patefacta, detectaç; iam fuisse: antea enim tanquam caligine quadam operata erat. Vñs est hoc verbo, ita auctor, Aristophanes quoq; *ἐκκλησιαζότας*: his enim verbis accusat illic Praxagora fœminā, quæ cum colo, & lana in concionem venerat, vnde mulier esse cognosci potuit, cum contra illam affirmet nullam corporis partem aperire debuisse. *Ιδού οὐτε βάνος ταχα, λιβόν τούτοις οὐδὲν παραφίλει τοις καθημένοις εδει*. Cum autem in appellandis comicis, tragicisq; poetis Aristoteles iunctis verbis usus fuerit, illos enim vocavit *κωμῳδοποιούς*: hos vero *τραγῳδοδοιδικούς*: aliquo modo & ipse complicare uerba potuerim, seorsum uim eorum nominum exprimere uolui. Imitatione enim Græcorum Cicero quoque dixit docere fabulam. Nam quod hic auctor inquit *κατὰ τὰ οἰκεῖα φύσιν*, idem ualeat, atque illud, quod supra dixit, cum de poesis distinctione loqueretur, que tanquam discerpta & dilacerata sit à diuersis ingenii, *κατὰ τὰ οἰκεῖα οὐτινά*. Cur autem ipsi subito uetus studium suum deseruerint: causamq; huius mutationis exponit Aristoteles, dicens, hoc eos fecisse, quia schemata hæc, id est formæ, speciesq; tragœdie ac comedie, maiora & honestiora erant, quam schemata formæq; eorum poematum, quibus antea dediti erant, in tenuioribus autem illis scriptiōibus antea occupati fuerant, quia nondum in lucem uenerat amplitudo tragœdie aut comedie, quibus semel spectatis, manifesta facta est humilitas eorum poematum, & ab omnibus repudiata: nemo enim est, qui cognito aliquo bono, species illius ducatur: vt pauci cōtra sunt, qui nouam rem atque utilem ingenio suo excogitare possint. Non dixit autem Aristoteles formas tragœdie & comedie ampliores esse formæ epopeiæ: neque contulit hæc poemata cum illo, quod magnifice absoluteq; tractauit Homerus, sed cum superioribus illis: quorum alterum uocauit uituperationē: alterū uero hymnos & laudationem: planum. n. est formam comedie honestiorem esse leui illa forma, qua notabant prius uitam factaç; aliquorum, nec non tragœdie formam, illa, qua scriberebat laudes preclarasq; facta aliquorum, grandiorē extitisse. Quod ad ueritatē fidemq; scripturæ facit, ope duorum calamo exaratorum librorum restitui hunc locum, manū antea ac decursum: desiderabatur enim in principio huius sententiae hæc uerba. *παραφανέσις* & *τὰ τραγῳδῶν ὡς κωμῳδῶν*: quo uitio scripturæ non perspecto, quidam coniunctionem & initio eorum uerborū, quæ sequebantur, addiderant, ut aliquo modo id cohereret cū superioribus, cuius particulæ uestigium nullū in illis libris extat. Infra etiam, cū non defuerit grauis & eruditus vir, qui tradiderit in quibusdam scriptis libris legi pro *ιαμβῶν*, *ιαμβικῶν*: & pro *ἐποποιῶν*: quod ipse offendi in omnibus quæ uidi exemplaribus, testari debeo: cuncta enim cū excusis ea parte cognoui: uideturq; Aristoteles genere uerbum, quibus utebantur, illic appellasse poetas ipsos: statimq; cum significaret qui facti esent, nominibus, quæ ostenderent fabros & autores eorum poematum usum fuisse.

Τὸ μὲν ἐποποιῶν, εἰ αὕτα ἔχει οὐκέτι τραγῳδία τοῖς εἴδεσιν οὐκέτι οὐτό τε καθ' αὑτόν οὐρανόμενον, οὐκέτι περὶ τὰ δέατρα, ἀλλος λόγος.

Quærere vero præterea, si tragœdia iam, quod ad ipsius species pertinet, ita se habet, vt satis ipsi esse posit, an non: ipsumq; per se existimatum & ad theatra, alia disputatio est.

Cum & originem tragœdie comedieq; ostendisset: & unde illæ manasset, significasset: quia uidebat in animo alicuius desiderium nasci posse intelligēdi an tra-

Dij gœdia,

gædia, quod præstantius poemæ est, quæm coœdia, adhuc completa sit, nec optari
merito quippiam debet, quod eam absoluïorem reddat: an contra addi ipsi quip-
piam possit, quod multum valeat ad eam ornandam, docet hanc quæstionem huius
loci non esse: disputationemq; quam nunc instituit, nullo modo hoc requirere.
Quia autem de eo duobus modis agi potuisse: natura enim ipsius ac uis feorum
spectari potuit hoc pacto: vt tantum diligenter consideraretur, quid ueritas postu-
laret, ac certa ratio eius rei, à peritis doctisq; uiris tradita: quamuis id fortasse specta-
toribus non probaretur: an diuerso modo, vt ponderaretur vitium ac virtus ipsius,
referendo rem ad eos, qui in theatro sedent: quibus etiam aliquando non satisfa-
ciunt, quæ sati recta sunt: suosq; numeros habent. Neutro igitur modo quæstionē
hanc agitatam huius temporis esse affirmat: poscereq; ipsam aliam accuraram dispu-
tationem. ἐποκοπῆν sape significat, vt hic quoque videtur, superiori alicui animad-
uersioni nouam aliquam adiungere: hoc enim videtur adferre præpositio verbo συ-
πῆν addita. Vsus est hoc verbo, eodem pacto aucto, itidem Aristoteles in j. libro de
animo, cum dixit, νῦν μὴ γέγοντας οὐ λέγοντας καὶ γραμμάτα πολὺ τὰς αἰθρωπίνας μόνις
ἐσκίσσων ἐποκοπῆν. nec non in j. Topicorum, διατρεψαντες hic spectatores, manifestū
est, vt hoc ipso in libro infra cepit hoc verbum, illo loco. Δοκεῖ δὲ εἴη πρώτη διὰ τῶν τοῦ
τεατρῶν ἀδοκεῖσθαι. Sed Aristophanes quoque in fabula, quam ab equitibus inscripsit,
Demosthenem ita inducens loquentem. πάντοι μὲν μηδέποτε πολὺ γένεται τοις διατρεψον.
spectatores enim, acuti ingenij viros, accipi voluit, quamuis theatrum ipsum tale es-
se protulerit. Quod verò χριστὸς λόγος, inquit, ostendens non esse propriam huius tem-
poris disputationem illam, aliis multis locis eodem pacto locutus est, vt in primo li-
brorum eorum de moribus, qui vocantur δημοκράτες: quum enim de parte illa ani-
mi differuerisset, quam ἐρπτικὸν μορίον, quod animantes ipsa alantur, & augescant, non
incommode appellari posse inquit, affirmauit non debere queri tunc, sit ne illius, an
non sit, virtus: & iisdem verbis vsus est in re valde simili tradenda. illa autem sunt.
εἰ μὴ οὐν οὐν ή αρχετή τούτου, ή μὴ οὐν, ἀλλος λόγος. Sed etiam antea, qui tamē locus in ex-
cu sis libris deprauatus est, vnde libentius etiam exéplo illo utar, vt simul ipsum cor-
rigam, maculamq; eam è politissimo scriptore deleam: quum enim illi habeant.
ἄλλον ποτὲ μὴ τούτου καὶ τέλος λόγος καὶ ἀλλοτρίας ή σκέψις, in calamo exaratis legitur καὶ ἀλλος
λόγος; quæ lectione sine vlla dubitatione vera est.

Γενομένης δὲ απ' αρχῆς αὐτοχθονίας οὐκ οὐδὲ οὐδεὶς: καὶ οὐ μείνει τῶν ἐξαρχόντων τὸν διδύλγαμον: οἱ δὲ αρχὴ τῶν τὰ φαλαῖς, ἀπειποῦνται σὺν τοις τάλαις πόλεσιν διαφένει γομφόμηνα, κατὰ μητρὸν ἡγεμονία προσαγορεύοντων, οἵσαν ἐγίγνετο φανέρον αὐτοῖς.

Nata igitur initio extemporanea & hac & comædia: & altera quidem ab his qui dithyrambum canebant: altera vero ab his qui phallica, qua usque ad hoc tempus manent quibusdam in ciuitatibus legibus institutisq; confirmata paulatim crevit, ulterius semper producentibus, quantum ipsius perspicuum fuit.

Cum affirmasset id, quod aliquis fortasse hic querendum putasset, non esse huius temporis, docet, repetito ortu hujus studij poesisq; ipsius, quod sanè studium initio suo tenue & obscurum fuit, in quem locum res venerit, quantumq; dignitatis ei par tum sit, cum tragœdia ut iam docuit, conflata sit, grande præstansq; in primis poëma. Quod igitur inquit ἐνορεύεις αὐτοχθονίας, non intelligit tragœdiam ex tempore, & nulla meditatione primo tractatam fuisse: hoc enim nunquam ab eo supra dictum est: nec verisimile ullo modo est factum esse, sed significat poësim ipsam à principio talem extitisse, quod aperte iam protulerat: narravit enim rudes illos poëtas, quidquid subito in mente in vel buccam potius ipsis venisset, solitos edere: quo etiā in loco usus est iisdem verbis, unde magis perspicitur verum esse, quod dico: inquit enim

enim οὐδέποτε τινὰ ποίησιν ἐν τῷ αὐτῷ χαρακτήρα πάστων. quare constat poësin illo modo natam. αὐτῷ διατητὴν verò uocata est poësis, quæ illiusmodi foret. & sanè hoc loco rem potius tam, quām qualitatem solum ipsius videtur hoc verbū valere: consiliumq; auctoris fuit ostendere (nisi fallor) id, quod iam indicaui, ex leui admodum initio rē ad summam speciem dignitatemq; perductam esse, & quomodo denique tragœdia & comœdia creuerint: quæq; ratio fuerit ipsarū augendarum demonstrare: Nam de tragœdia, quæ nullo modo contemnenda foret, sed honestatem aliquam iam haberet ac penè perfecta esset, ipsum loqui, intelligitur etiam inde, quia supra affirmauit, non oportere nunc sedulo inquiri, an adhuc suas omnes partes ipsa haberet, ac ueram formam receperisset. Quum igitur principium poësis humile inconditumq; fuisse testatus esset, inquit, haec, id est tragœdia, (supra enim importunam hic esse tradens quæstionem illam, de tragœdia tantum locutus fuerat. Ad extremum etiam, prop̄positi sui recordatus, de tragœdia solum videtur loqui, ὡτῆς, id est ipsius, singulari numero dicens) inquit igitur, & haec & comœdia exorta est: de quarum poëseon excellentiam dixerat: Non contentus autem monstrasse primum initium ipsarum, & huius deniq; studij, humile angustumq; fuisse, caput etiam originemq; propriam vtriusq; poematis monstrat, & vnde illę prodierint, declarat: & alteram sanè, id est tragœdiā, profectam ab illis qui dithyrambum caneabant: quo grandi genere carminis celebra- bant laudes Liberi patris & aliorum deorum clarorumq; virorum: alteram uero ab his, qui caneabant phallica: quæ phallica obscena molliaq; poemata erant, quibus rusticī homines ornabant numina quædam agrestia lasciuia, phallos & ithyphallois appellata. Vt opinor autē, ne aliquis fictum hoc & inane putarer, narrat apparet eisque ad ea tempora quædam uestigia eorum. Cum autem (nisi fallor, mirum videri debebet, quomodo incompta illa & procacia carmina expolitis illis temporibus in aliquibus ciuitatibus locum haberent, docet id datum institutis ueteribus & ritibus eorum locorum: tanta enim uis est religionis, vt quædam etiam, quæ non ualde probentur, ab hominibus, imbutis illis moribus, conseruentur: nec, vt videbatur fieri debuisse, eiiciantur. Non sine causa autem aliquis suspicari posset, longe alio genere uersus olim usos fuisse, qui dithyrambum caneabant, atque inferioris ætatis poete illi fecerint: nam & ex hoc & è superiore loco uidetur elici ipsos quondam hexametrum carmen vsuperasse, si epoſ hoc vñū genus uersus semper valere existimamus: non multo enim supra inquit. οἱ δὲ αἰτίαι τῆς πατρὸς φόδονθάστασι: quibus verbis manifesto significatur eos, qui natura facti erāt ad argumenta grandia persequēda, relictō poemate illo, quod prius colebāt, tragœdiæ scribendæ se dedisse: nec mentio illa fit, quod illi genus carminis uariauerint: hic autem affirmat tragœdiā ortum habuisse ἀπὸ τῶν θρησκευμάτων. si igitur idem poema varijs locis dictum est fluxisse, nunc ab his, qui hexametrum carmen colebant: nunc ab iis, qui dithyrambum caneabant, uideatur concludi posse dithyrambicos vsos antiquitus carmine heroico. An hoc nullo modo uerum est: εἴη nanque senarij quoque versus aliquando vocati sunt: a fortasse alijs etiam non nulli, magis accommodati cantibus ac saltationibus. indicat hoo Aristophanes, qui tanquam norma quædam merito habitus est Attici sermonis. in batrachis nanque ita fecit Euripidem loqui, cum instituta quædam sua exponeret, quæ sequeretur in scribendis tragœdiis. εἴη τὸν τῷ πρώτῳ ἐπειράτην παρεκτίνει τὸν. quo loco interpres inquit. εἴη δέ, τὸν ιαπετίων: εἴη γὰρ καὶ αἴτοι καλέστοι. Priscam autem tragœdiā fere totam à choro aëtam fuisse, à me alias demonstratum est, quare magna versuum mutatio eo tempore facta non fuisse existimari debet: sed illi ipsi, proprij dithyramborum, illic quoque congruebant. Sed addere illis libet, cum auctor paulo post tradat, illa ætate poësin hanc extitisse & satyricam & pronam ad saltationem, tradere Atheneum in xiiij. libro antiquitus omnem poësin satyricam constitisse ex choris, vt tragœdiā etiam eius temporis. quare nullos habuisse ipsas histriones. Sed explicata iam sententia huius loci, quæ ad varietatem lectionis, & uim quorundam verborum pertinent, videamus. Primum igitur varia incertaque scriptura est in prima ipsius parte: sunt enim libri scripti, in quibus, vt in excusis generandi casu legatur: sunt etiam qui nominandi γενουσιν μηδὲ εἰς αὐτὸν διατητὴν habeat: sed superior lectio miliu magis probatur: ac sine dubio planior, certiorq; est. Pra-

terea cum & in excusis & in calamo exaratis sit *ων*, si paulum immutatis sono spiritu; eius vocis *ων* legeretur: vt tanquam monstraretur tragœdia, verior fortasse lectio foret: apertior quidem certe, & magis cohærens. *ἔφρωντον*, quod tamen quidam sine causa suspectum habuerunt, accommodatum hic valde est à verbo *ἔφρωντον* ductum: quod valet principem se præbere alicuius cantus: propriè autem, vt veteres grammatici tradiderunt, dicitur de lyra, id vero illi confirmant testimonio Hesiodi, qui in scuto inquit. *τελέσθη τούτοις Μέσου πρόδων*: nec non Archilochi, cuius hæc verba citant *ἔφρωντον πρός αὐλὸν λεσβίον παύοντα*. Vnde perspicitur ipsum nunc cum generādi casu nunc cū accusandi, iungi: vt Aristoteles quoq; illo vñs est: quod animaduerit etiam Budæus, qui eruditè multis exéplis collectis, de notione viq; huius verbī di sputauit. Peccarunt itidē, qui coniectura ducti putarunt *νομίμους* pro *νομίδους*, sublata postrema litera esse legendum: neq; in quo vitium scriptura esset, viderunt antecedens enim verbum fuit corrīendum: cum enim in excuso olim ab Aldo libro *Διαμοίρων* legeretur, inde extērnum elementum fuit demēndum: ac pro *διαμοίρων*, tertia persona *διαμοίρα*, fuit restituendum: non enim Aristoteles narrat se arbitrari phallicā manere quibusdam in gentibus, sed asseuerat illa restare: causamq; cur illa penitus abolita non sint, affert, significans ipsa legibus ac ritibus eorum populorum ita confirmata fuisse, vt adhuc extingui non potuerint.

Καὶ πολλὰ μεταβολὰ μεταβαλλόμενοι τραγῳδίαι, ἐπειδὴ τὰς ἔκπλακτος φύσιν. καὶ τότε τὰς ταυτικριτῶν τάλανθρος εἰς εἴδος εἰς δύο πρέσβυτος Αἰγύλος ἡγαγε, καὶ τὰς τρέφοντας πλάτηστε, καὶ τὸν λόγον πεωταρχοντικὸν παρεπούσας: τρεῖς δέ, καὶ σπιλωτοχεφάλαι, Σοφοκλῆς.

Et cum multas mutationes sustinisset tragœdia, quietuit, quia suam naturam nocta est. Et histriōrum multitudinem ex uno ad duos primus Aeschylus perduxit, & partes chori minuit: & orationem quæ prima concertaret, instituit. Tres autem, & scena ornatum Sophocles.

Cum supra communiter indicasset primam tenuemq; originem tragœdiæ ac comedie, monstratis etiam poēmatum generibus rūdioribus, ex quibus illæ profectæ olim fuerunt, nunc ad tragœdiā reuertitur, de qua etiam antea singillatim disserebat: narratq; ipsam, cum multis rationibus variata esset: diuq; huc, atque illuc iactata fuisse: qui nanque ipsam colebant, longe alijs ingenij p̄adīti, inter se in ea singenda discrepabant, tandem quieuisse: liberamq; fuisse tot, ac tam crebris mutationibus, postquam naturam suam consecuta sit, & in eum locum, statumq; uenerit, vt commode illic manere posset: quamuis autem suam veramq; formam iam consecuta esset, tamen cum adhuc tenuis impolitaq; foret, desiderari in ea videbantur, quæ dignitatē ipsi adportarent: & ampliorem vndiq; honestioremq; eam reddeant, ostendit igitur qui primi huic rei incubuerint, & quid ei ornamenti studio suo attulerint. Primum autem narrat Aeschylum primum numerum histriōnum auxisse, & cum vñs antea tantum histrio foret, qui vna cum choro tragœdiā peragret, ad duos ipsos adduxisse. Quæ verba cum videantur significare priscos tragicos vno tanq; histriōne contentos fuisse, qui munus omne fabulæ cū choro substineret: Aeschylum autem alterum addidisse: vtiq; solitum duobus histriōnibus omni in fabula, hoc nullo modo verum est: in cunctis enim Aeschylī tragœdijs, que extant, plures duabus personæ reperiuntur. Quare putandum potius ipsum in tellexisse auctum Aeschylum duos histriōnes eodem tempore in scenam inducere, cum priores, quamuis & ipsi conficerent fabulas ex pluribus histriōnibus, non inducerent tamen ipsos inter se sermonem instituentes, sed seorsum exponentes, quod ipfis videretur: vel cum choro potius, qui illis tēporibus in fabulis plus iusta parte habebat, loquentes. Libet etiam breuiter commemorare, quod hic traditur de numero, temporeq; histriōnum ab auctore, idem etiam referri à Laertio in vita Platonis, cum simili hoc,

quomodo

quomodo philosophiae partes auctæ sint, à quibusq; studium illud fuerit exornatū, ostendere vellet. Primum igitur exponit, quid in tragœdia olim factum sit: narratq; primis ipsius temporibus, chorū totam fabulam peragere solitū. postea uero Theōpin, cuius, ut inuentoris huius poēmatis, meminit Horatius, vnum histriōnum inuenisse, vt chorus requiescere, respirareq; posset: secundum vñs Aeschylum: tertium autem Sophocleū: pergitq; quod primo ille in animo habuit, mōstrarre, idem etiam philosophiae vñs venisse. Idem igitur ille, quod hic Aristoteles, de tragœdia narrat: docetq; præterea quis extiterit ille, qui vnum illum, quo vñs primū fuit, adiuncto cho ro, histriōnum ipsi adportat: quod reticuit hoc loco noster magister. Addit auctor Aeschylum etiam partes chori minuisse, cum antiquiores tragici maiorem partem fabulæ fingerent à choro peragi. & sanè superat etiam in hac re Aeschylus inferiores tragicos, quamvis superiores emendarit: neque enim arbitror hic Aristotelem dicere Aeschylum minuisse numerum personarum, ex quibus chorus constabat, vt interpretes acceperunt. Nam quod ille inquit, *τὸν χορὸν ἀλλάζων*, videtur potius, hoc quod docui, valere: dubitariq; non potest, quin id, quod protuli de chori munere apud veteres, uerum sit, quod magnum scilicet illud foret, & pusillam partem fabulæ, in qua se exercerent, histriōibus relinqueret: nam Aristoteles præterea hoc manifesto testatur in segmento illo problematum, quo complexus est quæstiones cunctas, quæ ad harmoniam facerent: cum enim quæstio esset, cur Phrynicus, priscus tragicus, melicus potius poeta, quam tragicus haberetur, docet hoc factum, quia ipsius ætate cantus in tragœdiis multo plures erant, quam uersus pronuntiati ab histriōibus. Animaduertendum autem, cum vitium in hac re superiorum emendarit Aeschylus, ne ita quidem ipsum maledicta aduersariorum subterfugere potuisse: hoc enim ipsum obicit ei Euripides apud Aristophanem: amborum enim horum concertationem apud inferos initā sedulo faciliissimus hic poeta exp̄ressit. inquit igitur ipsum accusans Euripides. *Ἐδειχθεὶς δὲ οὐρανοῖς αὐτὸν οὐφεγγέτης τέλεταρας ξωκεῖντος οὐδὲ τετρίων*. Videtur igitur culpam superiorum tragicorum in Aeschylum deriuasse Euripides, vel potius, cum optimus auctor tradat ipsum partes chori minuisse, non vindicat ipsum omnino à vñcio in hac re: quamvis enim correxerit in hoc antiquiores, potuit tamen adhuc leuiter illi culpæ hærente, cum inferiores magis inde se remouerint. Quod etiam adiungit. Et orationem, quæ prima concertaret, comparauit: sic enim expressa vi singulorum verborum, in re non omnino certa uertendum putauit, non valde planum est: nec constat significare ne voluerit histriōnum primarum partium, an prologum. Primarum autem partium histriōnum veteres uocare soliti sunt, qui maiorem potioremq; fabulæ partem sustineret. quod hic accommodatum non videtur: neque enim quæ primæ in scenam veniunt, maius quam reliquæ eiusdem fabulæ personæ onus necessario sustinent. accipere autem prologum illa voce difficultatem etiam in se habet: non enim Aeschylus, sed Euripides instituit, vt quæ prima in scenam persona veniret, argumentum fabulæ exponeret. An superiores queq; tragicī hoc plerunque faciebant, vt argumentum fabulæ non longè à principio ipsius aperirent. nec omnino necesse est accipere illis verbis hoc initio statim tragœdiæ fieri debere: sed *πρώτη γνωστὴ λόγος* intelligi potest prologus, in propinqua etiam sede collocatus: ille nanque ita quoque primus ad pugnam descendit, quia antequam partes vllæ fabulæ ponderis alicuius agantur, munere suo fungitur. *ἄγνωστον* autem cum uocentur histriōnes, quod quasi concertent inter se de laude: studeantq; superare aduersarios: siue omnibus viribus contendant exprimere personam, quam agunt: *τραγῳδίαν*, iuncto nomine non solum qui primum locum in his tenent, sed qui primi in scenam descendunt, uidentur appellati. vt autem facilius aliquis perdiscat veritatem huius rei, oportet animo cogitare tragœdiā, formam sanè suam iam adeptam: tenuem tamen illam, & gracilem: vt intelligi scilicet possit tragœdia esse, sed careat penè omni siccō ac fanguine. primum autem unum tantum histriōnum aliquid agentem in scena habeat, deinde magna ex parte à choro peractam, & non singulas ipsius partes ab auctoribus ipfis expressas. Quadrat igitur magis, vt exilitas illius & imperfectione intelligatur, accipere ipsam destitutam tunc fuisse hoc bono, nec habuisse adhuc, quod valde vtile est ad animum spectatorum illuminandum, & omnem caligi-

nem ex ea fabula disturbandam, quām histrionem primarum partium eō adportatum non fuisse: præterquam quodd in omni fabula, tenui etiam & subtili, in qua numerus aliquis actorum sit, videtur aliquis esse debere, qui ceteris antecedat, & maiorem partem illarum rerum, quām ceteri, sustineat. nam περασκευή verbum, quo ipse vñs est, videtur huic rei ostendendae valde accommodatum, vt scilicet dixerit Aeschylum primum hanc rationem confecisse, & ingenio suo molitum esse, quæ adiutum patefacerent spectatoribus ad factum illud facilius percipiendum. Cum autem multis locis hoc verbum in hoc ipso libro usurparit, in iij. etiam πολιτικῶν inquit, μέδιν ἦσθε τοῦ παιδοτρόπου καὶ μηχανῆς παρασκευῆς καὶ τοῦ τινὸς διώχμης, cum verò Aristoteles commemorauerit iam quid cōmodi attulerit Aeschylus tragœdiæ: nec alij etiam & Græci & Latini scriptores cessauerint ostendere, quibus rebus idem auxerit poēma hoc ipsum, quod colebat, notum est Horatium tribuere illi inuentionem personæ & palli: eundemq; tradere instrauisse pulpita modicis tignis: docuissq; ipsam magnum loqui, & niti cothurno. Athenæus autem in epitome primi libri tradit eum non solum stolam, plenam amplitudinis ac dignitatis vestem, inuenisse, sed multas etiam figuras saltationum iis, qui chorum exercent, ostendisse, citatis etiam testibus antiquis poetis, qui id confirmarent: in quo animaduertendum est, quam ipse σολων vocat, Horatium appellare pallam: nam quod epitheto à Latino poëta significatur, idem etiam testatus est duobus verbis, amplitudinem inquam & honestatem eius vestimenti: inquit enim Αἰχναλος δὲ οὐ μόνον ἐστὶ τὸ σολωνικόν επείπειν, τὰ στούποια: & quæ sequuntur: cetera autem non eadem ambo appellantur. Sed nec Aristoteles quoque tetigit, quæ ab Horatio inuentio Aeschylis assignantur. nam quod infra narrat ipse Sophoclem inuenisse σολωνικόν, non idem est, atque illud, quod tertio loco nominauit Horatius: narrat enim Latinus poëta Aeschylum primum scenam ædificasse, & eam quidem rudem atque e simplici materia construxisse: contra autem accuratus verisq; præceptor huius artis, Sophoclem affirmat ornatum splendoremq; illi attulisse. Sed ordine ea, quæ ab Aristotele Sophocli tribuuntur, videamus. primum enim docet ipsum numerum histrionum auxisse: cumq; duo inter se loquentes induxit Aeschylus, hunc tertium addidisse affirmat, vt aūs sit in fabulis tres inter se de aliqua re disputantes personas inducere: nec metuerit ne sermo illorum confusus ad aures spectatorum perueniret. quo tradito adiungit id, de quo iam differui, eundem etiam ornatum plecturamq; scenæ excogitasse. nam verbum iunctum, quo vñtūr, compositum est ē verbo rem ipsam, quæ aucta amplifica taq; est, significante, & ex altero, quod pectoris artificium refert. Animaduertendum autem initio huius partis Aristotélem, secutum elegantiam Attici sermonis, dixisse μεταβολάς μεταβαλέσσα: eorum enim proprium fuit ita loqui, vt multis exemplis aliorum scriptorum facile comprobari posset. Sed illis nunc relictis, ipse in xvij. segmento problematum eadem verba eodem modo continuavit: ait enim μεταβάλλειν πολλάς μεταβολάς τῷ στοιχεῖ τοῖς πολλοῖς: & Plato, qui docere volens desperandum non omnino esse, quin ad frugem reddituri aliquando sint adolescentes improbi, inquit: πολλάς τῶν ιδίων πολλάς μεταβολάς τῷ βίῳ μεταβάλλειν εκάστοτε πέφυκε. Paulo post etiam πλάσιον vocat, quod plerunque numerum magnum rerum significat, cum simpliciter numerum ostendere vellet: neque enim verè multitudo in tam paucis histrionibus intelligi potest: eodem pacto paulo post vñs est eodem verbo, quum auctum quoq; esse numerum episodiorum traderet.

Ἐπεὶ δὲ τὸ μέγεθος εἰ μητρὸν μήδων, καὶ λέξεως γελόιας, διὰ τὸ εἰ μεταβαλέντι, ὅπλε ἀπεστρέψθι.

Adhuc autem magnitudo ex paruis fabulis & locutione ridicula, quia ex satyrico mutata est, sero granditatem honestatemq; suam nacta est.

Qui vertit in Latinum hūc librum, cuius meus, hic lapsus est, vt nullo negotio intelligi potest: μέτεος enim nominandi casus est, pendetq; à verbo, quod in extremo positum est, ἀποστρέψθι: quod sanè verbum nullo modo valet queuit, vt ipse reddidit,

dit, sed suam propriamq; dignitatem est consecuta, vt magnitudo intelligatur: quæ notio est superioris Græci nominis. neque etiam duo hic præcipiuntur ab auctore, sed unum tantum exponitur: cuius tamen, vt facilius credatur, accurate rationes reduntur: cum enim supra docuisset non pauca, quæ tragœdia speciem, amplitudinemq; attulerunt paulatim, variisq; temporibus adportata illi fuisse: neque enim simul, neque ab uno ingenio cuncta excogitata sunt, adiungit nunc magnitudinem fabule eodem pacto sero, & multo tempore post, quām illa in lucem prodiisset, ad suā dignitatem peruenisse. significare autem volens ipsam prius sua iustaq; magnitudine caruisse, atque hac parte magnopere laborasse, adiungit, ex paruis fabulis, id est cum primis ipsius temporibus pusillum quasi corpus fabule haberent: locutioq; itidem earum, tenuis & ridicula esset. quod constitutere volens: prima scilicet sui origine tragœdiam humili abiectaq; oratione vñsam fuisse, docet id mirum yideri non debere, quia cum transiit in tragœdiam: formaq; illius immutata est, non profecta est e grandi aliqua specie, sed ex satyrico genere poēmatis discessit, quod lascivum ac pecculans est, vt conueniret ipsi mirifice dictio illa plebeia, licentiaq; plena. retinuit autem multum illius locutionis cum iam naturā vertisset: neque subito, quod omnium rerum proprium est, vt non facile veteres ritus exuant, locutionem variare potuit, aptamq; sibi adsumere. Hic (nisi fallor) uerus suusq; sensus est huius loci: neque enim existimandum est, verba hic ab auctore fieri de exclusione satyrorum, quos hoc loco nō ostendit insertos vñquam fuisse in tragœdiam. Idem autem, quod hic de magnitudine & quasi corpore fabularum, commemorat Aristoteles, tradidit etiam in iij. libro rhetorices de locutione ornata & propria eius studij, illi arti euénisse, affirmans ipsam sero in lucem prodiisse: valde enim similis ille locus huic est, verba eius hæc sunt: ἐπεὶ καὶ τὸ πόδε τῷ λέγει ὅτι προῦλθε.

Τό, τε μέτρον εἰ τετραμέτρου ιαμβέον ἐγένετο: εἰ μὲν γαρ περιτον τετραμέτρῳ ἐχρώντι, διὰ τὸ θετυρικὸν οὐδὲ ὄρχυσιν τορβαν εἴν τιν ποίησιν. λέξεως δὲ γενούμενος, αὐτὴν ἡ φύσις τὸ οἰκεῖον μέτρον δῆλον τῶν μέτρων εἰ μιμβέον δέ. οὐκέτι δὲ τάχτα: πλέοντα γράμματα γράμματα τοῖς διαλέκτῳ τῇ προσοπίᾳ ἀλλάζει: ἔξαμπλεα δὲ ὀλιγάκις, καὶ εἰ βαίνοντες τοὺς λεκτικοὺς αρμονίας.

Metrumq; e tetrametro iambicum natum est: primum enim tetrametro utebantur: quia satyrica & multum retinens saltatoria artis erat tunc hæc poësis. Locutione autem nata, ipsa natura sum propriumq; metrum repperit: maxime enim ē numero omnium metrorum iambicum aptum locutioni est. signum autem huius rei est: plurimos nanque senarios iambicos edimus in sermonibus, quos inter nos habemus: hexametros vero, raro, & tunc solum, cum eximus ex modulatione apta familiari orationi.

Cum multa, quæ tragœdia adportata erant, iam docuissent, mirifice dignitati eius, granditatiq; conuenientia, in quibus erat etiam granditas amplitudoq; orationis: qui enim primi aggressi erant tragœdiam pangere, ridicula tenuiqt; locutione vñsi fuerant, adiungit nunc ipsis versum etiam ei accommodatum inuentum fuisse, cum primis ipsius temporibus, parum idoneo, ac nullo modo apto grauitati ipsius metro tangere vñsa foret. Versum igitur senarium iambicum probatum fuisse dicit: docens simul, ut supra fecit, ex quo principio profectus ille sit: tetrametru enim in vñ priorum illorum, ruditum tragicorum, fuisse affirmat: cuius vitio cognito, iambicum pro illo receptum esse tradit. Quia autem non omnino stulti fuisse existimandi sunt priisci illi, qui tetrametrum vñsparent: præsertim cum antiquis temporibus iidem ferè poëtæ ac musici forent, vt non debuerint in tam turpi errore voluntari, docet id eos non sine causa fecisse: vñsque fuisse illo metro, quia poësis eorum: tragœdiaq; illa rudit, satyrica erat: multumq; retinebat eius studij, quod in saltationibus occupatum est, hoc

est. hoc enim valere arbitror, quod inquit. ἡρχηστικόν fuisse poësim illorum: neque enim ut satyricam, ita ὑπερβολὴ ipsam fuisse tradit: sed aliquantulum illius diuersi studij retinuisse, procluemq; ad rationem artemq; saltandi extitisse: illi autem conuenit mirifice mobilis ille versus. Non igitur ipsi peccabant in genere versus: sed nondum tragœdia formam speciemq; suam naēta fuerat: cui postea formæ inuenta nullo modo ipsi aptum fuit mobile id, & saltatorium metrum: sed aptum ei, reputato illo, præbitum, id est iambicum. quomodo etiam hoc ipsum iuuentum sit, docet, affirmas postquam locutio apta tragœdia comparata est, nullum negotium fuisse metrum itidem ipsi accommodatum inuenire: ipsam enim naturam sua ui suum propriumq; metrum inuenisse: quomodo autē hoc fieri potuerit, vt quāsi sua sponte hoc in lucem prodierit, nec oportuerit quempiam in hoc magnopere laborare, declarat dicens. Maxime enim ē numero metrorum omnium iambicum est aptum locutioni: hoc enim valet illum ēστιν. quo vocabulo vtitur. Cicero etiam existimari potest hoc verbum exprimere voluisse, cum inquit in oratore de iambico, si millimum illud ēστι orationi. Ratione etiam aliqua confirmare hoc volens, argumētatur à signo, id est causam huius rei non querit, sed ostendens id quod consequitur, illo, tanquam nota quadam, probat verum esse, quod precepit: ope enim notarum aliquarum veritas sēpe occultarum rerum origoq; intelligitur. Signum igitur & argumentum huius rei ēστι inquit: plurimos nos iambicos versus proferre imprudenter in congressibus, & cum loquimur inter nos familiariter: hexametros vero raro, ac tunc solum, cum excedimus ex harmonia structurāq; verborum, apta communī locutioni: ac fingimus deniq; orationem grandiorēm, quam ferat sermo familiaris. naturā autem instinctu homines in dicendo sēpe edere versus iambos ita apertum est, & auctoritatibus summorum doctorum & exemplis etiam oratorum, vt dubitari de eo non debeat. Hexametros vero aliquando etiam excidere ipsis inuitis, dubiū non est: ita tamen vt grandiloquus ille sonus facilis animaduertatur. Cicero igitur in epistola quadam ad Atticum, cum effudisset non hexametrum solum, sed eius generis hexametrum, qui spondeum pedem in quinta fede habent, statim cognovit, quid commisisset, addiditq;. Hunc ποντικὸν, si cui voles θύρων, pro tuo vēditō. Praeterea Socrates in Phædro in extrema vituperatione amoris, cum simili vi- tium illius rei ostendere vellet, dixit herlico numero. ἀς λύκοι αργα φιλέσθ, ἀς πάδην φιλοῦσιν διατά: idemq; postea, cum à Phædro impulsus esset, vt contrarium laudaret, initio orationis sue se purgans, significauit editum à se versum illum, concitatiore factō: vt non sine causa timere debeat, si laudare cœperit, ne magis ē finibus exeat, αρμονίας lioc loco non arbitror cantum significare: neque enim in colloquiis, sermo nibusq; familiaribus canimus: sed tamen, quia modum quendam vocis, sonumq; sermo omnis habet, qui modus variari potest: & intenditur enim uox & remittitur, tunc inquit accidere posse vt in hexametros versus incidamus, cum egredimur modum illum orationis, qui est aptus cotidianæ locutioni: grandioreq; sono utimur: tunc enim magniloquentia illa secum trahit numerum eum, cogitq; nos impruden tes & inuitos, in dicendo versus hos edere.

Ἐπεὶ δὲ ἐπεισδίων τῷ θηρίῳ, καὶ τὰ ἄλλα ὡς ἵναστα κορυφῆναι λέγεται. τῷδε μὲν δινούτων τοῖχον ταχέστα ἡμῖν εἰρημένα: τῷλὺ γάρ ἀνίστως δῆγον ἐν διεξιέναι καθίκασθαι.

Adhuc autem episodiorum multitudines, & cetera ut singula ornata fuisse dicuntur. De his quidem igitur tot à nobis dicta sunt: multum enim fortasse opus esset singillatim percensere.

Cum studio recentiorum, accommodatius tragœdia metrum inuentum esse dixisset, duce præcipue natura, quorum opera alia etiam non nulla, quæ pertinebant ad ipsius dignitatem inuenta docuerat, addit nunc eorundem cura, cum pauca prius episodia in fabulas inclusi solita essent, vel unum potius aut alterum in unam fabu-

lam,

Iam, numerum episodiorum auctum fuisse: quæ res multum valuit ad tragœdiae corpus augendum, cultumq; ei ac splendorem afferendum: antea nanque f. bulæ minores & exiliores erant. Non tamen arbitror numerum eorum certum & definitum unquam fuisse, sed ipsa aut plura, aut pauciora, vt aut ipsa brevia longaque erant, aut argumentum ipsum fabule, itidem pusillum aut magnum. Cum autem plura adhuc diligentia & studio iuniorum tragicorum conformata & emendata esse sciret, ne multis in illis enumerandis: eorumq; accessione explicanda foret, cō muniter nunc tradit eodem pacto singulas partes tragœdiae amplificatas & exornatas ab illis fuisse dici: hoc enim manifesto valet, quod inquit κοσμιδίων λέπτη. quod verbum κοσμιδίων respondet (vt opinor) superiori illi ἀπειρουσίᾳ. nam hinc quoque percipitur, quod eo loco admonui, supra in verbis auctoris illud, ποτέ μηδε τοι nominandi casu positum esse. His autem hoc pacto explicatis, ostendere volens à se affatim declaratam esse pro tempore tragœdiae originem, amplificationemq;, concludit hanc disputationem, dicens ea, quæ iam tradita a se sunt, satis habenda: si quis enim omnia accurate recensere vellet, nimis magnum laborem susciperet: ad eiusq; exitum non facile perueniret. Eodem autem penè pacto locutus est in j. libro de moribus ad Nicoma chium: quum enim significare vellet non posse omnia comprehendendi oratione, quæ statum præclarum vitæ alicuius aut ornarent, aut violarent, si contingant iis, qui ex sanguine ipsius orti sunt, aut amicis: quia illa & multa sunt, & magnopere inter se discrepantia: nec non quia hæc magis attingunt illos: hæc verò minus, inquit. καθικασον μή διαρρέει, μαχέσῃ καὶ ἀπορίαν τοι φένεται. καθόλε γὰρ λεπτῷ, τῷ χαριτωντι, ξε-

Η δὲ παραδίαις δίπλα, ὡς ποδὶ ἔπομεν, μέρησις φανταστρῶν μεῖν, οὐ μεῖν τοι κατὰ πᾶσαι λαζαίν, ἀλλὰ τὸ αἰχρόν ἐστι τὸ γελοῖον μόρον: τὸ γελοῖον ἐστιν ἀμφιρυμά πι, οὐδὲ αἴρος αἰώνων, οὐδὲ οὐ φθερτικόν. διον δύθιτε τὸ γελοῖον πεόσω πον αἴχρον πι, οὐδὲ διετραμμένον αἴρον ὄδων.

Comœdia autem est, vt diximus, imitatione deteriorum quidem: non tantum in omni vitij genere: sed ridiculum turpis est pars: ridiculum enim est peccatum quoddam & turpitudo sine dolore, & qua non interimat: ceu statim ridicula facies, qua turpis est ac distorta sine dolore.

Cum supra communiter non nihil disseruisse de tragœdia, atque comœdia: reliquaq; statim comœdia, tragœdia progressum breui explicasset, reddit nunc ad comœdiā: eamq; quod commune ipsi est, cum tragœdia atque omni parte poësis, imitationem esse dicit: testatur enim se hoc antea protulisse: imitationem inquam esse comœdiā: fecit autem id statim post propositum suum explanatum: cum multis enumeratis, omnes poësis, vt præter eas etiam non nullas artes imitationes esse dixit. illico autem discrimen posuit inter ipsam ac tragœdiā: cum enim meliorum imitationem esse dixisset tragœdiā: comœdiā contra peiorum imitationem esse tradit: verum quia multis modis mali esse possunt mortales, statim declarat quibus culpis affinet intelligat eos, quos materiam esse comœdiā ostenderat: neque enim in omni genere vitiorum voluntatos aptas esse personas singēdīs comœdijs affirmat: sed obnoxios potius quibusdam erratis ac lapsibus, quām grauiibus peccatis ac sceleribus contaminatos idoneos huic studio esse existimat. Nam quamvis ipse comœdiā esse dixerit imitationem φαντασίαν: nec certò ea voce teneatur personas ne, an res intellexerit: prætereaq; infra, de tragœdia disserens, affirmari illam esse imitationem non hominum sed actionis, arbitror tamen homines hic accipi debere: ambo enim hæc genera fabularum, cum propositum habeant facta quendam imitari, homines etiam imitantur: ab illis enim ipsa prodeunt: nec existerent actiones, nisi essent qui agerent. iocos verò, & res quæ risum moueant, esse materiam comœdiae indicauit etiam Plato, atque id quidem satis lepide, quo loco in symposio facetissimam personam loquentem inducit: hæc enim apud eum pronuntiat Aristophanes, quū define

de fine orationis sua, quam habiturus & ipse esset, sollicitus foret: vetereturq; ne despicerentur, & exploderenrur, quæ diceret; inquit igitur, οὐτὸν φοβέματι πάθει τὴν μὲλάνην τοῦ φύσεως, οὐτὸν μὲλάνην εἴπει: πόντον μὴν τὸν αὐτὸν εἰπειν, καὶ τοῖς ἡμίτεροις μόσχοις ἐπιχώριον: ἀλλὰ μὴ κατατέλαστε. Cum igitur perspicuum sit amplexari comediam res ridiculas, vtitur hoc tanquam medio quodam ad significandum cuiusmodi homines intelligentia deterioris note: ridiculum enim inquit, id est res risui excitando apta, est quædam pars turpitudinis: quamuis enim ἀρχὴν valeat id, quod turpitudinem in se habeat, significat tamen hic turpitudinem ipsam, nisi quis ita accipiat, ut dixerit ridiculum esse vnam è rebus turpibus probare autem hoc volens, definit ridiculum: euoluitq; quod in hoc nomine inclusum sit. Ridiculum enim inquit, est peccatum quodam: cum scilicet errati aliquid in aliqua re commissum est. ἀμαρτηματικόν enim est, cum in aliquo factō labitur: depulsiq; à vero, id quod deterius est, naicti sumus, ut ipse docet in problematum segmento xvij. qui inquit, ἀμαρτηματικόν εἴη τοῦ χαρηγοῦ πάχη. Adiungit autem nunc, rei magis explanandæ causa, in ridiculi definitione, Et turpido, quæ dolorem non gignit: nec vim habet perdendi: eum scilicet, cuius animo, corpori ve hasit. Constituere autem definitionem hanc volens: verumq; id esse probare, vtitur exemplo. Et veluti (inquit) ut vtamur re parata, & quæ in promptu est: hāc enim vim hoc loco habere arbitror illud ἀλλα, ridicula facies est, quæ in se maculam aliquam magnam ac turpitudinem habet: & quæ deniq; distorta est, ac depravata, sine dolore tamen, cruciatu ve vlo: atque ita etiam, ut vim id malum nullo modo habeat perdendi: si nanque ea res, quæ faciem partem ve aliquam corporis deformat, dolorem ipsi inureret: aut hominē ad interitum perduceret, non rideremus: dum enim nimis & inhumanū est, aliorum pœna vexationēq; corporis latari. Addidit autem cum ostendisset oportere id malum dolore vacare: non debere etiam illud e genere eorum esse, quæ interimunt, quia non nulla sunt, quæ ad mortē perducunt sine dolore: quod nisi aliqua huiuscemodi non reperirentur, nō necesse fuisset hoc adiungere: si enim quæ minus malum gignunt, non sunt apta materia ad risum, multo minus sunt, quæ maius creant.

Αἱ μὲν δὲ τοῖς τραγῳδίαις μεταβάσεις, οὐδὲ δὲ ἔγειροντο, οὐ λελαθασσον: οὐδὲ καρωδία, διὰ τὸ μὴ απουσίαν εἴξαρχησι, ἐλαθει: οὐδὲ γερὸν καρωδίων δὲ λέπτες δὲ αρχῶν ἔδεικνει: ἀλλ' εἰ θελοντοι οὐτοι. οὐδὲ δὲ γάματά τινα αὐτοῖς ἔργονται, οἱ λεγούσοι αὐτοῖς τοιμαζούσι μνημονεύονται. τοις δὲ πρόσωπαις αὐτοῖς κανει, οὐ προλόγοις, οὐ ταλάνθη ταυτοτάτοις, οὐδὲ τοιαύταις, οὐ γόνησι.

Tragœdia quidem igitur migrationes, & per quos extiterent, non se fellebant. Comœdia vero, quia initio nullū studium in ea positiū est, se fellebit: etenim chorū comœdorum sero magistratus dedit: sed voluntarij erant. Cum autem ipsa iam figuræ quasdam haberet, qui feruntur ipsius poeta memorantur. Quis autem personas assignauit, aut prologos, aut multitudinem his trionum, & reliqua huiuscemodi, ignoratur.

Cum iam comœdiā definisset: ac siquid in definitione ipsa difficultatem aliquā haberet, explicasset, ostenderet se eundem ordinem, quem in tragœdia fecerat, in hac secuturum fuisse: ut ostenderet scilicet quorum opera illa aucta & exculta fuit: cum tamen id magna ex parte fieri nequeat, ne quis id miretur, causam huius rei affert. hoc vero præstisit Aristotle in eo, quod potuit: ac diligenter inuestigasse, qui ali quid commodi aut ornatus attulerint tragœdiæ, declarat idem effectu ipsum fuisse in comœdia tradenda, si res ipsa passa esset: vnde repetit copiam huius rei efficiæ, quam naictus est, in tragœdiæ evolutione, dicens, tragœdia progressus: quorundam opera facti sunt, non obscuros abditosq; sed animaduersos notatosq; fuisse. Non sīne causa autem vtrumque tergit: tragœdiā scilicet non in uno statu semper manuisse sed

fuisse, sed immutatam esse & vterius processisse. & præterea cognitum esse quorum studio ac diligentia illa melior facta fuisset, ac dignitatis aliquid acquisiuit: potuerunt enim intelligi gradus ipsius, & quasi processus: à quibus tamē illa adiuta & expolita foret, ignorari, idem autem in comœdia non vsu uenisse ostendere volens, nō partitur res illas, sed illam ipsam inquit se felleisse, rationem simul reddens cur id factum sit. inquit enim διὰ τὸ μὴ ταχατεῖν εἴτε αρχῆς, id est, ut ego interpretor, quia initio non magno in pretio fuit, nechonorem aliquem hoc studium habuit. hoc autem ei contigit ob humilitatem huius poëmatis: despecta enim primo est. Quare non sua aliquid homines in teresse putabant, quid in ea fieret: nec mutationes ipsius attendebant: ut in tragœdia, honestiore poëmate, & quod omnium ora in se conuertisset, fecerant. Probare vero volens Aristoteles, diu ipsam neminem sui valde studiosum habuisse, & qui diligentiam adhiberet in ea expolienda, docet rem magni mometi ad eam exornandam sero ad portatam ipsi fuisse, id est chorū: non quia chorus omnino ei decesset: quin contrā verisimile est prolixiores potius, quam oportaret cantus chorū in ipsa, ut in tragœdia, ea tempestate exutisse: sed quia ex delectis hominibus, illiq; muneri egregie fustinendo aptis, ille non constaret: quiq; magna cura & studio doctorum, ut postea fieri cœptum est, erudirentur. chorus enim inquit comedorum sero magistratus dedit: antea nanque quidam sponte sua, voluntateq; ducti hoc faciebant, id est munus chori obibant: ac partes earum personarum, quæ canere illuc deberent, sustinebant: quæ autem publicis consilijs in ciuitate fiunt, multo meliora ius esse confuerunt, quæ temere & ex libidine hominum geruntur. Moris verò huius: & quod fabulas poëtarum ita magistratus Athenis ornare solitus esset, meminit Plato & in extremo iij. libro de rep. & in vij. de legibus: cum enim priore loco posuisset Aeschylī carmen, in quo Thetis perfidia insimulat Apollinem, grauiterq; eum accusat, significare volens doctissimus vir sententiam eam, ut detrimetosam vita hominum, institutisq; eius ciuitatis, quam fingebat, magnopere repugnatam, esse exagitandam, inquit. Si quid forte apud aliquem poëtam de diis immortalibus hoc patet prolatum inueniemus, & stomachabimur, & chorū ei non dabimus: id est nulla in re studio nostro studium illius poëtae adiuuabimus. verba eius hæc sunt. χαλεπα παρέμενε τε καὶ χρόνον τὸ δέσμομα. eodem etiam pacto posteriore loco, cum de tragicis itidem poëtis ageret, ait. νῦν ὁ πανδόν μαλακῶν μεσῶν ἐπιδέξαντες τοῖς αρχαῖς πρῶτοι τοις ἡμετέροις παρέποντες αὐτοῖς, καὶ μὲν τὰ αὐτὰ τε, καὶ βελτίω, πά παράμενον φάνηπε λεγόμενα, δέσμομα ὑπὸ χρόνον: διὰ μὲν ὁ φύσις εὖ αὐτὸν διδάσκει: lusit enim hic lepide politissimus scriptor, ut consuevit, institutis eius ciuitatis, in qua natus erat, ad eam, quæ legibus ornabat, translatis. ὁ αρχῶν valer hic, magistratus: non tamen summissus, ut opinor, sed qui ludis scenicis præpositus esset, cuiusmodi fermè Romæ erant aediles. Ut autem archontem δέναι χρόνον dicere solebat, cum magistratus, probatis ingeniosis argumentisq; aliquorum poëtarum, hoc pacto adiuuabat eorum opus, ita contra αὐτοὺς χρόνον aliquem aiebant: poëta enim ipsi, videntes hanc rem sibi honori futuram, fedulq; chorū ab ipso petebant, iidemq; cū digni existimati forent eo præmio: ipsumq; à magistratu, cuius cura hoc erat, obtinuissent, dicebantur ἵχεν χρόνον. colligitur hoc ex pluribus locis Cratini veteris comici, qui leguntur apud Athenæum in xiiij. libro: cum enim antea meminisset cuiusdam Hegeſippi, teneri poëtæ & qui lusus quoq; scriperat, in aliis non nullis poëtis, qui ipsum exagitauerat, docet eum à Cratino quoque sepe notatum fuisse, primo autem tantum in testimonio ipsius non men Hegeſippi legitur: in duobus vero, quæ statim consequuntur, ille nomine appellatus non est, sed (nisi fallor) descriptus. ut Cleomachi, pessimi poëtae, studiofus aut doctor. in his igitur postremis locis mentio huius instituti facta est, eorum prior è fabula bucolis. hic est, Οὐχὶ ἔθωκ ἀτοῦτοι Σοφοκλεῖ χρόνον: Τῷ Κλεομάχῳ δὲ, οὐχὶ οὐδὲ ξίων ἐγένετο μοι διδάσκειν, οὐδὲ αὐτοῖς αὐτοῖς. Videtur igitur illum ipsum Hegeſippum insimulare, qui cum forte tune archon esset, in eo facto improbe se gesserat, ac gratiam potius, quam veritatem fecutus erat. posterior vero locus est, è fabula cuius index erat ὥρα. Ιτα δὲ καὶ τραγῳδίας δὲ Κλεομάχος διδάσκειν μετὰ τῶν παρατητιῶν, Εἰ χρόνον λυθεῖ τιλλεσθε μέλι, Ρονηχ. nam eundem, quæ primo appellarat, ambobus his quoque locis accipi debere, intelligitur, quia post, auctoritate alii scriptoris, addit ipsum

etiam vita & moribus inquinatum fuisse. ipsum igitur, qui supra scilicet nomine vocatus est: ille autem Hegesippus fuit. Εὐελοντας vero in omni re vocatos esse, qui sponte sua curam illam suscipiebant & non delecti erant, legibus ve coacti, planum est. sed tamen quid nocet hoc quoque exemplis optimorum scriptorum confirmare? Lyrias igitur in oratione, cuius est index φίλων ράτσας ἀπόλογος, inquit ξρας δι, εδέη πρότρην κεκτημέσθαι, τοιχόνων ἐθιλοντής υπέκτη τάντην τηλατεργάτας. & Demosthenes contra Midiam. παρειλαθεν υποτάχθητον ἐγώ χρηστοντον εὐελοντής. Duxisse vero Aristotelem hic argumentum à signo: probareq; voluisse comediam diu iacuisse, quia quod valuit multum ad ipsam excolendam sero illa obtinuit, intelligitur etiam hoc pacto: in iij. enim quoque libro rhetoricae, cum ostendere vellet caruisse usque ad id tempus artem dicendi hypocritica, argumentatur eodem pacto: inquitq; in studium poetarum, cuius illa magis propria videtur, sero ipsam venisse. quare mirari non oportere si ad oratores adhuc non penetravit, verba ipsius sunt, valde his similia: &, quantū res patitur, eadem. καὶ γένεται τοῦ τραγικοῦ καὶ ἐαὐτὸν διὰ παρῆλθεν ὑπερβινον τοῦ αὐτοῦ τραγῳδοῦ οἱ ποιηταί. Ut etiam illic inquit poetas fungi solitos munere histrionum, ita hic personas, quae seruiebant choro, voluntarias extitisse, & in eo opere nullo modo instrutas & exercitatas fuisse. Adiungit Aristoteles, quod eodem pertinet, id est vallet ad ostendendum cuncta in ipsa prius obscura fuisse, poetas eos comediae, qui nominantur, longe ab initio ipsius extitisse: ac tunc deniq; vixisse, cum ipsa non penitus rudit & inchoata foret, sed iam figuratas aliquas haberet. χωμα enim significare hic puto formam speciemq; aliquam comediae: quae tamen forma, quia adhuc certa stabilisq; non foret, sed variaretur non nihil, ideo arbitror Aristotelem multitudinis numero dixisse χωμα: prius enim non poterat comedie verè dici χωμα habere, quia nimis tenuis & imperfecta erat: nec speciem ullam comedie in se habebat. Occurrit igitur hoc pacto illis, qui dicere possent mirum sibi videri, quod dixerat, auctores comicarum mutationum ignorari, cum multorum nomina, qui ei studio incubuerunt, nota sint: refellens enim ipsos inquit, poetas eos, quos intelligunt, ea aetate fuisse, qua iam certam aliquam sedem, ac formam comedie habuisset: quare non posse inde cognosci, qui fuerint illi, qui in eum ipsum statum eam perduxissent. Sequitur autem, cum iam quod aduersari videbatur, elusisset, qui personam itidem comicam attulerit, aut prologos, aut multitudinem histrionum, huiuscemodiq; alia, ignorati: qui sanè omnes, ut docuit, in tragedia non latuerint: quamvis in illis appellandis, qui studio suo tragediam ornarent, non indicarit personae inuentorem. cum tamen personae non minus tragicæ, quam comicæ forent, contrariae tamen inter se, ac magnopere diuersæ: illum autem fuisse Aeschylum testimonio Horatij scimus. Nam quod hic prologos secundo loco ponit, videtur intelligere quem supra πρωταγωνιστῶν λόγον appellauit: quod nomen etiam ipsum testatur, vt præpositio πρὸ cum eo nomine, λόγος inquam, coniuncta, idem valeat, quod πρωταγωνιστής: oratio enim quæ ante ceteras in scenam venit, est ea quæ prima contendit, & quasi certamen instituit. Primum igitur tanquam rem descripsit: deinde nomine, quo appellata est, ipsam significauit. Quod verò inquit ignorari etiam nomen eius, qui multitudinem histrionum excogitarit, verisimile est, quod in tragedia usu venisse docuit, vt primis ipsis temporibus unus tantum histrion eodem tempore in scena diceret: postea autem duo simul sermonem secum instituerint, idem etiam in comedie factum sit. Unde narrat nomen eius obscurum esse, qui plures primus inter se loquentes in scenam induxit: quod in altero illo poemate præstiterunt Aeschylus & Sophocles ea ratione, qua demonstratum est.

Τὸ δὲ μύθους ποιεῖν, Εἴπιχαρμος, καὶ Φόρμις ἔργαν. οὐ μοὺ δὲ τὴν ἐξ αρχῆς εἰς Σικελίας οὐ λαζεῖ. τῶν δὲ Αἴθινον Κράτης περιτος ἔργαν, αφέμιος τῆς ιαμβικῆς ιδεῖσθαι, καθόλου ποιεῖν λόγον, οὐ μύθου.

Fabulas autem facere Epicharmus & Phormis incæpere. A principio quidem igitur ex Sicilia venit. eorum vero, qui Athenis natū sunt, Crates primus

primus cœpit, cum abiecisset formam illam iambicam, in uniuersum facere sermones vel fabulas.

Cum iam tradidisset indicari non posse, qui comedie ornatus non paucos attulissent: narrat nunc extare celebrariq; nomen eorum, qui primi ausi sunt fabulas fin gere: iij enim fuere Epicharmus & Phormis. ποιεῖ autem μύθος (vt opinor) valet com minisci res alias, vel veras quadam ex parte ita coagmentare, vt idoneum argumē tum fabulae sint μύθος enim est rerum, quæ factæ fingantur, coagmentatio. Hi igitur principes, vt tradit, fictiarum harum, commenticiarumq; rerum componendarum extiterunt, quia (vt opinor) priores adhuc id facere non potuerint: nec ausi essent construere fabulas, & quasi aptum hoc ipsarum corpus conformare: sed facta aliqua tantum disiuncta versibus complecti soliti forent. Nam non sine causa querat aliquis, cum tradat aperte Epicharmum, & Phormin primos cœpisse fabulas facere, quomodo supra dixerit eos, qui primi appellati sunt comici poetæ, extitisse, cum iam illa formas alias nausta esset: quas enim formas habere potuit, si carebat fabula, quæ corpus ipsum comedie est? nam infra quoque inquit sine actione rei alicuius, factōq; manere non posse tragœdiam: idem igitur usū venire in altero hoc poemata credendum est. An speciem iam aliquam comedie ipsum hoc poema gesuisse significauit, quamvis accurate fabulae coagmentatae adhuc non essent ingenio poetarum, quia umbram aliquam huius rei retinebat: ac poetæ ipsi reppererant argumentum satis aptum, & quod aliquantum discederet à superiore forma, maledictis certam aliquam personam vexandi. Nisi credere malumus, Epicharmum ipsum ac Phormin illos ipsos extitisse, quorum primorum nomina memoria mādata sunt: λαζεῖ enim hoc opinor valere, non qui tunc comici poetæ vocati sint, cum superiorum nomina obscuritate fuerint deleta. Adiungit autem tanquam corollarium, & quod e superiore sententia manifesto eruatur, ē Sicilia primum ipsam profectam: si nanque conceditur primos, Epicharmū & Phormin fabulas fingere & fabricari cœpisse: negari non potest, quin illa ē Sicilia venerit, cum Siculi illi fuerint. Quare præterea posset, comediam ne ex ea terra venisse dicat: an hoc ipsum, quod dixit fingere fabulas: quamvis, si posterius hoc inde fluxisse dicit, cum in eo præcipue maneat comedie, potest liquido affirmari inde etiam profectam comediam: quod certe sequitur ostendere videtur ita locum accipendum esse: narrat enim ē numero eorum qui Athenis nati sunt, Cratem primum, repudiata forma illa iambica, cœpisse in uniuersum fabricare sermones aut fabulas. de hoc igitur supra quoque, quod vocat facere fabulas, loquebatur. ιαμβικῶν autem ideam (nisi fallor) vocat rudem illam & inchoatam comediam, quæ speciem potius iamborum haberet, quam comedie: hoc autem, quia singulos homines perstringeret, non genus aliquod ipsorum: cum tamen, qui ei studio incumbenter, putaret se scribere comediam: hoc etiam discriminis inter ipsas fuisse puto. quod forma illa iambica, quam dicit, nihil fictum & commenticum in se habebat: fabulae autem, fictæ magna ex parte erant.

Η μοὺ δὲ τὴν ἐποποιίαν τὴν τραγῳδίαν μέχεται μόνον μέτρου μετὰ λόγου μύμησις ἐπιν ποιουμένων μύκολον θυσειν. τῷ δὲ τῷ μέτρον ἀπλοντὶ ἔχει καὶ ἀπαγγελίαν ἐπιν, ποάτης διαφόροιστι: ἐπι δὲ τῷ μήνει: οὐ μοὺ γερές ὅπι μάλιστα πειράται τὸ μέτρον τοῦ θυσίου οὐ λίου ἐπιν οὐ μικρὸν ἐξαλλάξειν: οὐ δὲ ἐποποιίαν τῷ λόγῳ μοὺ τούτῳ διαφέρει. καὶ τοι τὸ περιτον δύσιος εὐτούς τραγῳδίας τοῦτο ἐποίει μοὺ εἰ τοῖς ἐποίει.

Epopœia quidem igitur tragedia comitata est usque ad hoc solum, quod metrika oratione imitatio est studiosorum virorum. Quod autem metrum simplex habet, & enarratio est, hac parte inter se discrepant. præterea longitudine: hæc nāque quam maxime potest, nūtitur intra unum ambitum Solis re-

digi, aut parum variare. *epopœia* vero indefinita est tempore: et hoc discrepat ab illa: quanquam primis temporibus simili ratione in tragœdijs hoc faciebant, et in epico carmine.

Collatis inter se tragœdia atque comœdia, cum de illis accurate disputasset, et qui vtrinque poëma studio suo adiuuisse, indicasset, quamuis e tenebris eruere non ita potuerit comœdiæ cultores, ut tragœdiæ fecit, ea de causa, quā significauit, nunc contendit epopœiam cum tragedia: eodemq; pacto declarat quid commune illis sit, quid alienum ac diuersum, sequi autem primum dicit epopœiam tragediam, comitemq; se illi præbere (ita enim de ipsis loquitur, vt si ambæ ex eodē loco discessissent: simulq; iter facere cœperissent) vñque ad hoc solū, quod ambæ imitatio sunt grauium & honestarum personarum; vñpturq; ad imitandum metris, non soluta oratione: antequam autem vñterius progrediar, scrupulum indicare libet, qui mihi molestus diu fuit: inueni enim calamo exaratos libros hic dissentire ab excusis: quod enim in his est μέτρα μετά λόγου, passim omnes, quos vidi, scripti habent, μέτρα μετάλλα: nec tamen plana & expedita hæc lectio est: sed (nisi fallor) varietate sua facit, vt meritò hunc locum suspectum habere debeamus: non plana autem, quia non video, quomodo recte vocari possit magnus senarius versus: nam hexameter non sine causa ita significaretur, quem etiam longum Ennium appellasse testatus est Cicero, cōmūnis verò & recepta lectio nullo modo certa & firma est: sermoq; ille duriusculus mihi videtur: nec sententia etiam eorum verborum satís acuta est: si nanque valent illa, similem esse epopœiam tragedia, quia vñ illa, vtitur oratione iuncta pedibus, nimis hoc latum est, communeq; ipsi cum aliis omnibus poëmatibus: cuncta enim metricalam orationem asciuerunt. de hoc tamen erudit, vt ipsis videbitur, sentient. ipse cum verum adhuc videre non potuerim, contentus veterem lectionem indicasse, nullum præterea de hoc verbum faciam explicata autem similitudine horum poëmatum: ac quid in ipsis ynum, idemq; reperiatur declarato, discrimina statim ostendit: quæ sanè tria sunt, primum tamen duo ponit: quorum prius est, quod epopœia simplex metrum habet. intelligit autem ipsam vno tantum genere versus vti, id est hexametro, non distinguere ac variare carmina, vt alia multa poëmata faciunt, & illa ipsa, de qua differit, tragedia: hoc enim potius arbitror verum esse, quā accipere ἀπλοῦ pro puro & nudo metro, id est cui concentus & numerus, additi non sint: atque ea demum, quam supra vocavit ἀπλοτρία, posterius autem, quod epopœia discrepat à tragedia, quia ipsa narratio atque expositio quædam est, cum illa non commemoraret quid personis euenerit, sed ipsis inducat res eas agentes, ἀπλοτρία enim valere arbitror rerum factarum expositionē, non cum poëtae nuntios aliquos faciunt aliquid narrare. & sanè illo etiam tempore, quo personam alterius induunt, ex oreq; ipsius aliquid edunt, intelliguntur aliquo modo ipsi commemorare: ostendunt enim hoc pacto eum locutum esse, atque ea dixisse, quæ tamen ipsi exponunt. Adiungi autem præterea his tertium discrimen inquit, quod est temporis longitudo, cum, vt affirmit, tragedia studeat quantum potest, cursum suum conficere intra unum solis circuitum, aut si aliquando spatiū illud temporis diurnum excedat, paruo interuallo, ipsum superet; contra autem epopœia terminum ac finem nullum habeat, si tempus spectes: nec impedit quanto mensium, annorum ve spatio, illa, quæ commemorantur, facta esse fingantur, cum res illæ omnes, ex quibus constat fabula tragicæ, contineri debeant; commodeq; fieri posse vnius diei interuallo: aut si angustos hos cancellos transeant, paucarum horarum spatio tantum ipsos migrant. Cum autem epopœia naturam tantum ostendisset primis verbis, dicendo ipsam in definitam esse tempore, quanquam inde intelligi poterat distare ipsam ea re à tragedia, tamen id addidit, aperteq; protulit. & hoc etiam, vt superioribus, ipsam ab illa dissentire: quod tamen discrimen docet fuisse posteriorum temporum, cum iam absolutor effet tragedia: primo enim, cum adhuc illa rudis & imperfecta foret, nullum discrimen inter ipsis hac parte erat: eadem enim ratione in tragediis hoc faciebant, vt in epicas argumentis: id est non claudebant tragedias spatiis yllis temporis, sed liberas &

ras & solutas ipsas relinquebant: quod tamen merito postea improbatum & correctum est.

Μέρη δὲ οὖσι τὰ μὲν ποντικά: τὰ δὲ, οἷδια τοῖς τραγῳδίαις: διόπτρη δὲ τραγῳδίαις οὐδὲ αὐτοὺς οὐδὲ φαύλης, οὐδὲ οὐδὲ εἰπῶν: ἀ μὲν γὰρ εἴσωποι αἱ ζει, οὐ πάρεχε τῇ τραγῳδίᾳ: ἀ δὲ αὐτὴν, οὐ πάντας τῇ εἴσωποις.

Partes autem sunt hæ quidem eadem: hæ vero propria tragedie. Quapropter quicunque de tragedia cognovit, studioſa & nequam, idem etiam cognovit de epico carmine: quacunque enim habet epopœia, tragedie insunt: que vero ipsa habet, non omnia in epopœia inueniuntur.

Vt totis his poematibus vsuuenire docuit, vt quibusdam rebus illa inter se similia: quibusdam vero dissimilia sint, ita conuenire ipsis inter se quibusdam in partibus trahit: in aliis vero nullo modo conuenire, cum quæ sint huius partes, illius non sint. Primum autem affirmit partium quarundam communionem extare: vt quæ epopœiae sint partes, eadem etiam sint tragedia: nec tamen aperit, quæ nam partes hæ communes ambarum sint. intelligere autem videtur fabulam, mores, casus quosdam graues, distinctionem, sententiam: vt enim tragediae, ita & epopœiae corpus, fabula est. idem etiam de ceteris dici potest: statimq; adiungit suas qualidam & proprias partes habere tragediam: quarum vestigia nulla in epopœia apparent. huiuscmodi autem est apparatus & harmonia: neque enim epicum carmen requirit scenæ ornatum, aut ad tibiam cani solet. ex hoc autem præcepto Aristoteles eruit quasi corollarium: affirmatq; eum, qui bene in tragedia intelligat, quid rectū, quid prautum sit, idem etiam in epico carmine ipsum in tellecturum esse: quod quamvis fatis apertū, ac planum foret, tamen explicat, causam eius afferens: id enim fieri tradit, quia nihil noui inueniet in hexametro illo opere: sed quæcumque in ipso offendet, in tragedia etiam extant: quam tragediam cognovit ac benè perceptam habet. non tamen contraria euénit, vt qui videre potest quid in epico carmine vitij aut virtutis maneat, idem etiam instructus subito paratusq; sit ad tragediam verè examinandam: occurunt enim subito ipsi res, quarum vim naturamq; non nouit: cum in epico carmine spestanto ipsarum umbram nunquam aspicerit. Animaduertendum autem est non capere hic auctorem hoc verbum ωραῖα, quo distinguunt tragediam bonam à mala, eodem sensu, quo cepit infra, cum inquit: tragediam esse imitationem πράξιας τούτων: hic enim ωραῖα tragedia vocatur, quæ eximia est & perfecta: illic verò actio vocatur ωραῖα, quæ grauis est & seria, vt separetur ab humili ac vili.

Πρὸ μὲν δὴ τοῖς οὐ ξεμέτροις μητικοῖς, κοὺς τῷδε παραμῳδίαις, οὐδὲν δροῦμον. τῷδε τραγῳδίαις λέγομεν, ἀπολαβούτε τοῖς εἰρημένοις, τὸν γνόμυμον ὅρον τοῖς οὐσίαις.

De poësi quidem igitur, quæ in hexametris imitatur, & de comœdia, post dicemus: de tragedia autem disputemus, collecta ex dictis, quæ inde nascitur, definitione essentiæ ipsius.

Cum accurate docuisset quibus in rebus inter se conueniat epopœia, & tragedia: simulq; ostendisset, quæ sint ipsarum discrimina, videbatur etiam nunc eadem ratione significare debuisse communionem epopœia & comœdia: nec non earūdem distantiam: verum quia intelligit sibi antea subtiliter differendum de tragedia & epopœia, quā de comœdia vñterius quicquam agat, quæ necessario longa erit disputatio, in illud tempus differt hanc animaduersionem, cum hæc iam absoluta & ad exitum perducta erunt. Quare prolata in aliud tempus illa, restare dicit, vt de tragedia loquatur, decerto ipsius fine terminoq; essentiæ ex iam traditis atque explicata:

tis: inde enim eruitur, ac conflatur. sēpē autem hoc ipsum facere: & ex illis, quae iam à se tradita sint, affirmare aliquid duci & planum esse, constat. Nam in j. etiam libro de moribus ad Nicomachum, illa quæ à lē de materia illa vsque ad eum locum explicata forent, appellavit, vt hic, ἐρμηνεία: verba ipsius hæc sunt. ἡμίν δὲ δῆλον ἐκ τῶν εἰς επιμέτρων, ὅτι ἔσται οὐδεμία πάθη τιμών καὶ πλέον. Secutus vero ipse fidem trium calamo scriptorum librorum lectionem variaui: cum enim in excusis prius esset. πολὺ μὴ οὐδὲ τὰς ἐξαμίτρικτικὰς, correxi, vt in illis offendī. πολὺ μὴ τὰς τὰς ἐξαμέτροις μητικὰς: præter autem auctoritatem eorum librorum, impulit me, vt hanc veriorem esse lectionem iudicarem, quod supra quoque iterum, vbi de tertio illo discrimine poëmatum differit, quod manet in vīsu diuersorum instrumentorū, quibus imitatio fit, præpositio, vt hic, illis addita est: primum enim inquit. τάντας μὴ οὐδὲ τὰς διαφορὰς τῶν ποιῶν, τὰς τοις αὐτοῖς καὶ τὰς αὐτὰ μηδὲν εἰνόπε μὴ, & quæ sequuntur. Videtur igitur intelligi debere poësis, vel ars, quæ imitatrix esse dicit ope hexametrorum, vel potius in illo genere carminis effingere quod vult: & quasi illic relinquere imaginem earum rerum, quas imitatur: describit enim ita' epopeiam. De hac igitur vtente hexametris versibus in imitando, & de comedìa, magis opportuno tempore sibi agendum affirmat: nunc enim præstare de tragœdia diligenter differere, nam præceptio etiam illorum adiuuabitur explicatione huius. Hanc autem de tragœdia disputationem recte & ordine aggreditur, ponens primum definitionem ipsius. ὁρον vero στοιχον eam vocat, vt consuevit: nunc enim ὁρομένον: nunc ὁρον definitionem appellat; addidit autem στοιχον, vt ostenderet, cuius rei ὁρος ille terminusq; esset: sunt enim aliarum quoque rerū ὁροι: nec omnes naturam essentiamq; rerum declarant.

Esīν δὲ τραγῳδία μέμητος περιέχεις κανονικάς καὶ τελείας, μέγεθος εχούσης, ἀδυνατίας λόγω, χωρὶς ἑκάστου τῶν εἰδῶν τοις μορίοις σφράντων: καὶ οὐδὲ απαγγελίας, ἀλλὰ δι' εἰλέου καὶ φύσου πράγμαντος τὸν τῶν τοιούτων παθήματον καθαρίου.

Est igitur tragœdia imitationis studiosæ & perfectæ, magnitudinē habentis, condita oratione, seorsum unaquaq; formarum in partibus agentibus: & non per expositionem, sed per misericordiam & metum conficiens huiuscemodi perturbationum purgationem.

Pollicitus est se tragœdia definitionem allaturum: atque eam quidem collectam & superiori disputatione: quod nunc facit, vt singulis ipsius partibus accurate animaduersis, ostendam. Primum igitur ipsam dicit esse imitationem, quod genus tragœdia est: constat enim in definitionibus primum genus collocari. hoc autem inde sumptum est, vbi docuit, omnem poësin esse imitationē. Quod sequitur etiam actionis, commune omnis poëeos est: cunctæ nanque agentes aliquid imitantur: sed hoc quoque supra posuerat, vbi probauit poetas aut meliores, quam nos simus, imitari, aut deteriores. Quæ autem possit adduntur, distinguunt tragœdiā à ceteris ipsius speciebus. nam quod adjungitur huij nomini, studiosæ inquam, separat hanc imitationem à comedia: quæ imitationis est actionis leuis ac ridicula: sed hoc etiam dictum fuerat: nec nouum ad aures nostras venit: sejungi enim docuerat hoc pacto tragœdiā à comedia, quod altera ipsarum deteriores: altera meliores imitatur. Sed etiā conuenire Sophocli cum Homero dixerat, quia ambo studiosos viros imitantur. Quod addit. perfectæ: declarat actiones inchoatas, & ad exitum non perductas, non esse materiam idoneam tragœdia: sed requiri, vt actio, quam imitari tragicus velit, integra, & absoluota sit: nec tamen putandum est, hoc inde acceptum esse, vbi docet quomodo tragœdia fuerit aucta & ad veram ipsius formam perducta: longe enim hoc aliud (nisi fallor) est: cum tamen non videatur vñquam supra quicquam dixisse, vnde duci posset, huiuscemodi esse oportere actionem hanc, id est absolutam ac plenam.

plenam, existimo auctorem hoc nunc addidisse, & quasi admonere voluisse, cuiusmodi illa præterea necessario esse debeat: ne quis in hoc laberetur: ac falsò puraret, actionem etiam inchoatam & ad finem non perductam, esse materiam idoneam huius imitationis. cum vero hoc sit tanquam declaratio quædam eius, quod ignotū obscurumq; alicui in superiori disputatione esse potuisset, & ipsum aliquo modo illic inclusum fuisse existimari diciq; potuit. Sed infra quoque, vbi meminit huius definitionis: testaturq; se hoc antea demonstrasse, addidit, ὄτις, relicto, quod hic antecedit, verbo: cuius vocis hic vestigium nullum est: quem tamen locum manifestò intelligit: inquit enim καὶ την δέμην την τραγῳδίαν πρέξειν, οὐταν μημονι. huiuscemodi igitur quippiam hic quoque fecit. Condita vero oratione dixi, non suauis, quod Paccius fecit, vt verbū, quo vīsu est elegatissimus scriptor exprimerem: quis enim dubitat, quin ἀδυνατία participium sit, à verbo ἀδυνατία, ductum, quod valet cōdire, id est condimenta aspergere, atque ea, quæ suauiores dapes reddunt, aliquo com portare. ἀδυνατία certè condimenta ipsa appellantur: quare hoc verbū huc translatur ab alia re est: neque enim intelligit vera condimenta, sed quæ similitudinem illorum in hac re habent, ac non minus iucundam, auribusq; gratam reddunt orationem, quād anethum, fœniculum, piper, coriandrum, cumintū, rhu obsoniorum, quæ veterum erant condimenta, suaves epulas efficere solita fuerint: significat autem, vt ipsem infa doceat, numerum concentum & metrum. Plutarchus quoque in cōmentario, quem σφράγιδα inscripsit, easdem res, eodem translatō verbo appellat: cuius testimonium magnopere opinionem meam confirmat. inquit igitur. καθάπερ δὲ τῷ λόγῳ ποίησις ἀδυνατία, μέλι καὶ μέτρα καὶ ἀνθρακίς ἐφαρμόσαται, καὶ τὸ παραδίδον αὐτὸς κατέστη ἐποίησε, καὶ τὸ βλαστόν, ἀφναλαχτότροφον, γάτας & quæ sequuntur. Idem etiam eruditus scriptor in Lycurgo eodem uerbo eleganter vīsus est: iocos enim & lusionem dixit ipsum existimasse tanquam condimentum laboris: cum ostendere uellet non fuisse illum, ita tristem ac seuerum, ut uulgo existimat. Sed infra etiam Aristoteles, eodem pacto, ut hic, vocauit cantum, maximum omnium cōdimentorum: μέλισον enim ἀδυνατίαν ipsum esse inquit. Vt ipse autem ἀδυνατία λόγῳ inquit, ita doctissimus atq; idem politissimus scriptor Plato in ultimo libro de rep. ostendere volens, si poësis hæc vndiq; ornata ac referta multis illecebris eō penetrauerit: in statum inquam illum optimum ciuitatis, magna inde incommoda eruptura, vocauit ipsam eodem pacto: hæc enim eius uerba sunt. εἰ δὲ τὸν ἀδυνατίαν μέλισον παραδέξῃ καὶ μέλισον, ἢ ἐπεστί, ἢ ἀδυνατίαν καὶ τὸ πόλεμον βασιλεύετον: nam quin hæc ornamenta significarit, dubitari non potest, cum rudi tantum, simplicijs, cuidam generi poematis aditum eo patefaciat. quare ita locus omnino accipiēdus videtur. Vnum tantum molestum est, quod Aristoteles hic videri posset contra suam legem commisisse, qui auctor nobis fuit, ne cū rem aliquam definire volumus, vt amur verbis translatis: hæc autem est manifestò definitiua oratio. Soluit vero hunc nodum Alexander in primum librum Topicorum, quo loco tradit nō nullos solitos accusare illo nomine definitionem syllogismi Aristoteleam, quia πόλεμον in ea usurpat, quod verbū proprie de corporibus, quæ locum occupant, dicitur: oratio autem sine corpore sit: eos enim ignorare affirmat causam, cur non oporteat in definitionibus vti uerbis translatis: illa vero est, quia ita redi contingit obscurores orationes, quæ definiunt. Quare oportet sanè huiuscmodi translationes cauere, quæ tenebras afferunt: quod si aliquando translatū uerbum vulgo notius est illo, quod proprium ejus rei est, nullo modo peccat, qui ipso in definitione vtitur, quoq; ipse accurate docet in eo uerbo vīsu uenire. Ratio igitur illius scrupuli euellendi hīc quoque vtilis est: in Græco enim sermone ἀδυνατία magis rem ostendit, quam significare nūc vult, quād proprium quod vis verbum fecisset. Hanc autem vim habere translationes quasdam, vt clariorem faciant rem, testatus quoque est Cicero: nam quin consuetudo plena fuerit huius nominis, ita translati, dubitadū non est, postquam videmus magnos auctores passim ipso vti: cum enim quoque Alcidamantem oratorem accusaret propter nimium & importunum vīsum epithetorum Aristoteles, eleganter lusit in hoc ipso verbo: illum enim inquit vti epithetis non vt escarum condimentis, vt oportet, sed vt escis, quia penē ex ipsis mensas strueret, sed Græcē hoc melius: hæc enim auctoris verba sunt, & γάτας ἀδυνατία καὶ

παντούς οὐδὲ οὐδεμίας τοῖς ἐπέστοις. Cum igitur hæc tot exempla, illustribus locis posita, admonere possent quomodo hic esset accipiens λόγος μηδυσμένος, miror in primis doctissimum virum, eundemque elegantissimum poëtam, Georgium Trissinum, intellectus suam orationem : in epistola nanque, qua misit ad Leonem x. Pont. Max. tragediam à se scriptam Sophonibam, cum vim naturamque eius poëmatis traderet, hancque ipsam Aristotelis definitionem exprimeret, illo modo reddidit: Quam verè autem dici possit tragediam requirere orationem suauem facile dotti viri iudicabunt: neque enim, quæ condimentis quibusdam aspersa est, iucundam ipsam redientibus, per se suavis existimanda est: tristis nanque potius sua uis, quam suavis tragica oratio diceretur. sequitur autem. Seorsum singulis formis in partibus ageribus: quod supra quoque tactum est, cum docuit genera quædam poësis eodem tempore ac loco ut rhythmus, harmonia & metro: alia vero separatis, in partibus uero videatur significare, vbi illæ res locum habent, & cum usus ipsarum venit. In extremo autem ponit tragediam, non vtentem expositione, quæ propria est epopeia, sed misericordia & metu, ope horum animi motuum efficere huiuscmodi perturbationum purgationem ac leuamentum in nobis. hoc uero pertinet ad finem illius indicandum: bonumque, quod ex hoc poëmate capimus, & qua ratione illud adipiscimur, declarandum: auxilio enim quoque commemorationis illius, quæ adhibetur in epico carmine, significare videtur purgari animos nostros impetu perturbationum: idemque, effici ab utraque poësi: modo tantu & quasi instrumentis variatis. Sed egregie hoc præstatur à tragedia, cum excitat in nobis misericordiam, ac metum, ponens ante oculos casus, qui necessario moueant animos nostros. Cum autem infra operā daturus sim, vt probem non existere in tragedia orationem παθητικū, loco in primis quodam huius rei explicationem valde requirente, videtur hinc quoque ad id constituendum argumentum elici posse: quod enim nunc inquit, purgare tragediam motus turbidos animorum, non commémoratione, sed misericordia & metu, ostendit illam uti factis & terribilibus & miserabilibus, ut hoc præstet, non oratione ad id facta: nam epopeia etiam vtitur ex persona poëta oratione horribili & apta ad misericordiam excitandam: & ope denique, harum motionum purgat ceteras, sed non simplicium, vt tragedia, factisque expressarum, sed in oratione aspersarum. In telligitur uero indicio Aristotelis ipsius, ipsum accuratè copioseque; de hac purgatione perturbationum disputasse in his libris de arte poetica: cum enim in vii. libro politorum de illa plenius adhuc, quam hoc loco faciat, ageret, apertius tamen se de ipsa disputaturum dixit in his libris: nam eo loco fatetur se de ea crast modo, leuiterque disputasse. Verba eius hæc sunt. τι δέ λέγουσι τὸν καθερσιν, νῦν μῆνα πλάνος πάλιν δέ τοις πολλὴ ποιητικὴ δύναμις σφέσθαι. Locus autem hic nullo modo ille, quem significat, esse potest: breuius enim adhuc ieuniusque; hic de ipsa quam illuc agit. Restat igitur, vt secundo, tertio ve in libro huius operis totam illam rem summo studio explicarit. fieri enim potest, ac verisimile est, vt illuc explicatis iam omnibus partibus poetices, de quibusdam magnis questionibus accuratè disputatione, vt de purgatione hac, de iocis ac facetijs, & alijs nonnullis huiuscmodi rebus. Non mirum autem est Aristotelem omnes neruos in hac re explicanda contendisse, cum de ipsa longe aliter ac magister ipsius Plato existimat: ille nanque hac de causa in ciuitatem bene institutam non recipiendos putabat poetas, quia motus hos animi turbidos excitarent, impellerentque; sæpe homines ita correptos ad ea sentienda, gerendaque, quæ non oportet: contra vero Aristoteles iudicat motus hos temperatos esse utiles: veruntamen quia aliquando ita effunderentur, vt nulla uis reprimi posset, opus esse huic malo remediu adhibere: remedium autem esse, si quis antea ipsos purget, ac quod nimium importunumque; est in illis, tollat. Hoc verò præclare facere tragediam, quæ modum adhibet omnibus perturbationibus: docetque; quatenus progreendiendum sit ipsa enim in eumbris huic rei, & curat impetum, exultantiamque; perturbationū omnium ope duarum, quas factis, quæ in scenam inducit, excitat, moderaturque; id est misericordia & metus. πολλὴν καθερσιν significat efficere. & ad finem perducere curationem hanc, & animorum vehementiorem commotionem alleuare: quod cum aliis quoque fortasse modis præstari possit, docet quam rationem in hoc gerendo secuta sit tragedia, quæ

dia, quæ dum misericordiam metumque; duas magnas perturbationes purgat, eodem etiam tempore purgat ceteras, viamque; monstrat ipsarum corrigendarum. quod enim inquit Περὶ τοῦ τετραγόνου, ostendit nō has solas perturbationes in animis minui, opera tragœdia, beneficioque; eius poematis, verum etiam alias similes illis, ac cuiusmodi ipsæ sint, eodem pacto leuari. Hec quoque pars definitionis sumpta est e superiori disputatione: noui tota tamen: nihil enim supra tetigit, quod pertineret ad motuum animi leuamentum: sed tantum dixerat genera quædam poematum imitari narratione, atque expositione rerum: alia uero non commemorando, sed personas ipsas inducendo. finem autem esse omnis poematis arbitrii debemus iudicio Aristotelis mitigare nimios motus animorum; unde nunc diuersam rationem tradens, quam sequeretur tragedia ab epopeia, in ea re persequenda, finem etiam ipsum appellavit.

Δέχω, δικαίωνος μεν τοντού χοντα εὐθυμού ηγετο αρμονίαν ηγετο μέτρον. τὸ δέ χωρίς τῶν εἰσθῶν, τῷ διὰ μέτρων σύνταξι μόνον προάνεθαι, ηγετο πάλιν εἴτε διὰ μέλους.

Dico iam conditam quidem orationem, quæ habet numerum & harmoniam & metrum. illud autem. Seorsum formis, quia ope metrorum quædam solum efficiuntur, & rursus alia vi cantus.

Cum, quod pollicitus fuerat, præstisset; id est, uim naturamque; tragediae explanasset: ac quod in illo nomine inuolutum est, aperuisse, partes nunc definitionis, quæ obscuritatis aliquid in se habuissent, declarat: primumque; cum in ea dixisset, Condita oratione, patefacit quid verbis illis ostendere voluerit: affirmatque; se vocare orationem conditam, suauitateque; aspersam, quæ habeat rhythmum & harmoniam & metrum: tria enim hæc sunt condimenta orationis, atque orationem sola. hæc iucundam reddunt, extra ipsam aliquo modo posita; nam translationes & verba quædam peregrina aut vetusta, quæ & ipsa orationi suauitatem multum afferunt, partes ipsius sunt, atque eam constituunt. Unde verè propter similitudinem condimenta appellata sunt: condimenta enim quoque eò aliunde appontantur, nec partes sunt simplicium escarum. Tertium autem, quod in excusis antea erat, μέλος, non diuersum ab anteceidente medioque; notione ipsa, emendaui: ac pro eo μέτρον, reposui: idē autem valeat μέλος, & αρμονία testimonio quoque auctoris perspicitur, qui supra hæc ipsa nomina confudit: & alterum pro altero cepit. Metrum uero unum ex illis esse, quæ afferunt orationi suauitatem, atque aptè condimenta appellantur, apertum est: sed Plutarchus quoque in erotico, cuius verba supra posui, in condimentis orationis appellandis illud aperte enumerauit. Hoc autem scripturæ erratum causa fuit, vt docti & accurati interpres valde in hoc loco declarando laborarent: viderunt enim, si illo modo legeretur, multas & magnas hic oriri difficultates: sublato vero hoc mendo, cuncta (nisi fallor) aperta & plana sunt. Secundum, quod interpretatur, est, quod dixerat. Seorsum singulis formis in partibus agentibus: quare nunc explanat, quid verbis illis significare voluerit, primis tantum duobus eius sententiæ non minibus positis. Declarat igitur id in definitione hanc vim habere: scilicet, hac de causa id posuisse, quod partes quædam tragedia conficiuntur, absoluunturque; tantum metris; nullo alio condimento, quod leporem ac suauitatem eo importet, adhibito; rursumque; aliæ partes conficiuntur tantum concentu, quem concentum hic vocat μέλος: cum supra, vt opinor, αρμονία, illum vocarit. Cum autem tribus existentibus condimentis, duo tantum hic enumeraret: nec quicquam addat, vbi rhythmus adhibeat, vt de metro fecit: neque seorsum posito; neque cum alio ullo condimento iuncto, & quasi temperato, verisimile nullo modo est auctorem ipsum reliquise vt inutilis: sed cum paulo antea eum appellasset; certumque; foret, locum illi esse in cantibus cho ri, vbi melos manet, nec alia illa in parte juris eum quicquam habere, existimandum est illum hac de causa ipsum omisisse. Nam si accipi deberet, cuius opinionis ego non sum, rhythmus, qui auribus percipitur: in voceque; ac cantu illo existit, satis sine dubio fuisse.

fuisset nominasse melos. Sed cum arbitrer intelligi debere eum, quem celeritas ac tarditas temporis, ordinem quendam nostra, gignit, dum grex ille mouetur ac saltat, plenum est hunc numerum in voce non spectari. quare non potest contineri in verbo illo μέλος. omisus igitur est, nec locus illi suus verbis auctoris assignatus, quia illa obscurus dubiusq; esse non poterat. nam cum infra in partibus ipsis tragediae qualibus inueniendis, μετωποῖς tantum appelle: nec rhythmus mentionem ullam illuc quoq; faciat, eadem de causa credendum est id ipsum fecisse: praterquam quod in numeris illis cantui accommodandis, non magnopere exercetur industria poetae: aliunde enim ipsi eo adportantur, quemadmodum fieret de illis, qui in sono uocis & omnibus instrumenti musici notantur: ipsi nanque diligentia poetae, cognitioneq; aliqua musicæ artis, fabricantur. Animaduertendum autem metra ipsum vocare uersus, qui eduntur ab auctoribus atque omnes deniq; partes tragediae, exceptis cantibus chori, qui μέλον vocantur, vt fecit in problemate illo, cuius supra sententiam expressi: cum enim quereretur, cur Phrynicus in melicis potius poetis, quam tragicis numeraretur, inquit. οὐ διὰ τὸ πολλαπλάσια ἔναι τὸ τέλον αὐτὸν τὸ μέτρον. Est in scriptis libris hoc diuersum à lectione excusorum, quod non arbitror repudiandum: cū enim formis impressi habeant patrio multitudinis numero ἀδόν, in illis est eadem vox dandi casu: puto igitur, quod in definitione Aristoteles dixit ἐκάστη τῇ ἀδόν, nūc ipsum dixisse vno nomine, breuitatis causa εἶτον: in hac enim lectione cunctos calam exaratos consentire vidi.

Ἐπεὶ δὲ τορθούτεροι τοισθντοι μέμνονται τον μετρον μετρον εἰς αιώγυις αὖτις εἴτε μετρον τραγῳδίας διάτοις οὐχιοις: ἐπει μετροποιία καὶ τούτοις λέξις: εἰ τούτοις γέροιον τον μέμνονται τον μέμνονται τον μέτρον τον μέτρον τον μέτρον: μετροποιία δὲ, διάτοις διάτοις φανδραί καὶ πάσαι.

Quia autem agentes faciunt imitationem: primum quidem necessario utique esse debet aliqua pars tragediae oculorum ornatus: deinde cantus, & dictio: in his enim faciunt imitationem. Uoco autem dictionem, ipsam metrorum compositionem: cantum autem, quod vim perspicuam habet omnem.

Vt tragediae definitionem eruit ex iis, quæ supra disputata sunt, ita nunc partes ipsius duci ostendit ex iis, quæ in definitione posita postea sunt: quæ itidem pro certis haberi debent, nec labefactari possunt. Primum autem quia dictum fuerat tragicos inducentes personas, quæ agant, imitari, in hoc tanquam firmo quodam ac stabili solo, confirmat partem tragediae esse ornatum eorum, quæ exponuntur oculis spectatorum: illa enim omnia ita instructa & ornata, ut respondeant rebus, quæ aguntur, multum adiuuant intelligentiam earum rerum, ac uerisimiliora ipsa redundunt. intelligit autem ornatum scene, uestimenta histriorum, formam virium, viarum atque ædium, oinniaq; huiuscmodi, quæ non tantum splendorem habent, sed naturæ earum rerum, quæ referuntur, seruiunt. Si autem alia quapiam ratione illi & non agendo imitarentur, non sequeretur ut apparatus hic pars esset tragediae: neque enim in epico poemate, quod narrando, commemorandoq; munus suum peragit, locum habet aspectatio: auribus enim res illæ, non oculis adportantur. Verum quia tragediae quoque placent, si legantur, & non cum recitantur solum, intelligens hanc partem non esse ita necessariam, ut sine ipsa funditus intereat tragedia, ideo inquit, Aliquam partem, quo significauit ut in numerum partium ipsa redigi deberet, ita non esse primarum partium. Posthanc autem, illo modo cognitam esse partem, sequi dicit alia ratione, ut cantus quoque ac dictio partes sint: confirmare nanque hoc uolens, inquit eos, qui imitantur, utentes his tanquam instrumentis imitari, in quo animaduertendum est, quod ad Græcam locutionem facit, ipsum prepositionem & adiungere nomini quod refert has ipsas res, ut supra quoque ipsum non semel fecisse adnotauit: quare, vt illic, uidentur potius hęc tanquam materia accipienda: in

da: in qua exprimatur res, quam poëta suscepit imitandam: in apparatu nanque & iunctura illa pedum: nec non in cantibus ipsis, quibus etiam exhibiti sint rhythmi, effingitur id factum. Cum autem rationem iam reddidisset, cur haec quoque partes haberit deberent, ne quis scrupulus in animo alicuius oriretur, quid intelligeret, non minibus illis explanat: inquitq; se vocare dictionem, ipsam metrorum compositionem, significans astrictam certis mensuris pedibusq; esse tragicam orationem. μέλος ποίησις vero, id quod potestatem, quam habet, omnem notam ac perspicuam habet. Omnem autem, quia non quadam cantus pars nota est: quadam autem ignota, sed omnis ipsius vis, ac quid moliatur in nobis apertum est, & à quolibet nullo negotio dijudicari potest.

Ἐπεὶ δὲ τορθούτεροι τοισθντοι μέμνονται τον μετρον εἰς αιώγυις αὖτις εἴτε μετρον ποίησις οὐχιοις: ἐπει τούτοις λέξις: εἰ τούτοις γέροιον τον μέτρον τον μέτρον τον μέτρον τον μέτρον τον μέτρον τον μέτρον: μετροποιία δὲ, διάτοις διάτοις φανδραί καὶ πάσαι.

Quia autem actionis est imitatione: agitur autem à quibusdam agentibus: quos necesse est quales quasdam esse & moribus & sententia: propter hos enim & actiones esse dicimus quales quasdam, duas actionum causæ natura sunt, sententia & mores, & secundum has adipiscuntur finem suum: & inde etiam depelluntur omnes.

Vt paulo supra fecit, cum declarare uoluit, partes esse tragediae apparatus, dictio nem, & cantum: initio enim posuit quiddam, unde ita se rem habere liquido cognoscetur: illud autem certum & exploratum erat. ita nunc, cum alijs partibus inuestigandis operam det, ex antepositis ducit, partes item ipsius esse mores & sensum animi, quæ & ipsa explorata esent. Vnde initio horum, quod valeret ad firmitatem eorum sententiarum ostendendam, posuit εἰτε: cui particulæ ut sape declaraui, reddi debet aliquid, quod indicet certo id, quod infertur inde nasci. & haec est ratio, qua virtutis Aristoteles in nouis aliquibus rebus superioribus adnectendis. & si hic quiddam est, quod explicatione egere putauit. intelligo autem in eo, quod antecedit, & quod plerunque vt certum ponit solitum est: quare vtitur ad huiuscmodi sententias constituentes leuius argumentis & è genere eorum, quæ Græci παραποτήσιον vocare consuerunt: quod in superiore fundamento opus non fuit. Sed hoc reliquo, quod frequens est, & à ueteribus etiam Græcis interpretibus animaduersum, ex hac sententia, tragediam imitationem esse actionis, serie, qua apparebit, elicit duas illas, quæ restabant, partes tragediae: ordo autem hic est. Quia imitatione est actionis, tragedia scilicet: hoc verò prima in parte definitionis positum est: Agitur autem ab aliquibus agentibus: neque enim agi quicquam potest, nisi sint qui agant. Addit autem ij, qui agunt, fieri non posse quin quales sint, in moribusq; atque animo impressam habent qualitatem quandam, id est vt aut auari sint, aut benigni, aut timidi, aut fortes, aut misericordes, aut duri, siue demum aliquibus huiuscmodi naturis insigniti, siue ad eas proclives: à ratione autem sensuq; animi qualitatem accipiunt: qui aut acuti sunt aut tardi, aut sapientes aut stulti. Probat uero hoc, vt opinor, à simili: argumentaturq; hoc pacto: cum enim facta etiam affirmemus esse qualia: quacunque qualitate ipsa notata esse dicimus. hoc enim videtur valete particula τοῦτο, quam adiungit nomini τοῦτο, non alia de causa ipsa qualia esse dicimus, nisi quia proficiscuntur ab his rebus, id est à moribus & à sensu animi. quare existimandum est ab ipsis rebus vocari quoque homines quales, vt illud διὰ τούτον referat voces, quibus supra vñus est, id est τοῦτο & τοῦτο: quamuis arbitrari aliquis posset, intelligi debere duabus illis vocibus, non indolem & rationem, sed homines, ut tradiderit auctor uocari facta hominum ab illis ipsis qualia, & ab eorum qualitatibus nomen capere. Quod autem sequitur, est redditio illius quia, & αἰτησίδοσις, vt Græci vocant: vt enim eo perveniret,

ueniret, *v̄sus* est sententiis illis, quae cum aut sua vi explorare, aut supra tunc ve rationibus confirmatae sint, reddunt etiam, quod adiungitur, planum atque exploratum. hic autem quod adiungitur positis illis, est, *Duae sunt caue actionum naturae impulsi*, sensus inquam animi & mores: quod ualeat (nisi fallor) homines impelli ad aliiquid agendum rationis subduktione, & rationem postea sensumq; animi (ita enim appellemus *deūt̄as*): erit enim res notior qualis sit pluribus significata nominibus) semen causamq; esse eorum, quae facimus: & ut rationem ita mores: sunt enim alii, qui, quia hoc aut illo modo morati sint, feruntur ad facta illa, ad quae natura ea ipsos agit. Adiungit autem Aristoteles, & secundum has adipiscuntur, & à fine depelluntur omnes: quod ualeat prout homines consilio & ratione valuerint: nec non, vt mōribus his aut illis prædicti fuerint, aut fieri compotes suorum uotorum: adipisciq; quod sibi proposuerunt, aut inde pelli: totum enim fere in his positum est. *Tv̄χ̄s*, hic, vt infinitis aliis locis, Aristoteles posuit pro *ēptv̄χ̄s*. nam quin *ēptv̄χ̄s* valeat a proposito depelli, nec posse optinere, quod concupieris, dubium non est. Pūllus scrupulus est ea parte, cum inquit καὶ κατὰ τάῦτα, quomodo muliebri nomine vñatur: cum altera illarum rerum, quas intelligit, neutro genere vocetur: neque enim videatur apte posse femininū vocabulum neutrum complecti. Sed vt ad superiora redeamus. Cum in definitione tragœdia dicta sit esse imitatione, non actionis similitudine, sed actionis honeste, omisit hic nomen, quo illa distinguitur à comedia, que & ipsa imitatione est actionis, sed humilis & abjecta & iocosa, quia id necessarium hic nullo modo erat: nec quicquam faciebat ad id, quod probare volebat: fatis enim ipsi fuit repetere ipsam esse imitationem actionis. infra etiam in redditione, id est ubi ostendit, quid necessario sequatur ex superioribus sententiis: quod prius erat accusandi casu *deūt̄as*, correxi restituīq; nominandi casu *deūt̄as*, vt legi debere liquidò perspicitur, suffragantibus etiam huic lectioni calamo scriptis libris: apta enim sunt ea nomina à verbo *πέφυκε*, quod nulla ratione patitur eam constructionem: sed vt *āt̄ia d̄is*, quae inquit, nominatiū casus sunt: illæ enim res *āt̄ia πέφυκε* ἔνων οὐ πράσιν, id est habent eam naturam, vt sint causa factorum humanorum; ita etiam vocabula illa, quibus ipsæ illæ due cause notantur.

E si δὲ τίς μείνει τραγῳδίας δι μῆδος μύμοις: λέγω καὶ μῆδον τῶν την σωθεῖν τῶν τραγῳδῶν: τὰ δὲ οὔτι, καθ' οὐ ποιού. Σωτὸς ἔναι φαμένος τραγῳδίας. *Διάνοιας* δὲ, οὐ σοις λέγοντες αποδεικνύοισι τι, οὐδὲ αὐτοφανότου γνώμων.

Eft autem actionis quidem imitatione fabula: appello enim fabulam hanc compositionem rerum: Mōres autem secundum quos quales quosdam esse affirmamus eos, qui agunt: sententiam autem, ea, in quibuscumq; dicentes demonstrant aliquid, se ueriam emuntiant mentem suam.

Quinque iam inuentis partibus tragœdiæ, vnam, quæ adhuc restabat, indagat: vel potius, quæ sit illa, statim ostendit: non enim in ea explicanda ita laborare, vt in superioribus oportuit: neque e tanta mole ipsam eruere, vt proximas vicinas duas necesse fuit: quin potius eam & partem esse tragœdiæ, & magni quidem ponderis partem apparet. quare potius declarandum fuit, quid illo nomine significaretur. Tradit igitur fabulam esse actionis imitationem: id autem constituere volens, ac verum esse docere, inquit se vocare fabulam compositionem rerum: nam confirmare ipsum quod dixerat, ac ratione eius rei reddere, intelligitur ex particula *ψ*, quæ in sequente sententia posita est: verum quia vocabulum hoc fabula (vt opinor) plures notiones habet: nec verè de omni fabula dici posset, eam esse compositionem rerum, indicat, quam fabulam esse huiuscmodi affirmet, id est illam de qua hic agitur: quæq; intelligitur cum disputatur de tragœdia: nisi enim ita accipiatur, non video, quam vim hic habeat nomen illud *τοῦτο*, quod monstrare rem solet: & non sine causa doctus accuratusq; interpres Madius, timet ne mendi aliquid hic sit: legi; debeat siue *τοῦτο* patrio casu multitudinis: siue *τοῦτο*; ipse enim quoque diu suspicatus sum

τοῦτο

τοῦτο legi debere: Nam quod dura aliquantulum videtur esse constructio verborum, si ita legatur, repperi exempla multa huius locutionis, in qua non suo loco possum est aliquid verbum apud hunc auctorem, vt qui non alienus esset ab hac compositione: in extremo enim j. libro *πολιτικὴ*, inquit. *Απόρθετε διάτις τὸν εἰρημένον εἰδότες*: & non, qui erat planior ordo verborum, εἰ τὸν εἰρημένον ἀλλοί. in j. queque vbi ait, refellens *πολιτικὴ* Platonis. *ἔοικε δὲ μᾶλλον τοῖς Κεραυνοῖς τὸ καυάς ενεπάτεις γενέντας*, cum planior structura, sensusq; certior esset, scribere τὸ τοις Κεραυνοῖς κοινὸν εἶναι τὰς γενέντας καὶ τὰς πατέντας: neque enim id accommodatum esse poterat agricultoris: sed reliquis utile erat, vt qui agros colerent, communes haberent uxores & libereros: ita enim minus illi inter se concordassent, non decessent & alia testimonia, quæ idem confirmarent, si opus esset. *τούτον* autem περιγράμματον valebit, harum, quæ apte sint tragœdæ pangendæ, rerum: nam si argumentum alienum esset, nihil iuaret recta constructio ipsarum. Si igitur fabula, de qua agitur est series apta & compositione rerum, veredictum est supra fabulam esse imitationem actionis: neque enim imitatur illa aliud propriè, quam seriem eam & molem eorum, quæ facta sunt. Quæ autem sequuntur, seruiunt superioribus: cum enim supra demonstrasset haberi debere mores & sensus animi verbis expressos, partes tragœdæ: appellavit autem ipse has res *ἥβος* & *διάνοιας*, quid verbis his accipi velit, nunc declarat: ac primum inquit se vocare mores eos, quos cum ingeneratos esse aliquibus videmus, dicimus ea de causa ipsos, agentes aliquid, quales: nam *τίνων* ipse addidit, quod semper studiose facit, quia non vnu aliquod certum morum genus, sed quicunque illi sint, intelligere se, ostendere vult: & auari enim morati sunt, & fraudolenti, & mendaces & superbi & molles: & orantes deniq; qui huiuscmodi aliquid insitum penitus in animo habent. Sensum autem ac *διάνοιας*, vt Græco verbo vtar, tollendæ difficultatis causa, se appellare dicit ea, quibus in oratione vtentes demonstrant, probantq; aliquid, siue etiam aperiunt, enuntiantq; quod in animo habent: *ἀποδεικνύοντι* enim quod inquit, significat, cum aliquid iam editum probant: argumentoq; aliquo aut confirmant aut refellunt. sed etiam verbis ostendere atq; aperire quid sentias de aliqua rediante partem esse affirmat. Animaduertendus autem est modus loquendi, quo ipse inquit *ἀποδεικνύοντι*, prepositionem εἰ, hoc adhibens, vt supra multis locis adnotauit ipsura fecisse, cum de iis rebus loquitur, quarum ope poëtae aliquid exprimit atque imitantur: vel potius in quibus tanquam in materia quadam ac solo fundant imitationem, & usurpat hæc verba πολιτικὴ μύμοις, nam illic quoque εἰ ειπει, Sed infra quoque vbi rursus ostendit, quæ vis dianæ sit, nā inquit. *διάνοιας* δὲ, εἰ οἱ εἰποδεικνύοντι. Videtur igitur significare vt illuc sententiam manete omni illa in parte orationis, qua probant aliquid aut aperiunt quid sentiant singillatim de aliqua re, esseq; ipsam in illa quasi materia fusam ac disseminatam: Nam quod infra etiam in declarando. *τοῦτο* inquit εἰ οἱ εἰποδεικνύοντι προσωπεῖς φύεται, valet eo loco εἰ οἱ, vbi & omni illa in parte qua. Præterea quod ad sententiam verborum facit, non ad certam aliquam illorum construendorum rationem, scrupulum in se habet, quomo do nunc docere volens, quid valeat οὐ, mores dixerit esse illos, unde vocamus quales eos, qui agunt, cum paulo supra tradiderit homines etiam dici quales κατὰ *διάνοιας* & qui sunt diuerso ingenio & *διάνοια* inde etiam soliti sunt vocari quales, & longè aliter quales. Quare non videtur hæc vera & exquisita ratio esse hos significandi, postquam alij quoque, diuersi ab his, eodem pacto ostenduntur: & tamen infra quoque idem repetuit: nam inquit eodem modo eandem rem declarans. *τοῦτο* δὲ κατὰ μῆδον τὸ οὐ ποιού τοῦτο.

Ανάγνωσθεν πάσις τραγῳδίας μέρη εἴτε, καθ' οὐ ποιού τὸ οὐ τραγῳδία. τῶν ταῦτα δέ οὖν, μῆδος, οὐδὲ οὔτι, οὐδὲ λέγεται, οὐδὲ διάνοια, οὐδὲ οὔτις, οὐδὲ μελοποΐα. οἷς μείνει τραγῳδίας μέρη οὖν: οὓς δὲ μηδοῦνται, οἵ: δὲ μηδοῦνται, τραγῳδίας οὐδὲ οὔτις.

Necessere est igitur omnes tragœdiæ partes esse sex, secundum quas qualisquidam tragœdia est: hæc autem sunt fabula, mores, & dictio, & senten-

F tia

tia & apparatus & concentus: quibus quidem enim imitantur, due partes sunt: ut autem imitantur, una: qua autem imitantur, tres: & praeter has, nulla.

Expositis singillatim partibus iis tragediæ, quæ qualē ipsam reddunt, nunc eorum numerum cogit: sexq; ipsas esse affirmat, nominibus illarum deinceps positis: separauit autem, dicendo fieri tragediam ope illarum qualē, partes has à partibus, quæ quantam ipsam efficiunt: nam quod addidit illi voci quædam, declarare voluit non uno modo, sed pluribus fieri ipsam qualē. Adiungi vero ipsiſ nō posse aliquas docet, repetens superiorē diuisionem, qua tradidit tribus modis distingui posse studium eorum, qui aliquid imitarentur: aut enim discrepare illos inter se, quod diuersis rebus, & tanquam instrumentis aliis vtuntur ad imitandum, aut quia ratio, modusq; diuersus est, aut quia longe aliam materiam imitantur. Quibus igitur imitantur duas partes esse inquit: non tamen nomine ipsas appellat: intelligit autem concentum & dictionem: supra enim nominatis antea illis, affirmauit, ipsas esse, in quibus efficerent imitationem, qui studio hoc fingendi atque imitandi tenerentur. Ut autem imitantur: ita enim vocat modum, quo exprimunt res, vnam partem esse inquit: illa vero est, quam vocat ἡτον: neque enim aliam villam viam rationemq; habent tragici, qua imitentur, nisi ante oculos eorum, qui spectant, omnia ponendo, referendoq; facta illa, induc̄tis in scenam personis simulatis, quæ tunc illa gerāt. Quas autem imitantur tres esse inquit: quæ verò hæc partes sint, dubitari non potest: tres enim manifesto sunt, quæ restant exceptis illis, id est fabula, mores & sententia. imitantur autem tragici poetae & coagmentationem illam rerum, quæ fabula est appellata, & mores eorum, qui ea gessisse feruntur: nec non sententias etiam, quæ conueniant personis illis: aptæq; sibi iudicis illorum probandis: iisq;, quæ aduersari videantur, confutandis. Addit autem in extremo praeter has nullas partes inueniri, quæ reddant tragediam qualē: neque enim aliud quicquam praeter duo illa, quæ docuit, afferri potest, quod sit quasi instrumentum imitandi: modusq; itidem unus ille est: nec extant res villa, praeter enumeratas tres, quas imitentur, id est struem illam, compositionemq; rerum & mores & sententias, quas dixit.

*Tούτοις μὲν δὲ τὸν ὀλίγοι αὐτῶν, ὡς εἰπεῖν, νέχεται τοῖς εἴδεσι: οὐ γάρ δέ τις
ἔχει πᾶντας, καὶ οὐδὲν, καὶ μῦθον, καὶ λέξιν, καὶ μέλος, καὶ διάνοιαν ὥσπερ ταῦτας.*

Hæc quidem igitur non pauci ipsorum, ut ita loquar, utuntur formis: etenim aspectationem habet omne, & mores, & fabulam, & dictionem, & concentum, & sententiam eodem pacto.

Cum sex esse tragediæ partes ostendisset, quæ reddunt eam qualē: addit nunc bonam magnamq; partem poëtarum in iis tragediis, quas scribunt; adumbrare illas ipsas partes. quod significare videtur nasci potius à rei ipsius natura, quæ quasi impellit ipsos ut hoc faciant, quām ab arte & peritia ipsorum: neque enim omnes, qui se ad scribendum conferunt, docti sunt, plenamq; huius studij scientiam habent. Verum autem esse, quod dixi, ostendere videtur, quod cum causam eius, quod protulit, afferre vellet, inquit. Omne factum argumentum ve tragediæ, continere in se illa omnia, ut cum res ipsa cuncta ea inclusa in se habeat, poëtae qui ipsam aggrediuntur, nullo negotio illa persequantur: ac si non omnino exprimant, saltem leuiter ipsa attingant: quod enim factum est, quod in scenam referri non possit, ante oculosq; spectatorum constituit: sed illud etiam mores suos quosdam habet, qui à poëtis in scriptis effigi possunt: aut enim saeuum factum est, aut clemens: aut auarum, aut librale: aut pium, aut nefarium. Sed etiam ex omni facto videtur aliquo modo fabula confici posse, si quis commode apteq; partes ipsius coagmentare sciat. eadem ratio est reliquarum partium: illas enim quoque omnem actionem in se habere certū est,

Hæc

Hæc autem (nisi fallor) huius loci sententia est, obscuri sanè, & quod non sine causa negotium facecerit Madio interpreti, eruditio sanè atque accurato viro. ita verò accipi ipsum oportere, singulis penè verbis diligenter ponderatis, ostendere conabor. Primum autem quod inquit, non paucos ipsorum vñ his formis, arbitrari poëtas intelligendos: de poëtis enim antea manifestò loquebatur, cum dixit, quibus imitantur, & ut imitantur: & quæ imitantur: quare de iisdem etiam nunc loquitur, affirmans non paucos eorum vti his formis: quod autem in medio huius sententie collocavit verba, quibus tanquam corrigeret, atque emendaret, quod dicere in animo habebat: ac tanquam modum quedam, illi voci adhiberet, arbitrari ipsum ea de causa id fecisse, quia non paucos dixerat: hocq; illud esset, quod egeret moderatione ac temperamento, quia re vera fortasse plures poëte inuenirentur, qui non valde vterentur his formis, si quis id ut accuratè exquisiteq; dictum acciperet, quia in ipso scriptis tenuis tantum quedam atque obscura earum similitudo foret: neque enim puto id prolatum fuisse ab Aristotele, quia εἰδος appellauit, quæ verē μορφή vocari debabant: neque etiam quia statim usurpaturus erat verbum parum apte, & quod rerum corpore prædictarum proprium esset, non earum, quæ sine corpore sunt, ut quidam putarunt: Græca enim consuetudo paſſim capit verbum χωρὶς hoc modo, ut Aristoteles etiam multo infra, qui ait. ἔτι τοις μηδὲν τοις μηδέν. Quod autem Madius, ut in subtilioribus Aristotelis libris euoluēdīs diutius occupatus, ita in hoc explicando non sine laude versatus, putat οὐτε accusandi casu legendum, magnopere probo iudicium ipsius: diuq; ipse quoque eiusdem opinionis fui, cum in vetustissimo exemplari ita scriptum offendissem. Quare accedente ratione veritateq; sententia auctorati antiquæ lectionis, nunquam dubitavi, quin ita foret legendum: vis autem omnis huius sententiae, supra à me, ut opinor, explanata est. Nam vanitas per uulgatæ scripturæ, & quantum notio ipsius, si οὐτε nominandi casu scriptura sit, probari non possit, non debet accuratè confutari. παῦρον vero quod inquit, valet omnem rem actionemq;: neque accuratè querere oportet, quod verbum id referat: nullum enim in propinquo positum est, vnde aptum esse possit: sed ipsum per se manet, neq; eget vlo, quod ipsum sustineat: continent enim in se concursum omnium naturalium ac rerum: itaque sepe hoc nomen usurpatum inuenitur. In extremo positum παῦρον quod valet similiter, non significat, ut arbitrari, vno eodemq; pacto sex illas partes formas ve, ita in quolibet facto inueniri, ut non magis minus ve hæc, quām illæ in ipso sit: sed valet eas etiam, quæ non valde videntur illic inueniti posse, tamen illic esse, in tragediamq; commode, inde sumptas, inseri posse.

Μέγασον δὲ τούτων δέσιν οὐ τῶις περιχράτων σύστασις: οὐ γάρ τραγῳδία μέμνησι δέσιν, οὐκ αὐθέρω πον, ἀλλὰ περάγεται καὶ βλοῦ, καὶ δύο αιμονιαστούς καὶ καποδαιμονιαστούς: καὶ γάρ δέ δύο αιμονιαστούς εἰ δέσι: καὶ δέ τέλος περάγεται δέσι οὐ ποιότις: εἰσὶ δὲ κατὰ μετὰ τὰ ἔθη, ποιοὶ Σενός: κατὰ δέ τέλος περάγεται, δύο αιμονιαστούς, η τοιναρτίου. οὐκον δέ πον τὰ ἔθη μημένωνται. περάγεται πον, ἀλλὰ τὰ ἔθη συμπειλαμβανοντο διέτελε περάγεται. οὐ περάγεται τὰ τέλος τέλος τοῦ δέ τέλος, μέγασον ἀπάντως.

Maximum autem horum est rerum coagmentationis: tragedia enim imitatio est, non hominum, sed actionis & vita: & felicitatis & infelicitatis: etenim felicitas in actione est: & finis actio quedam est, non qualitas. Sunt autem secundum quidem mores, quales quidam: secundum autem actiones, felices vel contra. Non igitur ut mores imitentur, agunt: verum mores complectuntur propter actiones. Quapropter res & fabula finis tragedia: finis autem maximum omnium.

Cum supra sedulo indagasset omnes tragœdiæ partes, quæ qualitatis sunt, inuen-tasq; postea ex omni factō rēq; ipsas erui posse affirmasset (omne nanque factū tale esse inquit, ut quasi ornatum illis sit, atque ipsas quodammodo in se contineat) quia non cuncte partes eandem vim habent, docet nunc quæ potissimum ipsarum maximi momenti est ad constituendam tragœdiā, tradens fabulam huiuscemodi esse. Cum autem questio hæc magni ponderis sit, nec defuerint, qui de hoc aliter sen-sent, pluribus argumentis id confirmat: nec tamen vno suoq; nomine ipsam appella-t, vt paulo antea fecerat in partium singularium enumeratione, sed vt titus descrip-tione ipsius, verbisq; iis, quæ vim ac naturam eius euoluunt: supra nanque dixerat, fabulam esse coagmentationem rerum. Hanc igitur nunc rerum coagmentationem maximum omnium esse inquit: ac superare ceteras formas, quod in reliqua-rum nulla tantum roboris ac virium, quantum in ipsa sit ad constituendam tragœdiā. Probat autē hoc verum esse primum à definitione tragœdiæ, spectataq; ipsius natura. tragœdia enim est, inquit, imitatio, non hominum sed actionis: supra nanq; in ipsa definienda dictum est tragœdiā esse imitationem actionis. Quod si contra imitatio foret hominum tragœdia, in ea fortasse maiorem vim haberent mores & motus animorum quam actio: magis enim hæc harent hominibus, quam actio: cum multi reperiantur qui non agant: nulli autem extent, quibus non ingenerati sint aliqui mores. Adiungit autem rei explanandæ causā: declarareq; volens, quod angustius in definitione posuerat, & vitæ, & felicitatis & infelicitatis: per vi-tam enim intellexit, vt puto, non omnia quæ in vita spatioq; temporis, quod vixit, alicui contingunt: neque enim imitatur tragœdia omnia alicuius facta, etiam dissi-dentia, sed vitæ ipsius exitum, & qualis deniq; illa fuerit, fortunata inquam an misera, quod sèpè unum tantum factum præstat, hoc autem verum esse: itaque accipi id verbum debere, declarant ea, quæ consequuntur: arbitror enim quod addidit καὶ διαφοράς καὶ κακοδαιμονίας, declarationem esse antecedentis vocis. Vnde Cicero διάδαι μονία, vitam beatam appellare consuevit, & κακοδαιμονία, vitam miseram: præci-pue enim tragœdiæ captare solent vitas hominum insignes aliquibus egregiis com-modis, aut atrocibus inalis. Valet autem ad opinionem hanc meam confirmādam, quod Solon quoque ita beatos homines ostendit, vt testatur auctor ipse in x. libro de moribus ad Nicomachum: quum enim qualia necesse est fuerint facta ipsorum in-dicasset, addit quæ ad vitam etiam pertinerent: verba Aristotelis hæc sunt. Σόλων δὲ τὸν διάδαιμονας ἵστες ἀπέφελεν τοις καλοῖς εἴπων, μετρίες τοῖς ἐκτός κεχθρυμματοῖς, παρηγότας τὴν καλλιστήν, τὸν δὲ τοῖς βεβιώκτας τοις φρόντοις. Cum vero eò rem deduxerit, vt tradat imi-tationem esse tragœdiā, & rerum valde secundarum, & rerum miserarum, indicat obſcurè, vt unque genus tragœdiæ, & id quod prosperum exitum habet, & id quod aduersum ac calamitosum. Hoc autem, quod postremum posuit, verè dictum esse, do-cet hoc pacto. Felicitas enim in actione consistit, valet verò id non posse felicem, beatum ve quæcumque vocari, qui non agat, sed tantum moribus laude dignis ornatus sit, honestisq; habitibus animi instructus: facta enim hominum sunt, quæ beatos ipsos reddunt: cum scilicet à virtute præclarisq; habitibus proficiuntur: vt contra alia facta, contrariaq; superioribus, sunt quæ ipsos miseros efficiant. Addit autem eidem rei confirmandæ aptum: Et finis hominum est actio quadam: intelligit verò actionē honestam, quamvis non exprimat, cuiusmodi actio illa sit: facta enim quoq; turpia actiones sunt. Aperit autem hic magis quid eiiciat atque refellat, affirmans: Et vitam beatā manere in actione: & finem, quo referuntur omnia in vita, esse actio-nis quoddam genus: nominat enim illud, quod non valet tantum, vt efficiat nos bea-tos: neque finis est nostrarum cogitationum: & inquit. Non qualitas, quamvis enim aliquis statutum in animo suo habeat omnia gerere, quæ virtutem oleant, & aut iusta aut fortia, aut liberalia facinora sint: contentusq; sit his egregiis habitibus, nec unquam aliquid agat, quod illinc profectum intelligatur, nunquam beatus verè vo-cabitur. Quam vim autem habeat mores, qui & ipsi tragœdiæ pars sunt, ac reliqui ha-bitus animorum, patefacit dicebis. homines ex moribus, quibus prædicti sunt, & esse & vocari quales, vt vt mores illi habitus ve extiterunt, id est iracundi, lenti: asperi, le-nes: liberales, auari. eosdem autem si facta spectantur ex vi ipsorum factorum, esse beatos

beatos aut contra, id est miseros. Quare M. Regulus, qui incidit in res maxime ad-versas: cruciatusq; corpore sustinuit acerbos, miser fuit: qui tamen iustus vir ac for-tis extitit, cum fideq; se geslit: quæ omnia qualitatis sunt. Addit autem Aristoteles, quod & ipsum multum valet ad idem demonstrandum, id est ad ostendendum plus factis, quam moribus tribui oportere in tragœdiæ partibus existimandis: videri quoque id posse ex institutis hominum, diligenter eius rei ratione animaduersa: vt, inquam, se illi in vita gerant: & utrius ipsorum alterius consequendi causa ope uti-tur: cum enim aliquid seruet alteri, illud cui seruet, majoris dignitatis esse manife-stò intelligetur. Et deum argumentum dictum est ab iis, quæ vim habent finis, & iis, quæ referuntur ad finem aliquem: καὶ νανque & ea, quæ sunt ἔξικα potiora prioraq; sunt illis, quæ adiuuant eum finem, & sunt ἔξικα τε. Non igitur (inquit) homines, vt mores imitantur & exprimant, agunt antea aliquid: sed contrà vñā cum aliis rebus, quæ prodesse eorum consiliis possunt, assumunt mores, seduloq; ipsos comparant, vt facilius ea quæ volunt, ita efficere possint: hoc enim arbitrio significare τὰ ἄποινα προτίτλα καὶ βασικά τὰ πράξεις: συμπροτίτλα νανque, priore sui parte, quæ addita ipsi est, concursum etiam aliarum rerum, quæ simul corrogare sunt, ad-iuvantq; id opus, significat. His autem positis confirmatisq;, concludit iam ratione, quod probare voluit: clausula enim est primi argumenti, quod inquit. Quare res & fabula finis est tragœdie: finis autem maximum omnium. Vnde intelligitur, quod explanatum non est, vt perspicuum tamen relictum, coagmentationem rerum fabu-lamq; esse maximum prestantissimamq; omnium partium tragœdiæ, quod initio af-firmaret: cuiq; constitendo toto animo incubuerat. πράγματα autem quod inquit, intellexit aptum rerum ipsarum ordinem, quem σύντονον πράγματον vocare consuevit: id autem perspicitur etiam voce, quæ consequitur: addidit enim rei declarandæ causā, καὶ διάδαιμον: neque enim simpliciter res fabula appellari possunt: sed ipsarum rerum quædam struēta atque apta compositio. Corrixi autem, quod initio huius partis mendosè prius erat πράξεις numero multitudinis, & consensu scriptorum li-brorum, & veritate ipsa lectionem illam refellente: vñius enim, non pluriū factorum, imitatio est tragœdia.

Ἐπὶ τῷ αὐτῷ μὲν πράξεις, οὐν δὲ γένοιτο πράγματα: αὐτὸν δὲ ἡ θῶμα, γένοιτο τὸν: αἱ γαρ τῶν νέων τῶν αἰθέρων αἰθέρες πράγματα εἰσὶ: οὐδὲ δῆλος ποιῆσαι παλαιοὶ τοιοῦτοι. οἷον τὸν γένοιτο Ζεῦξις περὶ Πολύγνωτον πέπονθει: οὐ μὲν οὐδὲ Πολύγνωτος ἀγαθὸς οὐθορέφειος: οὐ δὲ Ζεῦξιδος γένοιτο οὐδὲν ἔχει θῆσος.

Præterea sine actione quidem nullo modo fieri posset tragœdia: sine mo-ribus autem extare posset: recentiorum enim plurimorum tragœdia carent moribus: & omnino poëtae multi huiuscemodi sunt: sicut & pictoriū Zeu-xis ad Polygnotum se habet: Polygnotus quidem enim bonus est descriptor morum. Zeuxidis autem pictura nullos habet mores.

Alterum hoc argumentum est, quo idem probat. plus scilicet conferre ad tragœ-diā constituendam fabulam, quam mores: omnino enim puto legendum ἐπιχειρεῖ πράξεις: non, vt in excusis antea legebatur. αὐτὸν μὲν πράξεις: ita nanque in duo-bus exemplaribus inueni. Contra uero periuulgatam illam lectionem sedulo dispu-tat Madius, qui falsam eam inanemq; esse conuincit: præter quam quod in meliori-bus libris eo modo scriptum non est. Vis autem ipsius aperta est: quis enim dubitat, quin id, sine quo aliquid manere, statumq; suum tueri non potest, maioris momenti sit ad illud perficiendum, quam id, quo etiam ipsum substitutum aliquo modo tamen constat. nam sine facto aliquo velle tragediam fabricare, esset perinde atque sine fun-damento velle domum ædificare: solum enim ac fundamentum tragœdie est actio. Affirmat igitur, hoc nixus, vacuam ab actione tragœdiā nullius vlo. artificio con-flari posse. & quia hoc ita planum est, vt non egeat ratione, ipsum non probat: sed

contra usum venire addit in moribus: quia sine moribus tragœdia scribi potest. Cum autem hoc non ita certum alicui videri posset, ostendit id verum esse exemplo aliquarum tragœdiarum, id est earum, quæ à maiore parte recentiorum poetarum scriptæ forent: cum penitus illæ sint expertes morum. Idem etiam confirmans, rei augendæ causa, adiungit: inueniri deniq; multos poëtas, non tragicos scilicet solos, sed aliorum etiam generum, qui huiuscemodi sint, id est in quorum operibus nullum vestigium vñquam huius rei appareat: poëtas enim intelligit monumenta ipsorum, nō illos ipsos, qui poëmata ea condiderunt. Multum autem hoc valet ad id, quod probare vult, constituendum: conformari inquam posse tragœdiam aliquam vacuam à moribus, cum inueniantur poëtae quidam, qui ita ab hac re remoti fuerūt, vt umbra nulla morum in eorum scriptis existat, siue id uoluntate, siue quia eius rei præstandæ facultatem non habuerint, effectum sit. Æs, igitur (ut opinor) ualeat simpliciter: supra enim dixerat, nouos tantum poetas & inferioris ætatis huiuscemodi esse: nunc autem addit generatim, communiterq; plurimos huiuscemodi inueniri, & non solum recentes. Ne autem hoc mirum aliquibus videretur, & ut falsum exploderetur, similitudine pictorum id confirmat: in quorum studio idem etiam manifesto usu uenit: cum pictores quidam inueniantur, in quorum tabulis mores nulli usquam apparent: contra uero alij omnibus suis operibus mores affingant. ipse autem certos quosdam huius artificij, qui ita affecti inter se fuerint, appellat, traditq; Zeuxidem, summum pictorem, nullos vñquam mores expressisse: quare collatum cum Polygnoto ita discrepasse ab illo, ut tragicos quosdam inter se in hac morum descriptioне diffimiles extitisse, probare voluit: Polygnotum enim bonum expressorem morum fuisse tradit, ac laudem magnam in hac re merito consecutum: ἀλλὰ enim οὐ γράφεις prorsus legendum arbitror, vt sanè in cunctis, quos vidi, calamo exaratis libris scriptum offendi. Quare qui ex altera illa lectione, quæ habet ἀλλὰ, sensum eliciere uoluerunt, atque in eo omnes ingenij neruos contenderunt, frustra, meo iudicio, laborarunt. Sed ipsius etiam uitium antea Paccius uiderat, atque eam rectè condemnarat. bonum autem imitatorem expressoremq; morum fuisse Polygnotum inquit: quia hoc etiam perperam & uitoise aliquando fit: quis enim dubitat, quin & pictor, & poeta in moribus effingendis labi possit? & in ea re conanda peccare. Nam quod Madius, etiam indicauit certo teneri ex hoc contextu pictores uocari poetas ab auctore: unde ipse putat ceteros etiam artifice simili ratione rectè uocari poetas posse, id est effectores, non video ubi hoc Aristoteles dixerit: nam uerba illa: παντα πολλοὶ τοις τοῖς οὐκ θηγαπέων ζεῖσι, non significant referendos esse pictores in numerum poetarum: sed exemplo pictorum, ut ostendi, probant inueniri poetas, qui morum expertes sint, vt illic, quod notum, & exploratum erat, pictores inueniebantur. Ut autem hic tradit Polygnotum bonum οὐ γράφεις fuisse, ita in viij. παλιτικῶν de ipso, ut egregio imitatore morum, loquitur: eumq; οὐδὲν, id est moratum ea de causa uocat: quia scilicet imaginibus, quas fingebat, mores affingere sit solitus. Plinius quoque in xxxv. libro de Aristide Thebano loquens, inquit. Is omnium primus animum pinxit, & sensus omnes expressit, quos uocauit Græci οὐ. Quæreret autem aliquis, cum indicio Aristotelis intelligatur priscorum tragœdias mirificè mores personarum exprimere solitas: viciſſeque; hoc ipso in bono nouas & recentiores, quomodo factum hoc sit: qui nanque inferiores ætate in hoc studium incumbebant, crudiores erant, magisq; instructi ad id poëma vindiq; perficiendum: quare debebant studere huic bono comparando, nec pati se superari tanto in ornatu à rudioribus & impolitoribus: An artificium ipsum: ingeniiq; acumen iunioribus nocebat: cum enim omnes tragœdiæ partes summa contentione expolirent: omnemq; ornatum orationis eo adhiberent: argumentisq; exquisitis cuncta confirmare studerent, simplicitatem illam, quæ maximè apta est ad mores declarandos, & quasi materia quædam ipsorum est, corrumpabant: atque ita, dum nimis studiosè reliquas concinnitates sectabantur, hoc eximio bono carebant. Videtur etiam ipse ita de hac te sentire: qui in extremo huius libri affirmat orationem nimis excultam & splendidam obscurare, & quasi operimento quodam eo allato, tegere & mores ipsos & sententias facilius verò id effici poterat, si eodem quoque ratio exquisita argumentandi accessisset.

Non

Non multo autem longè ab hoc loco affirmat, vt existimo, veteres tragicos popula-re genus dicendi, carensq; magno artificio, solitos affingere personis, quas inducebant in fabulas.

Ἐπειδὴ τὸς ἐφεξῆς θῆται εἰς ἡθικὰ, καὶ λέξεις, ὃς διανοίας δὲ πεποιημένας, ποιέσι, δὲ τὸς τραγῳδίας ὄργον: ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον, ἢ καταδεισόροις τούτοις περιχυμένη, τραγῳδία: ἔχουσα δὲ μῆθον καὶ σύστασιν περιχυμάτων.

Præterea si quis deinceps collocari sermones moratos, & dictiones & sententias probe confectas, efficiet quod est tragœdia opus: verum multo magis, quæ his deterioribus vitur, tragœdia erit, habens fabulam & coagulationem rerum.

Arbitror ab accurato interprete purgari in primis debere, cum id satis commodè facere potest, auctore, quem suscepit declarandum: & cum variè legitur apud ipsum locus aliquis, quid sui iudicij sit de veritate lectionis aperire. Quia igitur in pluribus excusis libris particula negandi hic posita est ante verbum ποιητα, quæ abest à pluribus calamo exaratis, quid existimem de varietate hac lectionis indicare volui. Fideiores igitur puto hoc in loco libros eos scriptos, in quibus illa non legitur. Sed etiam qui a Guisl. Morelio summa cura Parisiis excusus est, eam inde sustulit. quare idem me sine temeritate facere posse existimau. Operam autem dabo, vt probem hanc altera illa meliorem esse, quam sanè ante me interpres omnes secuti sunt, nulla mentione huius facta. Et tamen sententia huius, quam anteponendam iudico, explanata, (nisi fallor) integritas ipsius apparebit. Argumentū igitur hoc, in ordine tertium, huiuscemodi est, quo itidem probat partem tragœdiæ, uocatam fabulam, anteponendam esē ceteris partibus, ac plus habere in se momenti ad eam constitūendam, quā, non solum mores, uerum etiam plures alias partes extra ipsam simul positas: ac non sine industria etiam atque artificio à poëta tractatas. nec tamen negat ex illis etiam, illo pacto distractis, aliquid boni ori: efficereq; ipsas aliquo modo, quod est officium tragœdiæ & ab eo poëmate merito expectatur. Sed aliud est, in quo sanè tota res manet, obire munus tragœdiæ: aliud tragediam esse, partes igitur illæ, quas narrat, quæ sunt tantum membra variarum tragœdiarum, facta vt dicit, cum leguntur aut recitantur, commouent animos spectatorum, excitantq; illic & metum & misericordiam, coguntq; demum alienis illis casibus illacrimari: nec tamen componere tragœdiam ex se valent. contra autem, vt aperte tradit, quæ partes illas non ita excusat habebit, si fabula illic erit, id est series illa rerum & vnius facti à principio ipsius ad exitum explicatio, verius fabula & erit & vocari poterit. Posse autem id, quod dixi, partes alias tragœdiarum, etiam dissipatas ac fractas, cum artentè leguntur, si illi rei efficiendæ valde idoneæ fuerint, dubitare non debemus: huiusq; rei periculum facile quilibet faciet. Quis enim non lugebit: magnamq; vim lacrimarum effundet, si, conuersa mente ad illud factum: specieq; hac ipsa sibi ante oculos proposita, legit fierum illum Oedipi: cum, effossis iam sibi oculis, accuratè ostendit choro se rectè fecisse, utileq; suis rebus consilium cepisse, quia nihil sibi in vita iucundum restaret: simulq; mente reuoluti omnem memoriam, originemq; eorum malorum, in qua ipse imprudens inciderat. Eodem pacto quis est adeo durus homo, qui nō misericordia Hecubæ moueat, οὐ illam legens, separatam etiam à reliqua fabula, cum in Troadibus illa, commemoratis suis præteritus bonis, quibus maximis à fortuna olim ornata fuerat, statim addit atrocia incommoda, quæ mutatis rebus, accepisset: casusq; acerbos, in quos repente incidisset. profectò tantus aceruus malorum, qui eam oppresserat, collatus cum superioribus ipsius valde secundis rebus, excutierat lacrimas omni mortali, cunctis etiam illis rebus non accuratè relatis, ordineq; explicatis: sunt enim plerumq; cognitæ personæ tragicæ, infortuniaq; ipsarū omnia explorata. Sed nequis error nascatur: sunt enim aliae etiam non nullæ partes eius fabulæ, ab eadem misera muliere actæ, non parum accommodatae ad fletum excitant-

F iiiij dum:

dum: quamuis hæc vincat ceteras, eximiaq; sit inter ipsas, intelligo cum Hecuba inquit se natam è rege, & cum rege etiam in matrimonio collocatā fuisse, procreasseq; filios, qui multa præclaræ in bello gessissent, virtuteq; & honestis factis omnibus Troianis anteirent, & quæ sequuntur, possent afferri à me plura alia exempla, sed accuratus quisque versatusq; aliquantulum in hoc studio, id nullo negotio facere poterit: tragedie nauque omnes plenæ sunt huiuscmodi miserabilium locorum. Hoc igitur est meo iudicio, quod significare voluit Aristoteles, cum inquit: partes illas tragediarum diuinatas, effecturas prorsus officium tragedie: non esse tamen ipsas, hoc pacto collocatas, quamvis iustum corpus tragedia impleuerint, tragediam: inquit igitur, vt ad verba ipsa explananda iam veniam. Si quis deinceps collocarit sermones moratos, & dictiones & sententias bene confessas: & quæ sequuntur. Præterea vocat disputationes ab aliquibus habitas in tragedia de aliqua re: sermonesq; , qui quod ostendere voluerint, plenè explicuerint. Moratas autem, id est ex quibus intelligentur mores ac naturæ personarum, quæ dicunt, qui sanè non parvus ornatus est omnis orationis: primis vero his verbis significat mores: neque enim hi mores inferri possunt nisi in orationem: quare mores ostendere volens appellavit ἐρωτησι, id est membra tragedie, moratas. Nam quod ipsas deinceps positas esse voluit, indicauit materiam continuatam non esse: ita enim fabula quoque illic extitisset, ac res recte ordineq; coagmentata, sed inerruptam ac fractam. exempli causa. si prima disputatione in se contineat incommoda, quæ sustinent in exilio viuentes: altera bona pacis enumerentur: tercia differatur de officio imperatoris. Si quis igitur huiuscmodi aliqua membra diuersarum tragediarum: nec cohærentia inter se, deinceps ponat: & moribus instructa, & à quibus non absint elegantiae quoque orationis: ac si etiam acutæ illic sententiae sint: aptæq; mirifice ad id quod oportet probandum: atque ita omnes hæc tres res, quæ sunt tragedia partes, benè tractata sint, nunquam auctor huius male cōpositæ molis efficiet ut tragedia illa sit: quamvis etiam aliquando ipsius officium munusq; adumbrarit: verum inquit ea, quæ vteretur his partibus deterioribus, id est in qua non tam appositæ mores expressi sint, nec in ea tanta verborum atq; orationis elegancia existat: simulq; careat acumine illo, ac subtilitate sententiarum, si tamen habeat fabulam, ac coagmentationem rerum, digna magis erit, quæ vocetur tragedia. Arbitror igitur: nam hoc magis exprimere volo, ἀπεποιημένος quod inquit, non tantum significare virtutem proximæ vicinæ rei, id est sententiarum, sed etiam præcedentis, id est verborum: illic enim quoque virtutum negligenteriaq; existe-re posset, quod si factum fuisset, mirum non esset, si nihil illic placeret. Animaduertendum autem nolle Aristotelem ipsam penitus orbatam esse his rebus: neque enim tragedia vñquam fingeretur sine locutione, ac sine sensibus animorum oratione prolatis, cuicuamodi hi sint, vt quæ vacuae sint à moribus fortasse reperiuntur: sed intelligit quæ partes has habeant rudiores, & imperfectiores: Vnde inquit καὶ τὰ διεσθατά τε τοις κερδεῖσθαι, id est, quæ vtarur sane his partibus, sed vtarur ipsis impolitoribus: & quæ, vt verbum Græcum exprimam, videantur egere illis ornatibus: ac tacite aliquo modo ipsis postulare. Plato autem pluribus locis indicauit, quæ vocarentur ἐρωτησι in scriptis poëtarum: è tertio vero libro de rep. certius hoc aliquis perspicere potest, vbi accurate docet, quid sit imitari: ἐρωτησι enim appellatas videbit partes eas, quibus poëta, induitus personam alicuius, ore ipsius, quid illi conueniat, exponit. Exempli causa, initio Iliadis oratio illa Chrysis, qua precatus est Apolline, vt vlcisceretur suas iniurias, ἐρωτησι est: & paulo post altera, qua Agamemnon dimisum à se cum contumelia sacerdotem illum, prosecutus est ipsum minacibus verbis: ac quid in animo suo statuisset de filia eius, aperte significauit: omnesq; demum huiuscmodi partes, quibus noui poëta, sed ille ipse, quem inducit, loqui videtur, ἐρωτησι vocantur: vt contra μετρέψεις ἐρωτησι appellat quidquid poëta suo ex ore promit: cum quid hic aut ille dixerit, fecerit ve, commemorat. quod cum in tragedijs non fiat: sola enim illic sunt, quibus inter se personæ colloquuntur, restat, vt ἐρωτησι fint disputationes accuratae de aliqua re: ac quæ quod cœperint explicare, plenè absoluuerint: quomodo etiam ipse capi hoc verbum in Phædro significauit: exemplo enim tragorum illic vñsus est: nominauitq; ἐρωτησι, φιλοφάσε, απελπιτικας: quæ scilicet fa-

Etæ

Etæ accommodataq; forent ad misericordiam excitadam, aut ad metum incutiendum: aut ad malum aliquod alicui minandum. Valet etiam multum ad hanc lectionem confirmandam illud πολὺ μᾶκαν, quo significatur id, quod supra à me copiosè declaratur est: non video enim quomodo hoc conuenire possit illi lectioni, cū ostendatur ipso, effici illud etiā superiore ratione, quamvis deterius multo, quod efficitur longè melius posteriore hac. nam illo modo nunquam aliquis tragediam fabricabit.

Προς δὲ τούτοις ταῖς μέγιστα, ὅτι λυχαιωγεῖ ἡ τραγῳδία, τῆς μάθου μέρη δύναν-
ται τὸν διεργάτην καὶ οὐαγνωμένος.

Ad hæc autem maxima res, quibus tragedia capit animos hominum, fabulae partes sunt: peripetiae inquam & agnitiones.

Quatum hoc argumentum est, quo idem probat: cum enim in tragedia scribenda maximi momenti fabulam esse ostendere velit: ac longe superare partem hæc reliquas omnes, docet res illas, quæ permulcent maximè animos spectatorum, fabulae partes esse, atque in ipsa contineri: vnde intelligitur fabulae dignitas ac vis, cum partibus iis ornata sit, quæ tantum valent in animis nostris alliciendis: nec tamen hoc habent omnes tragediae: cum plures inueniantur, in quibus peripetia nulla casusq; admirabilis, aut cognitio personæ alicuius diu ignorata contineatur. Sed tragediae illæ, quæ ipsis ornatae sunt, sine villa dubitatione præstantiores, cum vehester capiant animos hominum, ac ducant ipsis quod velint: hac præcipue re ipsis ad se trahunt, quod habent peripetias has & agnitiones. Peripetiae autem & agnitiones, in fabula coagmentatione ve rerum continentur, cum res illæ ita initio compositæ sint, vt neceſſe postea sit aliquem subito de summo loco labi: aut contra ex humili statu in altum dignitatis gradum ascendere: & eodem pacto quempiam, cuius stirps ante feſellisset, cognitum esse iis parentibus natum, quibus non putaretur. ipſe autem infra diligenter ostendit, quid peripetia, quid agnitio hæc sit, quare accuratius eo loco de ipsis disputabitur. Nunc vero videtur notio visq; huius verbi λυχαιωγεῖ explicanda: neque enim valet illud id, quod non nulli existimarunt, iucunda tantum aliqua re eō importata oblectare: sed vt nomen ipsum iunctum declarat, ducere allice-req; animum: quod multis etiam aliis modis fieri potest. quare non videtur, si ita accipiatur hoc verbum, quæſtio illa hic exoriri, quam acutæ quidam excogitarunt: cum enim planum sit exitum etiam rerum tristem in tragedia nos capere: huiuscmodi enim ferè sunt ποριτέται in fabulis, si λυχαιωγεῖ valuerit oblectare, & voluptate perfundere, visus effet Aristoteles sibi repugnat: neque enim res acerbæ posse sunt voluptatem nobis afferre. Cum vero notio eius verbi sit ea, quam ostendi, quis non fateatur animaduertionem alienorum malorum, maximarumq; calamitatum, capere animos nostros, ac ducere in eosdem affectus. Valde autem accommodatum est hoc verbum consilio finiq; tragicorum ostendendo. Vnde Polybius quoque in iij. libro historiarum, cum de officio tragicorum poëtarum & historiae scriptorum disputaret: & quæ discrimina inter eos versaretur, ostenderet, eo vñsus est: inquit enim. τὸ γέ πέλος ἴσοριασται τραγῳδίας & ταῦτα, αλλὰ τούγαρτίον: ἐκεῖ μὴ γέ δέ διὰ τὴν ποθαντότε-
των λόγων ἐκπλήσσει καὶ λυχαιωγεῖσαι κατὰ τὸ παρὸν τὸν ακέροντας: σύβαλλε δέ διὰ τὴν ἀληθινῶν
ἔργων καὶ λόγων εἰς πάγια τὸν χρόνον διδεῖσαι καὶ πεῖσαι τὸν φιλομαθεγάτας. Proclus quoque in politiam affirmauit tragicos omnibus viribus contendere, vt hoc efficient in animis spectatorum: λυχαιωγεῖaque consequantur. cuius hæc verba sunt. οἱ δὲ τραγῳδίας
ποιηταὶ φαντασιοὶ μόνοι ὄντες καὶ τῆς τὴν πολλῶν σοχαζόμενοι λυχαιωγεῖσοι εἰκότως κατὰ τοῦπο
πλαισίους τῆς ποιησίας τὸ ἔδαφος. Apud Demosthenem in oratione ἵππος καὶ λέπες, λυχαιω-
γεῖσαι valet deliniri & capi: cum enim causas afferret, quibus multi mortales adoptant sibi liberos alienos: easq; esse dixisset, quod illi & blandiciis assentationibusq;
capiuntur, & odiis iniuriisq; propinquorum mouentur, ait, ὅρα τὸ γέ, ὅτι πᾶς κολακίας
οἱ πλεῖστοι λυχαιωγεῖσαι, καὶ πᾶς πρὸς τὸν οἰκεῖον διεφορᾶς πολλάκις φιλονεκάντων, ποιησόμενοι
ποιῶνται, sed exempla huius verbi, hoc modo usurpati, crebra sunt.

Ἐποκμεῖον, ὃ τι καὶ οἱ ἡγχειροῦτες ποιεῖν, πρότορον δύνανται τῇ λέξει καὶ τοῖς ἡθεσιν ἀντιβοῦν, ἢ τὰ ωργάματα σωματεῖσαι. οἷον καὶ οἱ πρώτοι ψωληγοὶ γέδον ἄπαντες.

Adhuc signum est, quod qui se ad scribendas tragedias dant, prius valent & locutione & moribus exquisitè res tractare, quam res coagmentare: sicuti & primi poetae ferme omnes.

Quintum hoc argumentum est, eidem rei constituendæ accommodatum: quia autem à posteriore ductum est, non à re, quæ præcedat, & causa ipsius sit, signum vocatur: auxilio enim notarum aliquarum, quas certimus, sèpè res obscuras incognitasq; nobis aliquo modo intelligimus: non tamen hoc signum manifestum ac certum est: & è genere deniq; eorum signorum, quæ τεχνία uocantur, quamvis non parum ad probandum valeat, ita igitur argumentatur. Cum videamus omnes illos, qui appellant animum ad scribendum: aggrediunturq; tragediam pangere, prius facultatem adipisci (hoc enim significat πρόπτερον διάφορα: quo verbo paulo postiterum eodem intellectu vtitur) apta atque ornata oratione singulas res exponendi, & mores etiam ipsi orationi aspergendi, quam valeant res constituere & fabulam componere: est hoc indicium præstante huius rei: quæ enim difficultiora sunt, ea etiam utiliora, maiorumq; virium esse consuerunt: hoc nanque solum ac fundamentum est huius argumenti, in qua autem difficultate, reiq; huius efficiendæ parua aut nulla potestate, uersari dixit sua ætate parum expertos poëtas; in eadem etiam adiungit versatos olim fuisse omnes fere primos tragicos, ut si animaduersi fuerint præfici illi, nullo negotio intelligi possint multo prius potuisse res easdem præstare, quam aptè res coagmentare, in quo igitur laborant omni tempore, qui vñsum magnum non habent scribendarum tragœdiarum, in eodem laborasse etiam ostendit primos illos fere omnes tragicos: vt quemadmodum difficultas rei his inexercitatis nocet, nec finit ipsos arduam partem modicè tractare, ita communiter omnibus fere illis rudibus nocuerit. Quare & exemplo horum. inexercitatorum, & illorum, qui vixere eo tempore, quo nondum perfecta erat hæc poësis, intelligitur difficultas ipsius perficienda: & inde quoque bonitas eiusdem dignitasq; cognosci potest. Videor mihi supra satis commodè ostendisse, qui sint illi, quos auctor his uerbis significat, οἱ ἡγχειροῦτες ποιεῖν. rei tamen magis illustrandæ causa, exemplum afferam huius locutionis, atque ipsum quidem ab hoc ipso scriptore acceptum. In iij. igitur libro de moribus ad Nicomachum, ubi de ratione consultandi differit, ac totam illam rem accuratè docet, inquit eos, qui deliberant de aliqua re, cum uident id, quod aptum esse intelligunt ad finem suum adiuuandum, effici posse, aggredi rem solere, ac tanquam manus ad eam adhibere: vt utiturq; eadem forma orationis, mutato tantu uerbo ipso, quod hic est, ubi loquitur de opere poëtarum, ποιῶν: illic uero, ubi sermo est de rebus agendis, πράττειν. Verba ipsius sunt. οἱ δὲ θυστὸν φάνηται, ηγχειροῦτες πράττειν. id est ordinuntur rem illam, agereq; incipiunt. ἀρχίσειν quod inquit: nec expressit, in quo colletur hæc cura, minutaq; diligentia, arbitror ipsum significare tragœdiam illam inchoatā, partesq; ipsius quas, ut poterant, persequebantur: ualeat enim manifesto ἀκριβεῖαι aliquid perficere, & exquisitum undiq; reddere. Nam πρώτοι quod dixit, intellect primos tempore, non dignitate, id est ueteres, ut in sententia explicanda declarauit.

Αρχὴ μὲν δὲ οἰον λύχη ὁ μῆδος τῆς πραγματίας: οἱ δύτορον δὲ, τὰ ἡ. ιη: παραπλήσιον γαρ εἰ νοεῖτο τοῖς τῆς χρεωμάτου: εἰ γαρ τις σιαλέψει τοῖς καλίσιοις φαρμάκοις λύχην, οὐκ ἀν δύσισθει φρασθεῖν, καὶ λόγογρος φίλος ἐπόντα. εἴτε πεμψίστι ωργίσεις, καὶ διὰ ταύτην μάλιστα τῶν ωργήσθων.

Principium quidem igitur, & tanquam animus tragœdia fabula est: secundum autem, mores: assimile enim est & in pictura: si enim aliquis illinret

niret pulcherrimis medicamentis fusim, non similiter oblitaret, ac quis albo describeret imaginem, estq; imitatio actionis, & per hanc maxime eorum, qui agunt.

Cum tot argumentis, adeoq; ad fidem faciendam aptis, docuisset primum locum dandum esse in tragedia scribenda fabulæ: superareq; hanc ceteras partes, paucis repetit confirmatq; , quod fecerit: vt utiturq; , rei illustrandæ causa & penè ante oculos ponendæ, verbis translati: nam quod ipsam principium esse inquit: magna autem vis est omnibus in rebus principijs, primam partem esse fabulam significare voluit: vt enim in ædificanda nauis principium est carina: indeq; initium ducunt fabri nauales, & in domo fundamentum eadem ratione, ita in tragedia pangenda, fabula principium est: ipsamq; primum oportet componere poëtas: nam quamvis ἀρχὴ ipsam appellari, πρώτοι Aristotelem intellexisse perspicitur, quia in loco suo ceteris partibus assignando illo modo locutus est: & inquit, mores esse διάτηροι: sententiam, τρέπον: & eodem pacto de reliquis partibus. infra etiam, cum uteretur iis, quæ iam probasset, in repetenda hac re ipsum hoc verbum usurpatum: dixit enim de coagitatione rerum, id est de fabula, loquens. ἐπεδὴ τὸντο καὶ πρῶτον καὶ μέντον τῆς πραγματίας ιστὰν. Alterum autem verbum manifestius adhuc translatum est: quod cum metueret, ne durius translatum videretur, muniuit illud particula οἵον, quæ tanquam & quasi, valet: ita enim quoque Cicero consuevit temperare duriores translationes. Non potuit autem magis extollere Aristoteles vim fabulæ: ac quanti momenti illa sit in tragedia declarare, quam dicendo ipsam quasi animum esse tragedia: animum enim notum est regere ac sustinere vniuersum corpus. Hoc igitur ualde euidenter significato, indicat quæ consequatur pars, ac secundum locum possideat: illam autem esse vult mores, quæ verò uim rationis habet, ac confirmat quod dictum est, similitudo, non posterius tantum hoc probat, sed vna cum eo prius etiam positum: inquit enim in hac re consimile quiddam usu uenire, atque in arte pictorum accedit: ut si quis in aliqua tabula pulcherrimos colores temere spargat, non tantopere oblectatur sit eos, qui spectant, ac si albo tantum effigiem aliquam descriperit: quia imago illa nulla etiam elegantia colorum commendata, nec ornata, maiorem voluptatem affert, quam nobiles colores, non referentes effigiem aliquam, hoc in pictura se ita habere perspicuum est, & hoc passim in ea arte usu uenire omnes intelligere possunt. Idem igitur contingere in studio poëtarum, tragediaq; pangenda affirmat: nobiles eximijq; colores temere in pariete tabula ve sparsi, respondent moribus in tragedia, quæ caret apta constitutione rerum, disseminatis: si tragedia illa vocari potest, que hoc vitio valde labore: nec habeat rectam coagitationem, imago albo tantum descripta refert fabulam uacuam à moribus, omniq; ornatu. Quod uero appellauit pulcherrima medicamenta, respondet hoc ei, quod supra dixerat, si forte aliquis pictam viderit rem, quam antea nunquam spectarat, cognoritq; , & tamen oblectetur, tunc non gignere voluptatem illam eam imitationem, sed ipsam uoluptatem tunc effici aut ob elegantiam operis, aut ob pulchritudinem coloris: nunc enim quoque docet eximios illos colores habere uim aliquam oblectandi, nulla etiam re expressa. Sed cū sententiam aperuerim, uimq; huius similitudinis explicarim, oportere arbitror me uerba præterea quædā declarare, quæ & ipsa aut egēt aliqua expositione, aut requirunt operā interpretis, ut elegantia eorum explanetur. Εὐαλεῖτε igitur significat inungere & illinere: aspergereq; demum pigmenta: quo uerbo, itidem de pictoribus loquens, uitur in ij. libro de ortu animalium: inquit enim. καὶ γένη γραφῆς, ὅποια ψαράται τὰς γραμμάτις, αὐτος εἰσαλέφεστι τοὺς χρώματα τὸ ζῷον. illic igitur appellauit rem, quam illinerent: nam dixit εἰσαλέφεστι ζῷον τοὺς χρώματα, id est animantem illam, quam prius lineis tantum ductis descripserint, postea coloribus illinunt: hic uero in animo eorum qui legerent, reliquit: uidemur autem intelligere debere parietem uel tabulam. Φαρμακα dicens, colores pigmentaq; significauit, nisi fallor, ita ipsa uocans, quia plures colores mixti inter se & temperati forent: medicamenta enim pellendis

lendis morbis inuenta, propriè à Græcis φάρμακα vocata, huiuscemodi sunt: itaque componuntur. Sed Cicero quoque Latino verbo, quod huic responderet, eandem rem appellauit: hæc enim eius verba sunt. Fucati verò medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur: nec non etiam Plato in iij. libro de rep. eodem Greco verbo in eadem re significanda vñus est: inquit enim. ὅτι δέ τοις καλύτεροις τοῦ γόνου καλλίστη φάρμακα προστίθενται. Iunctum è duobus verbū λαύχογραφī, valet gypso, huiuscemodiq; alia re alba quippam describere: quæ sanè simplex sit, vilisq;: nam candor etiā induci potest nobilis & qui mixtus sit eaq; de causa oblectet etiā sua vi oculos: vt quo plerunq; vtuntur colore pictores. Pigmenta etiā vocavit Cicero, quæ hic noster doctoꝝ περὶ φάρμακων: quod adnotauit Robortellus. Vnde idem etiam, exépla ponens huius animaduersionis, acutè vidit idem penè, quod hic ab Aristotele, prolatum esse à Cicero, cum inquit in ij. de diuinatione. Aspersa temerè pigmenta in tabula oris linamenta effingere possunt. nisi quod hic pigmenta temerè aspersa in tabula nihil effingunt. χύδων etiam, quamuis, si origo ipsius propriaq; notio attendatur, significet diffuse, idem tamen penè Græcis quod temerè Latinis, valet. Vnde etiam grammatici, qui vim eius nominis exprimunt, tradunt ipsum significare ἄνθροπον: quæ enim funduntur nullo consilio, temere disperseq; eiiciuntur. Vñus est etiam hoc aduerbio ipse in vii. libro de rep. vbi de legibus priscorum loquitur, quæ passim sparsæ, & disseminatae forent. Verba hæc sunt ipsius. οὐ καὶ θῆσαν νομίμων χρήσιμων, τοις ἐπικρατεῖσι, & quæ sequuntur. Non piget præterea admonere videri eundem libeter vti hoc verbo διφράγμα, vbi loquitur de voluptate letitia ve, quæ capitur è tragœdia: nam infra, quo loco differit de fabula Agathonis, cuius ille totum argumentum finxit, inquit de ipsa, magno præsidio credita carere ad oblectandum οὐδὲν δηλούσθεντα, vt paucis post verbis ἀλλοις διφράγματα, vt de nuntio, qui ad Oedipum, timore liberandum venerat, & cōtrarium eius effecit, quod in animo habebat, οὐδὲν δηλούσθεντα, οὐδὲν διφράγμα. Quod vero hic post simile expositum adiungit, pertinet ad idem ostendendum: ad docendum inquam primum locum iiii. tragœdiæ partibus, quæ informant ipsam, qualemq; reddunt, dandum esse fabula: nam quod sit à morib;us, vt diligenter ipse ostendit, sine illo manere non potest. Ita igitur mita breuitate verborum argumentatur. Et est, scilicet tragœdia, imitatio actionis: à definitione enim tragœdiæ argumentum dicit. Quare hinc intelligitur magnam vim esse fabulae, quæ fabula est coag mentatio rerum, expressioq; actionis. sequitur autem. Et per hanc maxime agentium, id est quod imitatio illa est agentium, id est eorum qui auctores sunt actionis eius, id illa maxima ex parte habet ab actione: ipsius enim actionis maxime beneficio & opera, tragœdia est imitatio agentium: ipsum enim actionem propositum habet imitari tragœdia: sed quia actio cogitari non potest sine illis qui agunt, ideo est etiam imitatio ipsorum: agentes autem (hoc enim adiungere debemus) sunt quibus primum mores hærent. Vnde efficitur id, quod diximus: nam quamvis actio quoque morata dicatur, non primo illa huiuscemodi est: sed morata vocatur, quia auctores ipsius, ac qui agunt, mores eos creduntur habere. Ita (nisi fallor) accipi hic locus debet: non enim hic ab Aristotele quicquam præcipitur, quod pertineat ad officium histriorum: neque actio illa significatur, cuius ipsi auctores sunt, vt non nulli putauerunt: quamuis enim à Latinis scriptoribus illi actores vocati sunt, & studium ipsorum actio: eorum tamen actio alio nomine à Græcis appellatur: & ipsi etiam ἀγωνιστῶν, & ἵπποντων non προσήνοτον, appellantur. Qui autem diligenter attendet, intelliget nullo negotio verum esse eum sensum, quem ostendi: præcipue verò in Græcis verbis: cum enim dixerit tragœdiam esse imitationem actionis, addit οὐδὲ τῶντων, scilicet πρᾶξην, est μία μητρίς: hoc enim verbum à superiore loco huc quoque transferre debemus, οὐ πραξίην. Quod autem addidit μάλιστα, eo consilio fecit, vt ostenderet, se quoque intelligere aliunde etiam ipsam tragœdiam dici posse imitationem esse eorum qui agunt, sed primas tamen in hoc partes esse actionis, vt plus scilicet ipsam adiuvet, vt verè dici possit imitatio esse agentium, quod actionis imitatio est, quām alia vñla res, quæ auxiliū aliquid ipsi ad hoc obtainendum ferre possent.

TERTIUS

Τείτον δὲ οὐ διάνοια. Τέταρτον δέ οὐτις τὸ λέγειν διώκειν τὰ σινάτα, καὶ τὰ αρμόταντα, διπλὸν τὸν λόγων τὸν τολμητικὸν καὶ ἐντοεπικὸν δργον οὖτιν: οἱ μὲν γαρ ἀρχαῖοι τολμητικῶς ἐποιοῦνται λέγοντας: οὐ δέ γαν, ἐντοεπικῶς.

Tertium autem sententia: hoc autem est dicere posse ea, quæ in re insunt, & quæ illic congruunt: quod quidem in oratione ciuilis facultatis, & artificij dicendi opus est: prisci quidem enim ciuiliter faciebant dicentes: non sibi vero temporis, rhetorice.

Pergit locum suum assignare cetetis partibus tragœdiæ, atque inquit, tertium in ordine esse sententiam: ita enim nunc appello διάνοιαν, id est quæ sensum animi indicat. Vnde χήματα διάνοια figuræ sententiæ à magistris dicendi vocatæ sunt, cum eodem etiam Latino nomine appelletur, quæ à Græcis νόημα vocatur: & precipit, quid nos in vita sequi, aut fugere debeamus. Statim autem, ne quis error hic existet, aperit quid hoc nomine intelligat: affirmans id esse, facultatem habere dicendi: orationeq; complectendi, ea, quæ in ea re, de qua agitur, insunt: & illic quadrat. is igitur poëta præclarè instructus erit, quod ad hanc partem pertinet, qui verbis expōne poterit, quæcunque in ea re sunt: nec aliquid relinquet aptum ipsi aut confirmandæ aut confutandæ eorum, quæ in ea inclusa sunt: ac demum videbit etiam, verbisq; complectetur, que ipsi illi rei conueniunt ac congruunt. τὰ διάνοιαν enim valer, quæ quasi inhærent ipsi rei. alijs in locis auctoꝝ ipsa vocavit τὰ διπέρχοντα, vt à me in commentariis in ij. de arte dicendi adnotatum est. Isocrates quoque in libro contra Sophistas, ipsa, vt hic Aristoteles, εἰρήνη dixit: inquit enim οὐ μηδὲν τὴν εἰρήνην πράγματα παρατίθενται. Videtur autem appellasse αρμότωντα, non nulla aliunde sanè sumpta, quæ tamen illic accommodata sint, atque apte quadrent: nisi aliquis putet ostendere ipsum voluisse non omnia, quæ in re insunt, esse sumenda: sed ex iis tantum, quæ fini dicentis congruant: delectumq; eoru esse faciendum. Sequuntur verba. Quod quidem in soluta oratione ciuilis facultatis, & artis dicendi opus est: quæ (nisi fallor) hanc vim habent, vt dicant, in sermonibus, qui vulgo habentur, congregibusq; hominum id posse fieri duobus modis: geminasq; has artes: politicam inquam & rhetorican, iuris aliquid in hoc habere, ac sibi licere putare id, vt ipsis commodum est persequi. addidit autem, ut arbitror, hoc, quia διάνοια valet quoque quidpiam mente conceptum, atque illic inclusum. Vt igitur ab ea distingueret, ac separaret, addidit εἰρήνην: neque enim idem vñu uenit in ea διάνοιᾳ, quod in hac, quæ oratione, verbisq; expressa est, vt variari possit ab hac, illa ve facultate: eadem enim illa manet: statim autem, vt editur, & verbis explicatur ipsa, quod ad rationem eam ostendendi facit, immutatur: suiq; iuris esse putant artes illæ, vt ipsis commodum est, & vt facere didicere, ipsam edere. quod (nisi fallor) significare voluit eruditus magister. Oportere vero utræcum rationem teneri probat exemplo tragicorum: qui cum diuersa ætate vixerint, diuersam etiam rationem sequuti sunt: ut proponere sibi ad imitandum & hos & illos aliquis possit. inquit igitur. Prisci enim ciuiliter faciebant dicentes: nostri autem temporis, rhetorice: id est prisci tragici poëtae: hos enim arbitror intelligi, præsertim ex verbo, quod sequitur, εἰρήνη: id enim proprium poëtarum est, quod verbo illo significatur, vt inde etiam ipsi πονηταί vocati sint, ciuiliter fingebant, & in suas fabulas inducebant dicentes ac verba facientes: ciuiliter autem, id est ut communis consuetudo fert: & vt mos & institutum est idiotarum: intelligit uero simpliciter & populariter: neque enim omnes qui urbem incolunt dicendi artem didicerunt: nec præcepta ipsius in dicendo seruant: antiquisq; temporibus non florebant studia eloquentiarum: quare illi consuetudinem suæ ætatis sequabantur. Qui verò nunc (inquit) uiunt poëtae atque illi studio incumbunt, inducunt personas instruendas artificio dicendi: & qui intima præcepta artis hauserint. Si igitur negligi non debet aut horum, aut illorum studium & institutum, est, ut dixit, officium perfici tragi, id utroque modo posse præstare, id est facultatem habere &

G politice

politicè & rhetorice tractandi partem illam, quæ ad sensus animi edendos pertinet. Hoc igitur hac parte arbitrò significari: nec puto mendi aliquid hic hæcere: sine causaq; insimulatam huius uitij censio communem lectionem, quæ constanter sine vlla varietate mansit in omnibus calamo exaratis libris: atque in corrupta etiam peruenit in formis excusos. Nam quod initio hic difficultatem aliquam in se habet, quod inquit, diancam esse, posse dicere ea omnia, quæ inueniuntur in ea re: neque enim dianca, sententiaq; aliqua verbis expressa, est facultas dicendi, atque oratione explicādi sententias illas, quæ erui possunt ē re, si quis cum modo accipiat, adiuetetq; aliquantum: ut plurimos locos scriptorum æquitate quadam animi accipere oportet: neque enim omnia semper, quæ implent sententiam aliquam, exponi possunt, non tantopere durus locus videbitur. Primum enim tradit, quæ pars tertium locum vi ac dignitate sua obtineat in partibus tragediæ: statimq; explicat, non tam quid illa verè sit, sed quomodo aliquis intelligi debeat esse illa ornatus & abunde instructus. id autem esse inquit posse præstare, quæ tradit. Nam mendo etiam vacare, quod sequitur apud Aristotelem, quamvis etiam ipsum in suspicionem uocatum sit, apparet, si quis ita accipiat, vt ostendi: intelligitur enim manifestò cuius rei rationem reddat, cum ait. Prisci enim ciuiliter faciebant dicētes: afferit enim causam cur dixerit, & politicæ & rhetoricae munus esse, quod ad diancam pertinet, in orationibus tractare.

Eἰ δὲ ἵθος μὲν τὸ τοιοῦτον, ὁ μὲν τὸν προσάργεον ὅποια πισ, καὶ οἵσ οὐκ ἔστι μὲν ἡ προσάργεται ἡ φύση. διόποτε οὐκ ἔχοντι ἵθος τῶν λόγων, τοῖς μέν ὅλως ὅτιν, τὸ προσάργεται ἡ φύση ἡ λέγων. Σιάνοια δέ, οἵσ ἀποδεικνύουσί πι, ὡς ὅτιν, οὐκ ἔστιν, οὐδόλου πι αὐτοφάνονται.

Sunt autem mores quidem huiuscmodi quiddam, quod aperit electionem qualis quadam: in quibus non est perspicuum num eligit aut fugit. Quare non habent mores e numero orationum illæ, in quibus penitus non est, quod eligit, aut fugit, qui dicit. Sententia vero in quibus demonstrant aliquid, quod est, aut quod non est, vel vniuersum aliquid enuntiant.

Vbi supra mores secundum locum in tragediæ partibus, qualitatem ipsius ostenditibus, obtinere significavit, non docuit accurate quidnam illa voce ostendetur, sed simili quodam tantum declarauit ipsiis merito euenire, ut prima sede a se eiificantur. Nunc autem, monstrata iam tertia parte: simulq; , qui dici debeat in ea paratus atque egregiè instructus, indicato, reddit ad notionem superioris nominis, quæ reliquerat, patet faciendam: quo facto, statim in quo maneat tertia pars: ac quæ uis ipsius sit, diligenter exponet. inquit igitur mores esse (multitudinis enim potius numero mores, quæm singularum rerum, morem appellabo, quamvis Græcè οὐδε sit: ita enim video à bonis auctòribus ipsum uocatum) illud ipsum, quod in oratione habet hanc uim, ut tacite ostendat uoluntatem alicuius personæ & electionem (ut utar uero recentiorum in Græca voce exprimenda) quibus in rebus planum non est vtrum illa eligit, an fugit. Τοιότοι uideatur dixisse, & non certo definitoq; aliquo nomine illud appellasse, quia non erat omnino plana res illa neque certa, quæ uim eam haberet. quare eo pacto ipsam describere melius esse iudicauit: ualeat enim τοιοῦτοι huiuscmodi quiddam, ut enim odor sepe rem illam, unde manat, quamvis ipsa non perspiciatur, sentiri, cognoscicq; facit, ita οὐδε hoc, opera poëtæ conflatum, secum fert speciem quandam eorum morum, qui in pectore eius qui dicit esse finguntur, ac quales illi sint, declarat. Διλοῦ significat aperire, & detegere: aliter enim id incertum fuisset, & nullo modo planum, ut ipsemet docet, qui ait οἵσ οὐκ ἔστι μὲν. in quarto quoque libro πολιτικῶν eodem hoc uerbo usus est, quem diceret disputationem accuratam de legibus esse diuinam à præceptione de optimo statu reip. inquit enim, νόμοι δὲ κεχωρισμένοι τὸν διλοῦτον τὸν πολιτικόν, Perspicitur autem ex verbis

verbis ipsius non debere vocari orationem moratam illam, in qua planè narrat, quid toto animo sequatur aut declinet, qui loquitur: testaturq; aperte, quod consilium suum in illa re sit: obscurius enim hoc facit: & quasi seminibus quibusdam tantum eius rei sparsis, oratio, quæ hoc nomine digna est. Sed exemplis hoc, quia satis obscura difficultasq; res est, explanare non alienum erit. Non puto igitur vocari posse moratam hoc pacto orationem illam Eteoclis, cum in Phœnissis dixit. se ascensum fuisse in cœlum, & iturum etiam ad loca inferorum, si vlla ratione id efficere posset, vt dominaretur, tyrannidemq; occuparet: illis enim verbis perspicitur prorsus quid Eteocles velit: palāq; hoc ipse testatur. & certè hic erat sensus animi ipsius. quod prius ille factis quoque declararat, quia factis conuentisq; non steterat: nec regnum fratri, vt oportebat, reddiderat. est sane inde planum quod sequatur acfugiat, moresq; ipsius iniqui ac tyrranici intelliguntur: quare non potest eo in loco manere οὐδε hoc, quod conficitur accurata, factaq; ad id oratione: quando enim persona aliqua clam gignit in animis eorum, qui audiunt quampiam de se opinionem, tunc illud vocatur ιδητικόν, artificio igitur pariuntur hi mores, non naturales sunt: aut si etiam veri insitiq; sunt, illo pacto inseruntur in animos auditorum. Contrà autem, cum apud eundem poëtam in Troadibüs, Atidromacha exponit præteritam suam vitam, & quemadmodum illa libenter domi manebat, contra instituta, desideriaq; multarum mulierum, quæ studiosè ludos, diesq; festos frequentant accelebrant, nec sinebat ad se irrepere ac penetrare feminas garrulas. demumq; narrat se obseruasse virum, feroxq; ipsius ingenium tolerasse, hæc mihi videtur pars eius fabulæ mores habere: significat enim non consultò, sed quasi agens aliud, se prudenter, castamq; mulierem esse. Eodem etiam pacto Theseus, cum in Hippolyto mortua iam Phædra, ita cum ipsa quasi viuente loquitur, videns eam epistolam manu tenere: putansq; mandatum sibi illa esse aliquid, quod pertineret ad matrimonium aut commoda communium liberorum. Bonum habe animum: neque enim nouis nuptiis implicabor, statimq; addit, sumptis literis illis in manus, formas anuli illic impressas (erat enim obsignata epistola) quamvis non supersit Phædra, nec viuat adhuc, demulcere se, & suavitate quadam perfundere, declarat se fuisse eximium amatorem vxoris: hæcq; oratio facit, vt talis ipse profrus iis, qui audiunt subito videatur. Præterea multo antea in eadem fabula mirificè exprellit poëta mores ingeniumq; mulieris dolentis mala lectissimæ feminæ, quam ualde diligeret: desperantisq; remedia vlla adhiberi posse illius morbo, & incommodis. est autem, vbi inducit nutricem Phædra ita loquentem. O res aduersæ mortaliū, odiosiū, morbi, & quæ sequuntur. hoc igitur quoque luculentum exemplum est, vt opinor, orationis morata. Apud Terentium quoque accurata crebraq; ipsius exempla reperiuntur: qui sanè poëta à veteribus etiam traditus est multum in hoc valuisse. Postquam auctor hoc traxit, tanquam corollarium inde elicit: neque enim intritile ipsi visum est hoc docere: præterquam quod superiori etiam sententia, moribusq; explanandis à contrario accommodatum est. quod est, inde intelligi posse, liquidoq; affirmari, non habere mores, neq; moratas vlo pacto dici posse, vniuersas orationes illas, in quibus non est expressum hoc pacto, quod sequitur, & aliis anteponit, aut quod fugit is, qui verba facit. Nam verba, quæ in Græco contextu restitui, inuenita à me in pluribus scriptis libris, necessaria hic profrus puto: quamvis non postrem tantum pœnè sententiam addiderim, sed eiècerim etiam inde, eorundem librorum auctoritate fretus, tria verba, duobus locis posita, quæ prius in excusis erant; id est ὅλον ἐsuperiore loco: ex inferiore vero οἷοι: quod posterius verbum manere illuc non potest, si recipimus plura illa continentia verba, quæ post eō à me connecta sunt. Videlur autem vanitatem prioris lectionis ostendere, quod illo modo præcepisset, quod per se notum vnicuique erat. inueniri scilicet quoddam orationes non moratas: quis enim de hoc dubitat? nunc autem, ita restituto loco, docet quæ orationes expertes sunt moratae, quod non exploratum omnibus est: affirmatq; huiuscmodi esse cunctas illas, in quibus penitus non extat, quod nam aut eligit, aut declinatis, qui verba facit. μόλον enim inquit, atque ita assueranter negavit, ostendens ne tenue quidem vestigium huius rei illic esse oportere, vt verè illæ orationes

nes vacuae à moribus haberi, dici ve possint. Quod si aliquo modo, qui proficiscetur ab hac ratione, cognosci posset, quamvis leuiter, quid ille qui dicit, aut sumit, ceteris repudiatis: aut fugit, non esset vacua à moribus omnino illa oratio, sed non nihil illius naturae retineret: & adumbratos illos, tenuiterq; impressos haberet. Sequitur, declarato iam, quid valeat ἡδος in oratione, explicatio itidem dianœa, de qua nunc agebat: quam positam esse, ac constare inquit in illis partibus orationis, quibus demonstrant, rationeq; aliqua concludunt quippiam aut esse aut nō esse: vt enim probatio alicuius rei confirmationq; sententia est, ita etiam dissolutio ac confutatio. Adiungit vero huic declarationi, vt omnes ipsius partes complectatur. Vel vniuersum aliquid enuntiant, intelligit autem (vt arbitror) dianœam illam, quam Græci suo proprioq; nomine vocant πάροι. Latini verò eodem nomine, quo genus ipsius, sententiam appellant: nam quin hæc quoque dianœa sit, sensusq; animi, dubitari non potest. Distinguit autem illam à superioribus, quia hæc non certam aliquam definitamq; personam attingit vt illæ: hoc enim ipse satis putauit esse nunc ad eas separandas. sed verbum etiam, quo nunc vtitur, cum ipsi valde accommodatum sit, in eas non cadit, quæ probant & ratione concludunt, cum hæc tantum libere edat, quod sentit. Vnde etiam perspicitur hanc ipsam sententiam nunc significare auctorem.

Τέταρτον δὲ τὰς μὲν λόγων οὐ λέξις. Λέξω δὲ, ὡσαφερότερον ἔργον, λέξην τὸν διὰ τῆς σομασίας δρματεῖαν: ὃ οὐκ εἰσὶ τὰν ἐμμέτρων καὶ εἰσὶ τὰν λόγων ἔχει τὸν αὐτὸν διώραμα.

Quartum autem eorum, quæ in oratione quidem manent, dictio. Dico autem, quemadmodum prius dictum est, dictionem esse per verba animi interpretationem: quod, & in vincita metris, & in soluta oratione habet eandem vim.

Quartum locum in partibus tragœdiæ qualibus tribuit dictioni, sive locutionem appellare volumus, quam ipse vocat λέξην, statim autem explicat quid hoc nomine intelligat. Sed antequam ultra progrediar, videtur prius accuratè quærendum quid valeat πάροι initio huius partis positum. ipse sanè arbitror collocatum illic fuisse, vt distingueret hanc à partibus tragœdiæ qualibus, quæ non sunt sitæ in oratione: cuiusmodi sunt reliqua duæ, id est cantus & apparatus: planum enim est has, quævis tragœdiam & ipse qualem reddant, non tamen orationis esse: sed alteram illarum in musicorum instrumentorum sono: alteram vero in ornatu scenæ manere. Nam quin superiores, etiam tres, quamvis illiç id non expresserit, λόγων sint, vt verbo ipsius utrū, dubitari non potest: quæ nanque plerunque prius facta referuntur, verborum auxilio spectatoribus nota fiunt; & mores etiam naturæq; eorum, qui in scenam veniunt, oratione indicantur. Quin autem necessaria ipsa sit in tertia parte constituenda, probare non oportet: eius nanque præcipuus est vsus orationis, vt auctor etiam multo infra aperte testatur, qui inquit, ἵστηται διαλογὴ τῶν τε, οἵσα δέποτε τοῦ λόγου δὲ παρασκευαδῶν. sed ipse quoque superiores has tres orationis esse aliquo modo videtur ostendisse, cum hic inquit, locutionem quartam esse partem πάροι, quasi tres etiam iam traditæ, λόγων & ipse sint. Nullo autem modo puto Græcam hanc vocem; quam sepe repetiū, coniungi debere cum consequente verbo: neque enim existimare possum quid valeat ἡλεγει, πάροι. sed hoc (nisi fallor) constituto, inquit Aristoteles se vocare dictionem expositionem animi, sensusq; sui, quæ fit per verba: excludens, vt opinor, ceteras omnes rationes animi sui indicandi, quæ nominibus non fiunt: neque ope verborum. Vsus autem est eodem hoc vocabulo ὀνομασίᾳ in j. libro Topicorum, ubi proprium, cōmuniter dictum, duas habere partes tradit; quarū alteram, definitionem: alteram verò cōmuni ambabus nomine proprium appellari vult: inquit enim posteriorē explicans. τὸ δὲ λοιπὸν κατὰ τὸν κοινὸν πολὺ αὐτῷ

αποδεῖ

εἰποτελεῖσθαι ὅντας σύνεσιν, προσταχορεύειν τὸν λόγον. Quod uero testatur se id etiā ante ostendisse, significat locū illum, ubi ipse aperte indicauit, quomodo acciperet id verbum: dixitq; se vocare dictionē, ipsam metrorum compositionem: nec est, quod quisquam putet definitionem hanc à superiori disprecare: ideoq; uelit alium locum, non hunc, ab auctore nunc significari: supra enim, cum inquit eam esse compositionem metrorum, metra, quæ intelligit, constant ex nominibus: nominaq; sensus animi nostri exprimunt: quare simul aliquo modo dixit dictionem esse seriem, structuramq; uerborum, sensus animi nostri indicantum: quod nunc tradit. Nam quod hic adiungit, id eandem vim habere in iis, quæ certis mensuris pedibusq; constant, & in soluta oratione, confirmat opinionem meam, quamvis supra de poëtica tantum oratione egerit, quæ iuncta pedibus est: illam enim in his libris accuratè tractat: unde tunc dictionem esse inquit compositionem metrorum: nihil enim in ea est, quod non redigatur ad certa quedam metra ac pedes. Pluribus autem de hoc disputauit, quia non defuerunt, qui affirmarent, alium locum hic intelligi ab Aristotele: ac si etiam iudicij rationem reddiderunt, sed id nimis durum est, vt nullo negotio arbitrator acutos & eruditos viros cognituros. Quod verò in utroque genere orationis id eandem vim habere inquit, exploratum est eandem re significare verbum idem, & in metrica oratione, & in prosa, numerorumq; vinculis soluta: quamvis non omnia verba eodem pacto conueniant utrius generi: habent enim poëtae sua quedam propriaq; verba, quæ non magnopere usurpantur in prosa.

Ταῦ δὲ λοιπῶν τέμπτον μελοποιία, μέγιστον τῶν οὐδυνάτων.

Reliquarum vero quinta est melopœia, maximum condimentorum.

Quatuor iam explicatis, quintam aggreditur tragœdiæ partem, quæ & ipsa qualitatis aliiquid iniungit tragœdiæ: & ut ordine sexta præcedit, ita etiam magis quam illa, ornat & expolit tragœdiam: ea autem est melopœia, quam paucis perlequitur: tantum tradit eam superare ui sua cetera omnia, quæ aliunde importata eō sunt, ut iucundiorē tragœdiā reddant: nam supra quoque accurate de ea non differuit: consiliiq; sui rationem illic reddens, ait, eam habere facultatem omnem suam aperitam: & quæ subito ab omnibus perciperetur, inquit igitur nunc ipsam esse maximum condimentorum: hoc enim prorsus ualent uerba Aristotelis: nec uideo cur hæc uetus mea horum uerborum interpretatio, quæ singula uerba exprimit, tantopere displicerit eruditio uiro, ac magno philosopho, Vincentio Madio. Nam quod sedulo, subtiliterq; contra ipsam argumentari studuit, non videt se contra doctorem suum, quem amat, cuiusq; sententias valde admiratur ac defendit, argumentari: ipse enim nihil aliud tunc præstiti, nisi quod Græcis uerbis paria Latina inueni: quod vt multis locis efficere arduum est, ita hic proclive: quis enim dubitat quin ἡδυτικαὶ Græcis idem sit, quod condimentum Latinis: duobusq; his uocabulis uocatæ ab utraque gente res sint, quæ concinniores, suauioresq; epulas redundunt: nam præter exempla, quæ supra posui cum primum de hac uoce disputauit: docuiq; eam translatam esse: itaque à maximis auctoriis acceptam fuisse, ut hic ab Aristotele, in ij. etiam libro de animo idem, ut intelligatur ualde delectatus esse hac translatione, inquit. ὁ δὲ χρυσός: οἱ δὲ οὐδυνάτων τοῦτον: nam particulam illic addidit, quæ leniret si quid asperi foret in ea translatione: similitudinemq; condimenti habere sicut in illis rebus dixit. Non sequitur autem, vt si una partium harum condimenti uim habere dicta sit ab Aristotele, continuo ceteræ quoque partes esse debeat condimenta: nam poeticæ locutionis, ac totius illius studij, plura condimenta sunt, vt appellata illa etiam à Plutarcho fuere in Erotico, loco, quem supra indicaui: metra inquam, rhythmi, & mele hæc, quorum priora duo genera affirmat nunc Aristoteles uinci ac superari potestate sua à tertio. id est à melopœia: cum his enim confert cantum, id est cum metris & numeris, non cantum humana uoce conformatum cum alio omni genere harmoniæ. Superiores verò quatuor partes nullo modo condimenta.

H' δὲ ὅλος πλαχωμικὸς μὲν, απεχώτατον δὲ, καὶ οὐδέποτε οἰνεῖον τίς ποιεῖται: οὐδὲ τίς τραγῳδίας θώματος οὐδὲ αὖθις ἀγάνος, οὐδὲ νόστοριτῶν ἐστιν. ἔπειτα οὐδὲ ικανωτῆς αὐτῷ τίς ἀποργασίαν πῶς ὁ πλευρῶν τῆς σκηνοποιοῦ τέχνη τίς τῶν ποιητῶν ἐστιν.

Apparatus autem quiddam est, quod quidem allicit ad se animos: maxime autem est expers artis: & minimè suum propriumq; poetices: tragedie enim vis & sine contentione & histrionibus manet. Præterea maiorem potestatem habet in fabrica, constructione ve apparatum ars opificis illius, qui fabricat instrumenta scena, quam ars poetarum.

Hæc est sexta tragœdiæ pars, atque ultima, quam ipse vocat ὄντος. Latini ferè apparatus vocarunt. ὄντος autem appellat, quia illa continentur omnia, quæ oculis spectatorum subiciuntur, vt ornatus scena, uestimenta histrionum, personæ, ac reliqua, quæ vñsi sunt, cum fabula aliqua recitatur. ipse non interpretatur notio nem nominis: erat enim apertum eo tempore, quid ea voce significaretur. sed quam vim res in se habeat, docet. Tradit igitur speciem omnem huius rei, apparatusq;, capere sine dubio animos spectatorum: eandem tamen maxime expertem esse artis. ἀντίκειον autem esse dicit, quia studio suo proprioq;, poëta nihil horum comparat: sed foris illa adportantur: neque enim hæc penitus artificio carent: sed contraria requirunt operam eximiorum opificum, vt res ipsas magis exprimere, & oculis eorum, qui in theatro sedent, obiicere possint. Quomodo vero accipi deberet hoc nomen, ipse consequentibus uerbis ostendit: arbitror enim quod addidit: Et minime proprium suumq; artis poeticae, esse declarationem huius rei: Nec tamen non inueniunt aliquando præclarri poëtae, qui in hoc etiam artem poetica adiuuerint: & ingenio suo huiuscmodi multa excogitarint: vt Aeschylus testimonio Horatij & Graecorum etiam scriptorum. Quare existimari ille debet ea præstítisse non quatenus poeta: nisi aliquis putet ipsum acumine mentis ipsa uidisse, & opificibus, quemadmodum fieri deberent, monstrasse. Docere autem volens Aristoteles verum esse, quod dixit: ornatum scena, ceteraque omnia, quæ, cum recitatur tragœdia, necessaria sunt, atque apparatus nomine continentur, non propria esse studij poetarum, affirmat tragœdiæ vim manere etiam sine studio illo contentioneq;, ac deniq;, sine histrionibus: cum enim scripta fabula legitur accurate, eadem in nobis efficere potest, & eodem pacto animos nostros cōmouere: quāuis in scena omnia sint expressiora ac vehementiora. Vnde non sine causa apparatus ipse positus est in iis partibus, quæ reddunt tragœdiæ qualēm. Qualēm uero ipsam reddit, quia auxilio personarum ac vestium, ceteraque ornatus scena, efficiunt ea, quæ aguntur, aut mitiora, aut atrociora: siue p̄ se ferunt plus aut minus mœroris & hilaritatis, seu deum huiuscmodi aliquo affectu decorantur. Alterum argumentum, quo idem confirmat, huiuscmodi est: quasi enim concedit tragœdiæ absolutiorem esse, magisq; suum opus efficere, cum in theatrum venit, quam cum sumpta in manus ab aliquo, accurate etiam legitur: quare, quamvis comparatio illarum rerum necessaria sit, tamen extat alia ars, quæ magis putat sua interesse, curare illa, atque opera etiam sua moliri, quam ars poetarum: & in eo maius ius auctoritatemq; habet: hoc enim videtur valere κριτήριον τοῦ ἀποργασίας τὸν δίκαιον εἶναι, eam autem esse dicit artenti σκηνοποιοῖς: cum enim hæc σκηνή, quasi uasa & instrumenta scena vocata sint, iuncto nomine σκηνοποιοῖς appellatus est faber ipsorum: quo etiam uocabulo vñsi est lepidissimus comicus in equitibus, ostendens se non diffidere ingenio spectatorum, quin Cleonem cognituri sint, quamvis histrio, qui partes ipsius ageret, vndiq; simulatus illi non esset, quia metu perculsi opum ipsius, hi artifices imaginem eius effingere recusant. Verba eius hæc sunt. οὐδὲ τὸ δίκαιον τὸν αὐτὸν σθένεσθε λόγον τὸν σκηνοποιοῦ εἰδότα. Plutarchus quoque in libello aduersus Colotem idem hoc uerbum

vñspauit,

vñspauit, cum eum vt vanum & qui prodigijs similia multa dixisset, exagitaret: οὐδὲ τὸν σκηνοποιοῦ, οὐδὲ τὰς θεαμάτους, οὐδὲ γραφῖν διαιτῶν, οὐδὲ μητε λέξου πρὸς απότιτην εἰκάσμα τοῦ πάντα, τῶντα μπαρχούντων απὸ τοὺς τιθέμενοι, & quæ sequuntur.

Διωρογεινάντες δὲ τοῦ πον, λέγων μετὰ τῶν τοῖον Σινὰ δὲ τὴν σύστασιν εἰναι τὸν τραγῳδίαν, επειδὴ εἴσερη οὐδὲ πρωτὸν οὐδὲ μέγιστον τὸν τραγῳδίαν οὔτε. καὶ ταῦτα δὲ οὐκέτι τὴν τραγῳδίαν τελεῖσθαι, οὐδὲ δόλιον τραγῳδίας εἶναι μέμνονται, εἰρύονται μέγεθος: οὐτε οὐκέτι οὐδὲ μικρὸν εἶχον μέγεθος.

Explicatis autem his, dicamus posthac qualēm quandam oportet constitutionem esse rerum: quia hoc & primum & maximum est tragœdia. Positum autem est à nobis tragœdiā perfectā ac totius actionis esse imitationem: quæ habeat magnitudinem aliquam: est enim totum & quod nullam habet magnitudinem.

Ostendit quid nunc persequi in animo habeat, explicatis iam quæ haec tenus tradidit. Docuit autem quid tragœdia sit, natura ipsius diligenter euoluta: nec non quot sint eius partes, quæ qualēm ipsam efficiunt: ordinemque earum inter se declarauit. Postulare vero rationem huius artis dicit, ut nunc, cum demonstrarit fabulam & coagmentationem rerum, esse primum & maximum tragœdiæ, qualēm esse deceat potissimum coagmentationem hanc, tradat: qualis enim multis modis res aliqua fit, cum plures sint qualitates, quibus conformari potest: in quibus etiam non nullæ uitiosae sunt. in eo autem in primis studium ponendum est, quod magnam vim ad illud, quod in manibus habemus præclarum efficiendum habet: quodque recte ordineque tractatum multum laudis ac splendoris ei affert: contraquæ neglectum perperamque administratum, corruptit omne bonum ceterarum partium. Nam quod primam tragœdiæ partem ac maximam, coagmentationem hanc rerum esse inquit, valet, vt ostendi, ad probandum in primis in ipsa ornanda summam diligentiam adhiberi à se debere: huiuscmodi verò illam esse supra accuratè declararat. quod tamen nunc repetiuit. Sed etiam ad ordinem ipsum, quem sequitur constituendum: nam aliquis fortasse existimat, explicatis partibus tragœdiæ, quæ reddunt ipsam qualēm, statim oportere exponi, quæ quantam efficiunt, cui hoc pacto respondet. Adiungit autem, constituto officio suo, positum à se supra, tragœdiām esse perfectā ac totius actionis imitationem, quæ magnitudinis aliquid in se habeat. Et sicut cuncta hæc in definitione tragœdiæ collocata fuere, præter vocem ὄντος, quam nunc addit, vt opinor, tanquam declarationem antecedentis vocis: posteriore enim hac certius significatur, requiri in ea actione vt principium ipsa habeat, mediumq; ac finem. Nam ex voce priore πλάτος intelligitur magis rem ad finem perductam esse: exitumq; suum eam habuisse, quam reliquis partibus ipsam præditam fuisse: & fortasse vñsi est μετάλλη: ac pro priore uoce consequentem sumpsit, quia in ea facilius probare, quod demonstrate in animo habebat, poterat, id est oportere, ut actio illa, & principium & medium & finem habeat. Quod si aliqua harum partium illa defituta foret, non esset idoneum argumentum tragœdiæ: nec fabula inde integra componi posset: manifero enim vitetur hac voce, vbi infra probat præditum esse oportere his rebus, quod perfectum est. Cum vero affirmsat & perfectā ac totius actionis tragœdiām imitationem esse: addidissetq; requiri etiam, vt magnitudinem actio illa habeat, rationem reddidit, cur extreum hoc a se positum sit: aliquis enim putare potuisset id superuacaneum & inane esse, quia crederet, quamvis falsò ac sine causa, omne quod totum est, necessariò etiam magnum esse, inquit igitur inueniri aliquas res totas, quæ tamen pusillæ minutæq; sint: hoc autem ita se habere exemplo non paucarum animantium, & aliarum etiam rerum intelligitur, quibus sicut nihil deest,

G iiiij cum

cum tamen exiguum corporis molem habeant. Exempli causa. fici granum minutissimum est: totum tamen illud esse, integrumq; perspicitur: aliter enim tantam arborem nunquam procrearet: eadem fere ratio est omnium seminum, vnde stirpes gignuntur.

Οὐλον δέ εἰσι οὐδὲ χωρὶς μέσον ηγετεῖ τελευτὴν. Αρχὴ δέ εἰσιν, διαμόρφωσί εἰσι μετ' ἄλλο θέσι: μετ' ἐκεῖνο δὲ τέλον πέφυκεν εἴναι γένεθλον. Τελευτὴ δὲ τονιστίον, διαμόρφωσί μετ' ἄλλο πέφυκεν εἴναι εἰς αὐτόγενης, οὐδὲ επιτοπολύ: μετά δὲ τούτων καὶ λοιπὸν οὐδεῖς. Μέσον δέ, οὐκού αὐτὸ μετ' ἄλλο, οὐδὲ εἰκεῖνο δὲ τέλον.

Totum autem est, quod habet principium, & medium, & finem. Principium autem est, quod ipsum quidem ex necessitate non post aliud est: post illud autem aliud natum est esse, aut fieri. Finis autem contra, quod ipsum quidem post aliud natum est esse, vel ex necessitate vel plerunque: post hoc autem aliud nullum. Medium autem, quod & ipsum post aliud, & post illud item aliud diuersum ab eo.

Antequam inferret quod ex hoc duceretur, quod nunc repetitum, à se prius constituto: absoluerecō sententiam, in medio interpretatur verbum, quod usus fuerat: & quia in eo explicando vtitur vocabulis, res significantibus non omnibus notas, illa etiam declarare rectum esse existimauit. primum igitur ostendit, quid valeat διάνοια: quod totum dixi: id autem esse inquit, quod habet principium, & medium, & finem. iisdem autem verbis definiuit hoc nomen Plato in Parmenide, τι δέ οἶλον, οὐδὲ τί τὸ αρχῶν οὐδὲ τὸ μέσον, οὐδὲ τελευτὴν. principium vero inquit Aristoteles esse, quod ipsum quidem ex necessitate non post aliud est: hoc enim primum requiri affirmat in natura principij constituenda, vt ipsum quidem non sit post aliud, quia id, quod post aliud est, nullo modo principium esse potest. intelligere vero debemus omnes has partes eiusdem rei: nihil enim vetat, quin aliter id, quod principium est, multas res ante se habeat, & ipsum post illas sit. Exempli causa. Principium belli, quod Alexander Macedo gessest contra Persas, fuit cum copias in Asiam transportauit, quia nihil antea hostiliter contra regem eum ab Alexandro factum est: nec id factū aliam villam partem eius belli ante se habuit: nec tamen non plurima antea bella extitere, eadem ratio est huius rei. Secundum, quo vtitur ad principij naturam ostendendam, est, quod inquit. Post illud vero aliud natum est esse vel fieri: significat autem vim, notionemq; principij hanc esse, vt aliquid sequi debeat ipsum, quod aut iam sit, aut fiat gignaturq;, si adhuc non extat: principium enim alicuius principium esse debet. Verum quia aliquando contingit, vt non consequatur, id quod consequi debeat, aliquo impedimento oborto, & contra naturam eius rei, docuit hoc Aristoteles, cum inquit πέφυκεν εἶναι: hæc enim verba declarant naturam eius rei, ac quid illa requirebat, quamvis ipsum non obtinuerit: cum enim principium domus sint fundamenta, non semper iactis fundamentis ædificatur domus: non pauca enim ædificia inchoata relinquuntur, & tamen ea uis est fundamentorum: eoq; consilio iaciuntur, vt consequi debeant parietes. Sed etiam quia sit aliquando, vt id, quod inde nasci debet, adhuc factum non sit, quia tempus ipsius adhuc non venerit, non tamen impedire hoc tradit, quin id vere principium eius rei appellari possit. Quare necessaria illic est pars illa γένεθλον: nec tolli inde ullo modo debet, vt non nulli existimarent: nam ratio, qua ipsi opinionem suam confirmarent: quod infra id in definitione finis positum non est: quare non videri hic etiam recte collocatum, infirma, atque inanis est: miror autem eos non vidisse finem non permittere, vt cum impositus alicui rei sit, in ea amplius quicquam gignatur. Non est igitur illic positum, vbi manere nullo pacto poterat: hic uero recte, subtiliterq; collocatum, quia sine eo penitus definitio hæc imperfecta fuisset. Explicata autem

vi & notione principij, contrarium ipsi finem aggreditur, relicta in medio, medij declaratione: minore enim labore, euidentiusq; natura finis intelligi potuit statim post explicationem principij: mediumq; vt interiectum est inter principium & finem, ita eius definitio constat ex partibus definitionum ipsorum. Inquit igitur. Finis autem contra, qui ipse post aliud natus est esse, vel ex necessitate, vel plerunque. πέφυκεν inquit, vt in natura euoluenda principij, quia quamvis ea sit illius rei natura, tamen non semper consequitur finis: quod in explicanda vi principij dictum est. Vel ex necessitate inquit, vel plerunque, quia quibusdam in rebus fieri non potest, quin finis consequatur, vt in rebus æternis, & quæ nihil varietatis in se suscipiunt: quamvis idem etiam contingat in non nullis rebus terrenis: si nanque corruptum est, necessario moritur homo: ac si aliquis ortus est, principiumq; virtutæ habuit, quin occidat fieri non potest. Vt plurimum autem in his quæ ferè viliu veniunt, in quibus non semper naturæ ipsius ordo custoditur, cum in altero illo genere nihil contra rationem fiat. Addit autem ad complendam definitionem finis, post ipsum nihil aliud sequi: nullo enim modo finis ultimumq; esse potest, quod post se aliquid habet, quod eodem referatur: ac pars illius rei haberi possit. in hoc enim præcipue uis finis posita est, vt post ipsum nihil consequatur. Vt contraria principia inde potissimum perspicitur, si nihil ipsum antecedit: cetera vero in utriusq; rei natura quandoque variantur: quod animaduertendum diligenter fuit. Duobus autem extremis declaratis, medium cuiusmodi sit, ostendit: atque inquit illud esse, quod & ipsum post aliud est: quibus verbis separat id à natura principij, quod necessariò non est post aliud: ac post illud (inquit) aliud est, quo distinguit medium à fine atque extremo, cuius natura non patitur, vt proximè dictum est, vt habeat quipiam post se, partem eiusdem rei. Ita autem euoluta vi & totius & eorum, quæ ipsum constituunt, redit ad id absoluendum, quod proposuerat: vt enim hoc, quod sequitur, firmiter construeret, illud tanquam fundamentum iecerat. intelligo autem quod dixit, à se iam supra expositum, tragediam actionis, quæ finem suū nostra sit, imitationem esse.

Δεῖ αρχα τῆς συνεστῶτας δι μέσου, μέσον τοῦ θεοῦ εἰ τυχεῖ, αρχεῖσθαι: μέσον δι πονεύεται, τελευταῖ: καὶ λαζαρίστας τοὺς εἰρηνικαὶς ιδεῖσι.

Oportet igitur bene constitutas fabulas, neque unde sors tulit, temereq; incipere: neque vibicungq; contigit definere, verum vi dictis formis.

Hoc, quod vt certum & exploratum infert, elicitor ex eo, quod supra, à se prius constitutum posuit, & eius accurata declaratione. Si igitur illa vera sunt, vt manifesto sunt, sequitur necessario, vt fabulae, quæ merito laudari debeat, in coagmentatione rerum sedulo illa seruent. Nam quam accurate custodiri debeat hoc præceptum, testatur verbum Δέ, quod officium ac necessitatem quandam importat. vt enim fabulae recte compositæ sint, nihil vitij oportet in illis rebus inesse: neque principium ipsarum temere fortuitoq; sumptum esse: neque itidem illas definere, vbi vertus ipsarum finis non est. Sed & illic incipere, vbi prima facti illius origo fuit: & illic claudi terminariq; vbi postremum eius actionis existit. aliter partes ipsarum male compactæ forent. Cum autem nihil addiderit, quod vitium peruersioneque medij ostenderit, vt principij ac finis fecit, intelligere debemus id ipsum omisisse, vt planum apertumq; ex cognitione extremorum: nec non omnibus in partibus quid oporteat feruari, ipsum docuisse, cum addidit. Oportere bene constitutas fabulas, & quæ laudari hoc nomine possint, vfa esse dictis expositiq; formis & explicatiōnibus earum rerum. id est diligenter attendere debere poëtam, cum aliquam fabulam orditur, vt initium eius facti inueniat, atque inde incipiat, non à medio, parte ve alia, quæ quipiam ante se habeat, ordiatur: eadem ratio est & medij ipsius & finis feruandi. qui autem hoc faciet, vtetur monstratis formis, naturisq; earum rerum.

Ἐτὶ δὲ πεὶ τὸ καλὸν οὐκ ἔδον οὐκ ἄπαν περιῆμα, ὁ σωτήσκει εἰς Ζεὺς, οὐ μόνον τῶν ταπεινούσιν ταχείαν, ἀλλὰ οὐκ μέγεθος ὑπάρχειν μὴ τοῦτον: τὸ καρπὸν καλὸν οὐκ ταχεῖται. διὸ οὐτε πάμπτυρον αὐτὸν γενιοτο καλὸν ἔδον: συγχέται γαρ οὐκ ἔτεια ἐγγὺς τῷ αὐτοῦ τοῦ καρποῦ γενομένῳ: οὐτε πάμπτυρος: οὐ γαρ ἄμφα οὐκ ἔτεια γίνεται. ἀλλ' οὐχὶ τοῦτος δεωρόντις τὸν καρπὸν, οὐκ οὐδὲ λογοτελος εἰς τὸν δεωρόντιον. διὸ εἴ μείον σαδίων εἴναι ἔδον. οὐ τε δέ τοι καθάπτει τὸν σωμάτων, οὐκ οὐτὸν τὸν ζώων, ἔχειν μοι μέγεθος: τότε δέ, διονώσοντος θεοῦ. οὐ τοιούτοις τῶν μέθων, ἔχειν μοι μήκος: τότε δέ, διονύσιον θεοῦ.

Adhuc autem quia pulchram & animantem & omnem rem, quae constituit ex quibusdam, non solum haec ordine posita oportet habere, verum etiam adesse magnitudinem, non quamlibet: pulchrum enim in magnitudine & ordine manet. Unde neque valde pusilla aliqua esse posset pulchra animans: confunditur enim spectatio prope insensile tempus facta: neque valde magna: non enim simul spectatio fit, sed perit emanescitq; spectantibus unum ac totum ex spectatione. Cen si decem milium stadiorum sit animans. Quapropter oportet quemadmodum in corporibus, & in animantibus habere quidem magnitudinem: hanc autem facile circumspici posse, sic & in fabulis, habere quidem longitudinem: hanc autem facile memoria teneri posse.

Peccauit olim in initio huius partis vertendo Paccius: omisit enim vocem magni ponderis, & in qua vis omnis huius argumenti posita est: nec qui postea sensus abditos huius libri declarationibus suis illustrarunt, vitium ipsius animaduerterunt, quare progressum auctoris, viamq; quam ille in eo, quod vult, constituendo tenuit, monstrare aliis non potuerunt: vtitur enim ille quodam, quod est tanquam solum ac fundamentum rationis ipsius. id autem cum supra explicatum non esset, nec planum omnibus exploratumq; foret, constituit diligenter, siue potius admonet, redigitque in memoriam quiddam, quod ita se rem habere certe declarat: testatus enim sum supra, quamvis plerunque quod antecedit ut certum sumatur, aliquando tamen ipsum leuiter comprobari, siue inductione, siue ex communi sensu, & opinione, aut alia demum huiuscmodi leui argumentatione. Illo igitur constabilito, postea infert, similitudine & ipsum adiutum ac subleuatum, quod præcipere vult. Hæc igitur est (nisi fallor) ratio ac via, qua vtitur Aristoteles, ut nunc in singulorum sententiarum explanatione ostendere conabor. Particula vero, quam non expressit interpres, est εἰπεῖ τὸ καλὸν οὐκ ἔπειρνα περιῆμα. ipse tamen reddidit. Adhæc pulchrum siue animal: & quæ sequuntur. Constituta autem (vt opinor) lectio, vim sententiarum declarare aggrediar. Consilium igitur auctoris est tradere, oportere fabulas mediocriter longas esse, ac iustum magnitudinem habere. Quare docet omnibus in rebus, quæ pulchritudine prædictæ sint, hoc requiri, ut magnitudinem habeant. Vnde idem à fabulis, si pulchra esse debent, abesse non possit. inquit igitur. Quia pulchra & animans & omnis res: in Graeco autem sermone neutro genere prolata hæc sunt, quia vocabulum, quod valet rem & ipsum neutri generis est, ut antecedens & Graecum & Latinum, si pro ἔπειρνα, animal redditum est. Quare ipse ut hanc difficultatem tollerem, animans pro animali verti: quomodo sane id verbum ab optimis auctoriis sepè in Latinum translatum est. Quæ constat ex quibusdam: intelligit autem membra partesq;, quæ ipsam

ipsam componunt: in rebus enim, quæ ita constituta non sunt, necesse non est hoc euenire. Non solum haec ordine collocata habere oportet: haec inquam, ex quibus constat, id est membra siue partes: verum etiam adesse illi magnitudinem, non quamlibet: nam requiri verum ordinem in partibus fabulae, nec fortuito illas temereq; collocatas esse debere, iam accurate docuerat: aliterq; laudem nullam consequi ipsas posse affirmarat: ut enim hoc declararet, explicuit quæ esse oportet in eo, quod totum integrumq; est: atque omnia diligenter definit. τὸ τοῦτο autem μέγεθος, quamlibet magnitudinem dixi: ita enim veteres Latino verbo τὸ τοῦτο Graecum vocare consuerunt. Valet enim τὸ τοῦτο, fortuitum & nullam in partem definitum: sed quodcumque illius generis se temere obtulerit: magnitudinem enim habet id etiam, quod valde pusillum est, si tamen corpus ac molem aliquam habet. Quare huiuscmodi magnitudinem excludit ab animante, & omni re, quæ pulchra vocari possit. Cum autem non ita notum omnibus esset requirere, quod pulchrum est, debitam ac iustum magnitudinem: pusillæ nanque etiam mulieres à malis existimatoribus formarum pulchrae creduntur, si speciem corporis elegantem habent, vt constabat oportere partes ipsius rectum ordinem habere: ideo leuiter hoc probat. Ratio autem, quam huius rei reddidit, est. Pulchrum enim in magnitudine & ordine positum est: in ambabus vero his manere pulchritudinem, vt certum sumit. In iiiij. etiam libro de moribus ad Nicomachum idem tradidit: quo loco errorem multitudinis confutauit, cui persuaderi non poterat, non formosos esse adolescentes paruos, cum omnino turpes deformesq; non essent: docet enim quibus vocabulis appellandi illi sint, laudem sane & honorem significantibus: præclaro tamē hoc bono nomineq; pulchritudinis, parentibus. Adiungit autem hic, quod penè idem valet: nam inquit. inde intelligi debere nullam animantem penitus omnique ex parte pusillam, pulchram esse posse: cuius dicti statim causam assert: ait enim Confunditur enim spectatio, quæ penè tempore insensili fit. Significant vero hæc verba, nos cum spectamus rem illam adeo minutam, voluptatem eam inde percipere non posse, quæ capitur ex aspetto reruni formosarum: res enim pulchrae nos oblectant, quia debito spatio temporis teorsum partes ipsarum cernimus. illic autem id non contingit, quia ob brevitatem eius corporis spectatio permiscetur, confunditurq; cum, si omnino momento temporis non fiat: temporeq; quod sentiri non poslit, propè tamen ad id accedit, vt dici vere possit tempore, quod non sensu percipiatur, fieri: Vnde distingui non potest spectatio huius & illius partis: vt eodem etiam pacto voluptas, quæ inde duceretur, non potest degustari. Addit autem, contrarium quoque huius importunum esse ostendere volens, Neque penitus & vndiq; magnum. ipse iuncto verbo hoc ipsum expressit, quo significatur quippiam, quod modum non seruet in magnitudine corporis, sed vastum immensumq; sit: vt supra etiam fecerat in notando eo, quod præter modum exiguum foret: id enim quoque verbum iunctum est. Vitium vero huius declarare volens, inquit, Non enim simul spectatio fit. Cum autem non simul, neque eodem tempore fiat, sed frangatur ac dissipetur animaduersio illa, non colligitur inde plena integræq; voluptas: res enim ille solidam voluptatem gignunt, quæ totas confertasq; se nobis effundunt, non interruptas: hoc enim significavit, cum declarato iam, quod minime fieret: valde opportuno, necessarioq; gignendæ voluptati, docuit quid illic contingeret, aptū ipsi corrumpendæ ac perdendæ: ait enim. Sed abit peritq; spectantibus, quod vnu ac totum ex spectatione nasci debuit: vnum enim & totum est quod gignit voluptatem: id autem illic non est, quia animaduersio illa & spectatio vna totaq; esse definit ob immodicam magnitudinem eius corporis, quod spectat: partes enim ita remotæ sunt, vt simul alicui nequeant, nec vnius corporis esse intelligantur. Nullo autem modo arbitror hic valere τετραπλεῖ, vt quidam reddidit, speculationem contemplationemq; animi, sed oculorum animaduersiōnem, spectationemq; τετραπλεῖ enim quoque apud bonos auctores hoc significat. vnde φιλοτέλεοι vocati sunt, qui cupidi sunt spectandi, & eo studio incitati longinquas terras peragunt. Nec est quod quisquam dicat hoc sensu ab ipso acceptam speculationem, cum infra aperte, quod est εἰς τὴν διεργίαν interpretetur ē contéplantium consideratione. Exemplo vero mon-

strare voluit Aristoteles, si de ab ipso, immensam hanc vastamq; magnitudinem, & inquit. Ceu si decem milium stadiorum sit animal: quomodo enim si tam amplum spatium loci membris suis occupet animal aliquod, uno tempore totum spectari posset? intelligi; partes eius sibi conuenire? Quod autem nunc sequitur est *añtra adiutoria*, redditioq; illius ēnē: non simpliciter tamen prolata: sed repetens superiorem similitudinem: declaransq; quod illic contingit, idem etiam in fabulis coagmentationibusq; rerum ysu uenire. Nec debet aliquis dubitare an hæc redditio sit, quia initio ipsius ēnē positum est, non *ατ*, vt pletunque sit, ea parte manet, aliae nanque inueniuntur & ipsæ ab eadem particula ēnē aptæ, quæ initio consequentis ēnē habent, vt quedam infra non longè ab hoc loco. Nam dē eandem penè vim habet, quam *ατ* haberet: officiumq; demum & quod prætermitti non deceat, significat. Sed hoc quoque scrupulo euulso, inquit. Quare oportet quemadmodum in corporibus & in animalibus, habere quidem magnitudinem: hanc autem facile circumspici posse: hæc enim est similis explicatio, declaratioq;, quomodo se res illic, remota ab omni vitio, habere debeat: cum supra tantum contraria ipsius via ostendisset. Quod autem demonstrare ipsi propositum fuit, est, quod statim his verbis exponitur. Sic & in fabulis, habere quidem longitudinem: hanc autem facile memoria teneri posse: quod enim, iustum mensuram habens, laude dignum est in spectationibus, oculorumq; animaduersionibus, id facile oculis percipitur. In fabulis verò iusta ipsarum longitudine nullo negotio memoria comprehenditur: longitudine enim in fabulis respondet magnitudini corporum & animantium, apposita nanque locutus est, mutauitq; recte nomen: fabula enim vt epistola, longa vocatur: animans verò & res, magna: nam rem etiam supra, cuius imitatio sit tragœdia, oportere magnitudinem aliquam, non longitudinem: habere dixit. Ενωμένοι, quo iuncto verbo significauit modicam magnitudinem, & quæ sine labore vlo vndiq; aspicitur, usurpauit quoque in viii. libro πολιτεία, vbi, vt potuit, monstrauit, qui terminus sit maximæ populi multitudinis, inquit enim. οὐ μέγα τὸν πόλιον οὐ πορθεῖν τὰς αὐτέρες καὶ τῶν δισκούσος. Sed infra etiam hoc ipso in libro, vbi Homerum in cœlum fert: docetq; in quam culpam casurus fuisset, si vniuersum bellum Troianum scripsisset: his enim verbis usus est. λαος γάρ οὐ μέγας, οὐδὲ δισκούσος ἐμπλέκεται. An imaduertendum autem accurate, quid valeat apud Aristotelem σύμπατα: cum inquit καλέστη τὸν πόλιον. ipse sane arbitror hoc nomine ipsum intellexisse res sensu carentes, quæ tamen corpus habeant: nam animalia quoque corpus habent, cum tamen adiungat καὶ τὸν πόλιον. Hoc igitur illæ distinguuntur ab animalibus, quod ab sensu & animo vacue sunt: vt supra enim dixerat. οὐ γάρ οὐδὲ πράγμα: ita nunc ipsum, ordine tantum immutato, puto dixisse τὸν πόλιον τοῦ πόλιον: vt idem hic σώμα valeat, quod supra valuit πράγμα: illic enim quoque arbitror intelligi oportere, rem corpore præditam, ceu domum, arborem, nauim, & non omnem rem: vocantur enim quoque à Græcis πράγματα, res sine corpore, & quæ animo tantum percipiuntur. Quod in extremo huius partis excusi omnes libri habebant τὸν μῆκον, locum hic non habet: culpaq; alicuius librarij commissum fuerat. Quare id deleui, repetitum sine causa. Sed ab exemplaribus etiam antiquis illud abest. Paccius quodque id omisit, secutus fidem veterum librorum. Nendum autem sententiam adiuuet, potius illam corrumpit: si cohærere illic vlo pacto potest: sententia enim ita plana perfecta: est. τὸν δὲ, scilicet τὸ μῆκον, διμημόνου τὸν ἔνα, id est longitudinem, quam habere fabulas oportere docuerat, nullo negotio in memoria firmam retineri: huiuscemodi enim est, quæ iusta est, ac debitam mensuram habet. Vox igitur illa iterum quocunque modo declinata, hic aliena importunaq; est.

Τοῦ δὲ μήκους ὅρος, προς μετὰ τὸν ἄγωνας, οὐ τὸν αἰδοῖον, οὐ τὸν τέχνης θέν: εἰ ταῦτα ἔχειν πραγματίας ἀγωνίζεσθαι, προς μετάμφραστὸν ήγωνίζοντο. οὐτοῦ τοτὲ οὐδὲ ἄλλο τε φασιν: ὁ δὲ οὐδὲ αὐτὸν τὸν φύσιν τῷ περιγραφῇ, οὐδὲ μετὰ ὁ μείζων, μέχρι τῆς σωμάτηλος ἐπι, καλλίτεν δὲ κατὰ τὸ μέγεθος.

Longitudinis

Longitudinis autem terminus ad contentiones & sensum, non artis est. Si enim centum tragœdias oportuisset contendere, ad clepsydras utiq; contendissent: quemadmodum quondam & alijs temporibus affirmant. Terminus autem rei ex ipsis natura, semper quidem qui maior est, dummodo maneat intra eos fines, vt una totus perspicuus sit, pulchrior est, quod ad magnitudinem pertinet.

Cum supra de tragœdię longitudine disputasset: eamq; moderatam, ac iustum esse oportere declarasset, ea ratione qua cognitum est, id est damnata ipsius nimia breuitate, & eodem pacto immoderata eiusdem prolixitate improbata: nec tamen certos eius terminos ostendisset: videretq; desiderari hoc ab aliquo non sine causa posse, rem ipsam distinguit, de qua quæstio nasci poterat: atque inquit oportere prius hoc statui ab ipso, quomodo tragediam intelligat, utrum, vt natura illius perfecta requirit, an vt homines sua quedam commoda fecuti, illam esse iubent. Nam inquit. Terminus longitudinis ad contentiones & sensum relatus, non est artis, id est ars & vera ratio huius rei, si res eō refertur, cogitaturq; oportere illam in scena ab histriobus recitari, & ab his, qui in theatro sedent spectari, non potest terminos figere longitudinis: fortasse enim, quod ipsa verum rectumq; esse sensisset, non probaretur spectatoribus, qui negotiis sèpè distinentur: nec histriones, qui & ipsi alias fabulas agere debent, huic longiori recitandæ tempus haberent. Αγωνίδιον appellat, vt supra fecerat, studia certaminaq; illa histrionum, cum toto animo & corpore in persona aliqua agenda, gestibusq; ipsius exprimendis, occupati sunt: ipsi enim quoque actores histrionesq; Αγωνίδιον vocati sunt. Nec poëtae ipsi, vt quidam acceperunt, intelligendi sunt certare ad clepsydras: nec certamen & contentio est inter illos, vt quæ fuerit præstantior tragœdia, vincat, sed histriones, vt dixi, certare dicuntur, cum totis viribus & animi & corporis nituntur munus suum implere: vel potius aduersarios superare. Vnde etiam illi, quibus hoc obtigisset, dicebantur vincere. quod significauit etiam Aristoteles in ii. libro de moribus ad Nicomachum, vbi distinguit voluntatem ab electione: docetq; non omnino unum idemq; esse. inquit enim. οὐ πορθεῖται τινα γιναῖς ἀστητῶν. Αγωνίδιον verò Græcis est idem, quod Latinis agere: agere autem est histrionum & actorum ipsorum, non poëtarum. Sensum autem (vt opinor) addidit, quia tragœdia spectantur in theatro. Rationem verò statim huius rei reddit, id est quod nemo hoc ab arte iure optimo postulare potest: nec ipse sui munieris esse purat hoc definire. Si enim (inquit) centum tragœdias oportuisset recitari, ad clepsydras eas recitassent, quæ sunt mensura certæ temporis ex aqua. Valet autem hoc (vt puto) ad demonstrandum totum hoc positum esse in voluntate & arbitrio eorum, apud quos fabula recitantur: si enim commodum ipsis sit una auditione, unaq; die magnum numerum tragediarum, & eum quidem definitum, agi, necesse esset adhibere clepsydras, quæ tempus singulis agendis aptum definirent. quod tempus definitum, singulisq; statutum, cum transisset, subito finis imponeretur studio histrionum: intelligereturq; una fabula absoluta. Omnis igitur res magis apta est huic rei statuendæ, quam ars, si spectatur voluntas eorum, qui suis ex commodis aliquid variare, vel multum potius immutare possunt. Addit autem, alijs hoc etiam factitatum fuisse. Cum tamen hoc ipse nunquam vidiisset: nam superiorē ætate mos hic inualerat, citat testem communem famam, consensumq; multorum, qui hoc affirmabant. Vt autem personæ incertæ sunt, ita etiā tempus indefinitum: quasi enim ita loquitur. Vt constanti fama fertur, nescio quo alio tempore factum esse. Neque tamen existimandum est moris unquam fuisse, vt centum tragœdias simul recitarentur, neque hoc valent hæc verba: quis enim non intelligit hanc exuperantiam orationis esse: sed fuisse tempus, quo clepsydra huic rei adhiberetur, vt Cicero docet in Bruto factum esse, quum ob multitudinem castrarum, quæ lege Pompeia in foro agerentur, agendi tempus ternis horis ad dicen-

H dum

dum datis, definitum esset: quod instrumento eodem ut suspicari licet, notaretur: Nam quantopere numerus hic super et veritatem illius rei: dicatq; quod effici nullo modo potest, perspicitur, quia consuetudo erat, ut video r. mili. legisse, tres tragedias tantum, satyramq; vnam eadem die in theatro recitari. Hoc igitur in incerto relieto, declarat, ut potest, terminum naturalem huius rei, quiq; si attendatur ueritas ipsa, spretis legibus multitudinis, merito probari debeat. illum autem inquit semper maiorem latioremq; meliorem pulchrioremq; esse, dummodo contineat se intra id spatium, ut certi simul possit principium ac finis fabulae. Cum enim supra inquit. ὅτε τοῦ μίκρου ὄρος, non terminum tantum intellexit, qui extremum fabulae indicaret, atque ultimum, uerum etiam qui initium: terminus enim longitudinis est, qui claudit ipsam utraque ex parte. Nisi potius aliquis putet ualere hic ὅρον formam & regulam quandam, ut uis est hoc verbo in iiii. libro πολιτικῶν, quum inquit. τοῦ δούλου μητράτων καὶ διγυρχίας ὄρος, ὅταν εἰδέχηται λέγει τὸν αὐτὸν πολιτέας μητράτων καὶ διγυρχίας. Nam quod in extremo positum est, Quod ad magnitudinem facit, hanc uim habet: posset enim in qua hoc boni esset: quæq; pceptum hoc seruasset, alia parte peccare: quare non esset digna fabula, quæ omnino laudaretur, sed illo tantum nomine honorem consequeretur.

Ως δὲ ἀπλῶς διορίζεται εἴπειν, εἰδὼς μεγάθει κατὰ τὸ ἔμοις οὐδὲν αἰσχυνοῦν, ἐφεξῆς γανουμένων, συμβαλλεῖς διτυχίαν εἰς δυσυχίας: οὐδὲν διτυχίας εἰς δυσυχίαν μεταβάλλειν, ἵκανος δέος δέ τοι μεγάθεος.

Ut autem simpliciter, re definita, dicamus, in quanta magnitudine secundum verisimile, vel necessarium, deinceps nascentibus rebus, contingit in res secundas ex aduersis, vel ex rebus secundis in aduersas mutari, idoneus terminus est magnitudinis.

Cum intelligeret se nihil certi de longitudine tragediae statuisse. quod tamen viatio potius ipsius rei, quam sua culpa factum erat: nec posse illo modo explere desiderium eorum, qui aliquid exquisitius in hac re discere cupiunt: nimis enim obscurum & incertum videbatur dixisse, quo longior fabula fuerit, eo pulchriorem fore, quod ad magnitudinem pertinet, vitata tantum prolixitate illa, cuius extrema simul, vnoq; tempore spectari non possint, rursus de eo explanatius agit, adhibita cura illa in termino statuendo, quæ maxima adhiberi potest: hoc enim arbitrator significare, quod pollicetur se traditurum, hac re præscripta & definita, id est *διορίζεται*: de se nanque ut de pluribus loquitur. Illud vero οὐδὲν εἴπειν, non declarat eum generatim communiterq; velle nunc de hoc agere, cum superiore descriptione docuerit tantum, quæ melior sit, ac praefet hac parte aliis: sed valet (nisi fallor) ut simpliciter ac crassō quodam modo agamus: nihil enim certi tradi de hoc potest, nec fines ipsi magnitudinis queunt digito monstrari. Exempli causa. Non potest dici fabula mille & quingentis versibus absolui debet, aut alio quopiam huiuscmodi numero includi: quod enim huic argumento præclarè conueniret, alij nullo modo quadraret. Hoc autem verum esse perspicitur, quia infra vocavit finem terminumq; quem noua hac ratione præfixit, *ιαστον*, id est si non accuratum omnino, exquisitumq; qui tamen non incommodè rem explicet: ac satisfacere animo cuiusq; debeat. Terminus igitur hic, definitioq; magnitudinis tragediae, est in quanta magnitudine secundum verisimile aut necessarium, deinceps nascentibus rebus, contingit in res bona ex malis: vel contra ex rebus bonis in malas immutari. significat autem spatium temporis, quod complectitur tragedia, idoneum & accommodatum fore, si tantum fuerit, ut aptè in eo commutatio illa ingens fortunarum fieri possit: cum res, quæ in ea aguntur, seruato ordine fiant, ut necesse fuit, vel verisimile illas factas esse: si nanque tragedia fingeretur antea exitum habuisse, quam tempus patiatur, quo illæ res effici potuere, peccatum in ea non mediocriter esset.

Secundum

Secundum verisimile autem inquit, aut necessarium, quia ordo rerum, quæ inducuntur in tragœdia, aut verisimile aut necessarium sequi debet: nam quod nascitur ex antecedente re, oportet aut necessario nasci, ut aliter fieri non potuerit: aut verisimiliter, ut plerūque id eo modo se habere contingat: nihil enim in fabula non altero utro modorum fieri debet: nec quicquam illic gestum fingendum est temere & præter rationem.

Μήδος δέ δέ τοι εἶς, οὐχ ὁσπέρ οὐδέν τοι, ἐάν τοι τοιούτοις: πολλὰ γάρ ηὔτε πειρατῶν γένει συμβαίνει, ἐξ τούτων οὐδέν τοι εἶσιν οὐδὲ τοι δέ ηὔτε πολλά εἶσιν, ἐξ οὗ μία οὐδεμία γίνεται περιέχεισι.

Fabula autem est una, non, quemadmodum non nulli arbitrantur, si circa unum fuerit: multa enim & infinita genere contingunt, ex quibus non nullis nihil est unum. Sic autem & actiones unius multæ sunt, ex quibus una nulla fit actio.

Cum studiosè differuisse de longitudine tragediarum, nūc docet, quomodo fabula una verè vocari debeat: in hoc enim quoque error aliquis nasci poterat, qui error poëtae turpem notam inureret. Vnde statim peccatum quorundam refellit, qui perperam de unitate fabulae sentiebant: quare maiorem ad huc causam habuit de hac re præcipiendi. Antequām autem doceat, quomodo res accipi debeat, ostendit rationem, qua illi vtebantur, prauam esse, & minime probari oportere. inquit igitur. Fabula autem est una, non (quemadmodum non nulli arbitrantur) si circa unum hominem fuerit. illi igitur falsò putabant poëtam eum scribere unam fabulam, qui ab una persona non discederet, sed in ea semper maneret: quamuis quæcunque in omni vita is fecisset diuersis temporibus: variosq; ipsius casus, nulla re inter se coherentes, versibus complectetur: vtebanturq; hac tanquam regula quædam certa. Damnato igitur iudicio ipsorum, prauam esse docet, fallacemq; normam eam: & in improbanda illa vtitur argumento à simili: quod enim in his, quæ accidunt, euénit, idem etiam affirmat euénire in humanis actionibus. Quin autem via magnopere, & inter se multum dissimila, alicui contingant, dubitari non videatur posse: sapēq; hoc ita se habere in vita hominum, nullo negotio animaduertitur. Utitur igitur ipso tanquam certo & explorato: multa inquam, vel infinita potius contingere hominibus: quorum non nulla huiuscmodi sunt, ut ex ipsis ynum confici nullo pacto possit, quia sunt adeo diiuncta & separata, ut simul componi nequeant: concedere enim videtur euentus etiam quosdam redigi in unum corpus posse: hoc enim significat illud, quod inquit, ἐπενετών: neque enim hoc cōmune omnium euentuum, perpetuumq; esse vult, sed peculiare quorundam tantum. Explicato autem simili, inquit. Sic & actiones unius multæ sunt, ex quibus una nulla fit actio. Non erat autem tam planum hoc in humanis factis, vt in his, quæ contingunt hominibus: quis enim nescit quanta sit temeritas fortunæ? Quare id, quod firmiter credi voluit, similitudine earum rerum confirmauit, est autem fabula, vt ipse multis in locis testatur, imitatio actionis: aut si plures ipsæ sint, ex quibus tamen comode, de quo hic præcipit, una fieri possit. Videndum igitur an is, quem docui, sensus sit: ducatq; ipse argumentum ab his, quæ contingunt certæ alicui personæ, aut genti, non communiter autem, aut generatim, id est in vita hominum: non enim puto auctorem, ut hoc quoque non taceam, intelligere res naturales, & quæ in vniuerso fiunt, sed facta hominum: neque enim perficio quæ similitudo inter ipsis sit: nec quam fidem acquirere possint exitus rerum naturalium euentui humanae factorum: vt quod illic contingit, hic etiam solum venire, credi statim à nobis debeat. Quamuis autem enunierati non possint, tot sunt, quæ contingunt mortali bus: tamen contingit alicui, vt nunc repente diues fiat: & non multo post patrimonium amittat: alijs vt incidat in latrones: quandoq; vt graui morbo tentetur: nunc vero vt è magno periculo nulla sua industria in columnis euadat: plurimaq; hum

H ij iuscmodi,

iusticemodi, quæ facile cuilibet in mentem venire possunt. Quod igitur in ijs evenitibus fit, ut quamvis ex quibusdam ipsorum tanquam vnum corpus conflari posse, alij tamen componi nullo modo queant. idem etiam in actionibus hominum vnu venire tradit, ut non nullæ ipsarum ita discrepantes sint, ut ex ipsis nullo pacto vna actio, ad quam ceteræ referantur, coagmentari possit: & tamen cum illa ab uno fluxerunt. Quare non omnia, quæ ab uno gesta sunt, vna fabula contineri debent. Quod autem, cum multa esse dixisset, quæ accident, Et infinita addidit, idem augere voluit, uel potius proprius ad naturam eius rei accedere: tam diuersæ enim sunt formæ humanorum casuum: totq; illi numero sunt, si numero comprehendendi possunt, ut uerius ita de illis sermo haberri debeat. Perturbat tamē memagnopere, quod additū est τῷ γένει: passim enim in omnibus libris legitur καὶ ἀπερα τῷ γένει: neque enim video quomodo aliquid esse possit infinitum genere: nec arbitror vnuquam philosophum hoc protulisse: idem nanque, vel diuersum genere ipse dicere consuevit. Ne autem aliquid omittam, quod adiuuare hunc locum possit, veritus quandoq; sum, ne mendum hic aliquid sit: legiq; debeat τῷ γένει: quomodo sane supra in explicando sensu accepi.

Διὸ πάντος ἐόντων ἀμερτάνειν, οὐσι τῶν ποιητῶν ἡρακλῖνος οὐδὲ θησηίδε, οὐδὲ τὰ τοιαῦτα τοιματα πεποιηκόσιν. οἵονται γέροις, επειδής λέων Ἡρακλεῖς, οὐδὲ οὐδὲ μῆδον εἴν τεοσίκειον.

Quare omnes videntur peccare, quicunque poetarum Heracleidem, & Theseidem, & huiuscemodi poemata fecerunt: putant enim, quia unus erat Hercules, unam & fabulam esse oportere.

Cum iam vitium huius rei ostendisset: seduloq; confutasset sententiam quorundam, qui putabant eum, qui ab una persona non discessisset, quamvis omnes ipsius res gestas in omni vita complexus esset, unam fabulam scripsisse, videri inde inquit, peccasse omnes poëtas, qui composuerunt Heracleidem, Theseidem, & cetera huiusmodi poemata, qui hoc non cognouerint: ac falsum iudicium superiorum illorum secuti fuerint. Videri autem omnes errare, inquit, & non omnino cunctos in hoc lapsos esse: quia è numero magno eorum aliqui fortasse extiterant, qui culpam huius rei viderant, & ipsam sedulo declinarant: neque enim ita loquitur ac rem in ambiguo relinquit, quia dubitati posse putet, an qui id commiserunt, peccarent: certè enim, si id quod supra confutatum est, verè improbatum est, illi, qui prauæ ei regulæ assensi fuerant, peccauerunt, ac libere reprehendi poterant. Opinionem autem eorum quoque poëtarum, rationemq;, quam secuti fuerant, conuelli: illi enim arbitrabantur, quia unus Hercules, vel Theseus vel Achilles fuerat, à quibus illi inscriperant sua poemata, argumentum etiam illud, quod contineret omnia Herculis, vel Thesei, vel Achillis facta, unam fabulam haberri debere: tanquam unitas fabularum à persona caperetur, non à rebus, quæ sunt membra partesq; vnius amplioris actionis. Decipiebantur igitur illi aliquo modo indicibus suorum poëmatum. Aut igitur hoc valet, quod auctor inquit εἴη καὶ τὸ μέτον εἴη προσήκειν: aut suas esse partes, decereq;: non partiri ipsius illius facta, pluraq; inde poemata confidere: sed cuncta uno, eodemq; opere complecti, vt fecerunt: cui sententia magis conuenit notio huius verbī προσήκειν, & præterea quod infra de Homero exponitur: Nam quomodo non nulli accepere, nullo modo (nisi fallor) quadrat: vt crediderint, actionis vnius esse quod una sit: contra enim illi à persona ad rem transfere: Nec tamen existimare debemus omnes poëtas, qui à persona aliqua illustri inscribūt sua opera, affines necessario esse huic culpa: neque enim hoc dicit Aristoteles: potest enim aliquis è multis claris eorum factis vnum aliquod eligere, atque illud adhibita diligentia, inculcatisque eo pluribus elegantibus narrationibus, exornare: ac sine culpa tunis à persona illa poëma suum vocare: quod statim fecisse Homerum, summa cum ipsis laude, prædicat. Qui tamen & ipse sicut illi, à persona vel oppidò præ-

dò præclara duo sua opera appellarat. Animaduertendum autem Statium in eandem culpam lapsum, in quam inciderant illi, quos insimulat Aristoteles: in opere enim, quod inchoatum reliquit, Achilleūdemq; inscripsit, profitetur se persecutum omnia facta illius viri: atque ea etiam, quæ omisit Homerus. Vnde orditur eā poësin ab illo tempore, quo Thetis Achillem asportauit in Scyrum, ne ad bellum Troianum vna cum reliquis delectis iuuenibus duceretur: ac finxit ipsum virginem esse. In quanto verò animi errore ipse versatus sit, qui laudi sibi duxerit fore, quod inscritam ipsius arguebat, facile intelligitur. Et quod igitur se remouet ab optimo poëta, cum quo errare etiam gloriosum erat, reprehensione dignus est: & quod præceptum eruditissimi scriptoris neglexit, si hoc vnuquā ab eo scriptum esse cognoverat, quod vix puto. Hæc igitur initio statim illius carminis cecinit, quanquam acta viri multum inclita cantu Mœonio, sed plura vacant: nos ire per omnem (Sic amor est) heroa velis, Scyrosq; latentem Dulichia proferre tuba, & quæ sequuntur.

Οὐδὲ μηρὸς ὁ πατὴρ οὐδὲ τὰ ἄλλα διαφέρει, ϕύγεται τὸ οὐρανός ιδεῖν: οὐδὲ τὰ τέχνη, οὐδὲ φύσιν: Οὐδὲ ποιητας γεράτων οὐκ εἰσώμενος αἴπαντα, δέ τε αὐτῷ σωτέρι. οἷον τολυγένεια μετὰ τὸ Παρνασσόν: μαρτυρῶν δὲ προσωρινός θεός εἰ τῷ ἀγρομούνῳ. οὗ οὐδὲν θάττου χειροπίσιον, αναγνοῦντος λόγου, οὐδὲ τάττον γενέθαι: ἀλλὰ τούτῳ μίαν τροφὴν, οἷα λέγοντες τὸ Οὐρανοῖσαν, σωτήσοντα. δροῖσθε οὐδὲ τὸν Γλαύκον.

Homerus autem, quemadmodum & ceteris rebus antecellit, & hoc videtur pulchre vidisse, siue propter artem, siue propter naturam. Odysseam enim faciens, non complexus est carmine illo omnia, quæcumq; ipsi contigerent. Ceu vulnus accepisse in Parnasso: simulasseq; infanire in cotione exercitus: Quorum nullum altero facto, necessarium erat: vel verisimile alterum factum esse. Verum circa unam actionem, qualem dicimus Odysseam, maneat: eodem pacto & Iliadem.

Homerum declinasse scopulum illum narrat, ad quem ceteri offendent: eumq; solum vitium illius rei præclare cognoscere, vnde ipsum celebrat. Cum autem solus viderit, quod reliquos omnes fecellerat: idq; fieri potuerit aut auxilio artis, quod eximium quandam doctorem nactus fuerit, qui ipsi sedulo præceperit, quæ in eo mutare obeundo seruare deberet: aut naturæ quadam diuinitate, secum dubitar, vtri eorum acceptum id referri debeat. ipsum certe in hoc vicisse ceteros poëtas, vt in aliis omnibus bonis, affirmat: totamq; rem diligenter exponit: Cum enim (inquit) scriberet Odysseam: pangeretq; id carmen, quod ab Ulyss, quem Græci Odyssea vocant, οὐρανοῖσα appellatum est, vt Theseis à Theseo vocata, non cecinit, neque carmine illo celebrauit omnia, quæcumque ipsi Ulyssi vsu uenerant. Verum autem hoc esse ostendere volens: relicta inquam non pauca esse ab Homero, quæ Ulyssi anteacta ætate contigerant, duorum meminit: vnius, cum ille in Parnasso monte dum venaretur ab auro vulneratus est: alterius, cum ad bellum Trojanum proficiunt, dum coirent principes Græcarum copiarum, vniuersusq; exercitus certo in loco cogeretur, finxit infaniam, hac ratione liberaturus se, vt sperabat, illis periculis ac malis: hoc ipsum enim valet ἀγρόπος: cuius nominis etiam ratio aperta est: ab ἀγρόπος enim dictum est, quod significat cogo. Herodotus in Polymnia vocavit ἀπεγρόποι: hæc enim ipsis verba sunt. καὶ Ξερξ τὸν σρατὸν οὐτω τοταγμον ποιεῖσθαι. Euripides in Hecuba, eandem, quam hic Aristoteles coitionem intelligens, appellauit ἀπεγρόποι. Ut militum autem, ita etiam aliarum personarum dicitur aliquando ἀγρόποι. vnde apud Pollucem est ἐμπίστων ἀγρόποι. Coitionem vero hanc & ἀγρόποι, de quo hic Aristoteles, intellexit vetus poëta in carmine, quo vituperatur Ulysses: illud

H iij autem

autem est apud Ciceronem in iij. de officiis. Furere assimilauit: ne coiret institut. Quod ni Palamedis perspicax prudentia: & quæ sequuntur. Quod adiungit Aristoteles declarat, quod paulo supra in posteriore explicatione fabulae longitudinis dixerat: Magnitudinem illam esse iustum, in qua cum res gerantur, ut uerisimile erat illas geri debere, aut necessarium, contingit id fieri, quod exponit: hic enim contra inquit: neutrum eorum huiuscmodi esse, ut altero facto ipsum consequi debuerit aut necessario, aut verisimiliter. intelligitur enim inde haec membra non esse eiusdem corporis: sed partes diuersarum actionum. Quare multum vidit Homerus, qui in una actione exponenda illa reliquit: sequitur enim apud auctorem, cum iam ostendisset Homerum prudenter uitasse hac culpam. Verum quæ circa unam actionem, qualem uocamus Odysseam, constituit: Quæ circa unam autem actionem coagimentasse, inquit Homerum, non unam tantum actionem composuisse, quia poëtam sœpe digressum esse, diuertisseq; aliquantum à proposito, sciebat: ita tamen, ut aptæ essent ab ea actione digressiones illæ, ac quasi minutæ quædam partes illius grandioris actionis. Quare vere dici potest ipsum complexum fuisse, quæ circa illâ actionem. Idem etiam ualeat quod supra dixit, περὶ οὐρανοῦ: non nulli enim arbitrabantur hoc tantum seruare debere poëtam, ut circa vnam personam uersaretur, qui vnam fabulam confidere vellet, ac quamvis cuncta ipsius facta complexus esset, non tamē hoc vim habiturum illius fabulae uiritate corrumpendi. Sed etiam in iij. de arte dicendi, cum tamen de studio hoc, in studiisq; poetarum dissereret, materiam & personas ostendere volens, hac ipsa ratione significauit: inquit enim. πλέον τὸν θεόν ποτὲ καὶ μὲν οὐς οἱ λόγοι. Animaduertendum etiam, cur non dixerit. Λέξης οὐδένας, ut loqui videbatur debuisse, certa rem definitamq; ostendens. sed οὐτοις, quod qualem ualeat, & omnem rem significat qualitate illa ornataam. An ita locutus est, quia actio ea uariari aliqua parte potuit: & tamen Odysseæ nomen retinere: ut non tantum dignam fuisse, quæ ita uocaretur talem, qualem finxit ipsam Homerus, sed tamen etiam qualem alius poeta eandem conformasset, hoc pacto declarare uoluerit. Huc etiam fortasse pertinet, quod in quibusdam libris immutata non nihil scriptura est, legiturq; illic optandi modo λέξης. Eodem quoque pacto locutus est in iij. de arte dicendi, quo loco tradit non debere se in illo libro accuratè agere de omni locutione, sed de illa duntaxat, que utilis est accommodataq; oratori. cum de illa testetur se disseruisse in hac sua scriptione de poetica: inquit enim. Αὐτὸν τὸν τοιάπειρον λέγομεν, quod etiam testimonium ualeat ad confirmandum indicandi modo hic λέγομεν legi debere. Adiungit autem Aristoteles simili ratione Homerum se gessisse in altero argumento: neque tamen accurate hic rem explicat, ut supra fecerat, intelligere uero debemus ipsum, cum scriberet Iliadem, complexum non fuisse cuncta, quæ in eo bello, quod gestum est apud Ilium, contigere: Nam quod ad uerba ipsa auctoris facit. δύοις δὲ καὶ τῷ λέγοντι, πέρι τούτῳ. ut quemadmodum illic ποιῶν οὐδένας, ita hic quoque λέγοντι ποιῶν intelligere debeamus: cum illud ποιῶν commune sit, & huic quoque parti seruat.

Χρὴ οὖν, καθάπερ εἰ τοὺς ἀλλοις μητρικοῖς οὐ μία μήνοις σύνεστιν, οὐτων γὰρ μῆνον, εἰ περὶ αρχέσις μήνοις ἐστι, μαστὶ τε ἐστιν, καὶ ταῦτας ὅλης, καὶ ταῦτα μήνι συνεστῶν τῶν αρχημάτων οὕτως, ὡς τε μεταπέμπονται οὐδοὶ μόροις, οὐδὲ φαιρουμένοις, διαφέρεσθαι, καὶ κυνέονται τὸ λόγον: οὐ γάρ προσον οὐ μὴ προσον μηδὲν ποιεῖ ἐπίδηλον, οὐδὲ μόρον τέλος ἐστι.

Oportet igitur, quemadmodum in alijs imitaticibus una imitatio unius est: sic & fabulam, quia actionis imitatio est, uniusq; esse & huius totius: & partes rerum constare sic ut transposita aliqua parte, vel dempta, diversum reddatur vel moueat omne: quod enim cum adeat vel non adeat, nihil facit apparen, neque pars hoc est.

Hæc

Hæc est tanquam conclusio quædam, qua colligit fabulam unam tantum actionem, non plures complecti debere: quamuis autem res satis iam patefacta esset, in concludingo tamen quiddam adiungit, quod rem cōfirmat: fidemq; non paruam ei acquirit: docet enim cum id in aliis artibus, quæ in imitando studium omne suum ponunt, usu ueniat, oportere idem etiam in arte poetarum, quæ & ipsa imitatrix est, usu uenire: illic enim una imitatio dicitur, quæ unius tantum rei est, non plurium. Quare & hic unam fabulam, quia fabula facti imitatio est, unius facti esse, & huius sane totius atque integri debet. A simili igitur argumentum ducit: intelligit uero picturam: artemque fingendi è luto & simulachra ex omni materia fabricandi, cunctasq; demum alias huiuscmodi. Cum enim Parrhasius fictam simulatamq; insaniam Vlyssis pinxerit, quia illud unum factum fuit, pictura illa una imitatio est. Quod si eadem in tabula eundem ab auro vulneratum in Parnasso monte penicillo expressisset, duæ illæ imitationes fuissent. eadem igitur ratio fabularum est. Imitationem autem hic vocat opus imitatione expressum: quia nanque non plana omnino hic est oratio: neque enim quum dixisset in aliis imitaticibus, infra posuit, quod ipsi responderet, Ita in hac, putaui hoc à me esse notandum. Arbitror igitur intelligi debere artem poetarum, quæ & ipsa, ut illæ, imitatio quædam est. Quod uero aut non appellauit ipsam nomine, aut non addidit, quod requiritur, puto satis ipsi fuisse μίτων fabulamq; loco illius ponere: quum enim perspicuum sit, cuius artis fabula sit imitatio, existimauit vere hoc neminem fallere posse: certumq; esse nota illa significari poeticam. Præcipit etiam aliud, quod in fabula constituenda diligenter seruandum sit: pertinet autem illud ad eius firmitatem, optimamq; partium texturam ostendendam: tradit enim oportere quoque partes rerum earum, quarum fabula est coagmentatio, ita inter se connexas esse: aliamq; ex alia pendere, ut immutata parte aliqua, ordineq; ipsius uariato: vel sublata illa, atque inde dempta, diuersum reddatur, moueatq; totum. Cum vero ratione aliqua, quod dixerat, confirmare uellet, priorem huius præcepti partem non probat, qua affirmarat requiri in bona rectaç; fabulae cōstitutione, ut ordo partium immutatus variet ac perturbet universam fabulam, sed posteriorum tantum: qua docuerat, oportere etiam, ut si quid inde demptum sit, id est corrumperet ac contaminaret fabulam: atque illam quidem à contrario probat: docet enim illud, quod cum alicubi adeat aut non adeat, præsentiam absentiamq; sui non demonstrat: nec aliquo modo se aut illic adesse, aut non adesse indicat, partem illius rei, cui aut habet, aut à qua remotum est, haberi non debere. Ποτὲ δὲ πρότερον ualeat, quod explicara uolui, aliquid scilicet perspicuum, & ut appareat, reddere. Vnde hic μηδὲ ποτὲ ἐπίδηλον, si vera hæc lectio est, significat: ne minimam quidem in partem, ut id intelligi possit præstat, nec ullare declarat aut præsentiam aut absentiam suam. Vidi enim librum calamo exaratum, in quo legitur, aliter interpellatis verbis, & una præterea particula orationis addita, δὲ πρότερον μηδὲ πρόστον, μηδὲ ποτὲ, ἐπίδηλον τὸ δὲ μόριον τοῦ δὲ ἐστιν: quæ lectio irrepsit etiam in librum, qui Parisiis à Guil. Morelio non sine studio multo excusus est: sed utro modo legatur, non magni ad sententiam refert. Nam quod supra inquit μετατίθεμε τὸν μόριον, vñus est illic illo uerbo, quo etiam in quarto segmento ποτὲ δρινεται vñus fuit, cum affirmauit transposita nomina & verba idem significare. Animaduertendum etiam in extrema hac parte dissentire scriptos libros ab excusis: in illis namque, qui in meas manus uenerunt legitur. Σέτι μόριον τὸ δὲ ἐστιν: sententia autem non ualde uariatur: hic enim expressum est, quod in illa sine ullo labore intelligitur: illic enim quoque traditur eam, quæ falsa pars existimata fuerit, cum posset & adesse & abesse: nec tamen signum aliquod dare sui vel aditus vel abitus, non esse partem vlo modo totius illius, cuius falsa putata est, existimandam. Nam in altero etiam pusillo discrimine parum momenti positum est ad sententiam variandam.

Φαινόν δὲ εἰ τῶν εἰρημένων, καὶ ὅτι οὐ τὸ τὰ γενόμενα λέγειν, τοῖς ποιητοῖς δργον δὲν: αἱλ' οἵα δὲν γένοιτο, καὶ τὰ δινατὰ κατὰ τὸ ἔικος, οὐ τὸ αὐτογένειον: δὲν ισορυκος καὶ οὐ ποιητής, οὐ τῷ οὐ ἐμμετρει λέγειν οὐ ἄμετρα, διαφέρουσιν: εἴη

H iiiij

καὶ δὲ τὸ Ήροδότου εἰς μέτρα πιθέναι : οὐδὲν δὲν ἔπειστον δὲν εἴη ισογίας μεταξύ μέτρων , ἀλλὰ μέτρων : ἀλλὰ πούτῳ διαφέρει , τῷ δὲν μήν , τὰ γενόμενα λέγειν : τὸν δέ , οὐδὲ δὲν γενότο .

Perspicuum autem ex dictis, & quod non ea, quæ facta sunt dicere, hoc poëtæ opus est, sed qualia utiq*ue* fieri debuerunt, & ea quæ effici possunt, secundum verisimile vel necessarium: historicus enim & poëta non eo, quod aut metris adhibitis, aut sine metris dicant, differunt: liceret enim Herodori scripta in metra ponere: & nihilominus utiq*ue* historia quadam es- set, si cum metro esset, quam sine metris. Verum hoc discrepat, quia hic dicit ea, quæ facta sunt: hic autem, qualia fieri debuerunt.

Cum ostendisset, quomodo capi debeat fabula vna, confutato errore multorum, qui aliter hoc accipiebant. in illis autem non tantum erant, qui existimarent de scriptis poëtarum, sed è numero etiam poetarum ipsorum non pauci: cumq; præcepisset non nihil, quod ad veram fabulæ constitutionem facit, de officio poetæ nunc disputat, & quid sequi debeat in argumento componendo tradit. Quamvis autem nunc huius rei præcipienda tempus venerit: eius tamen antea semina non nulla iacta a se fuisse docet, vt nullo negotio intelligi potuerit ex superioribus sententiis partes ipsius esse, non ea penitus quæ facta sunt exponere: nec veritatem rerum gestarum attendere, sed cuiusmodi fieri debuerunt, ita ea facta dicere. Significat autem, ex iam dictis perspicuum hoc esse affirmans, quod præceperat supra, & nunc etiam breui tetigerat, poematis partes ita inter se connexas esse debere, vt posterior priorem sequatur aut necessario, aut saltem uerisimiliter: quod non fit semper in iis, qui commemorant res factas: multa enim illic contingunt præter verisimile ac necessarium. Cum verò tradidisset iam illud ipsum, quod expressi: dixissetq; oportere poetam sequi ac pangere οὐείων, adiungit declarationis causa νὰ τὰ δωματά, κατὰ τὰ εἴκος, ἢ τὸ αἰχματῶν: quorum verborum hæc yis est. & dicere demum, quæ effici possunt, proposito sibi ante oculos verisimili, aut necessario, vt scilicet ea facta esse dicant, quæ fieri verisimile fuerit, aut quæ positis superioribus, necessitate quadam geri debuerint: quæ enim effici possunt verisimiliter, aut necessario in aliquo negotio, ea sunt quæ naturam eam habent, vt facta dicantur, qualia fieri debuere. Non igitur immutandam lectionem puto, ut quibusdam visum est, qui existimarunt, uerba hæc: νὰ τὰ δωματά abundare: illa enim constanter in omnibus calamo exaratibus libris manserunt. Quare integra hac parte scriptura est. illic potius peccatum arbitror, quod μύρον in excusis legitur, cum videatur tempore immutato, & pro præsenti præterito facto, χειρόν legendum: neque enim creditit vñquam aliquis poetæ officium esse, dicere carminibusq; suis celebrare, quæ fiunt: ut non defuerunt qui, quamvis falsò, crederent tamen illum res præteritas ac iam factas posse materiam sui operis sumere. & sanè infra, quo loco ponit discrimen inter poetam & historicum, cum idem ferè repeatat, in omnibus libris rectè illo modo scriptum est. Probare autem uolens quod dixerat: non esse (inquam) munus poetæ appositi dicere res factas ac ueritatem illarum rerum sequi, ostendit si hoc fecerit, ipsum partes historici occupaturum esse, munusq; illi suum erupturum, cum verum discrimen inter poetam atque historicum hoc ipsum sit, quod eorum alter narrat res factas ut factæ sunt, cum fideiq; se gerit: alter uero ut fieri debuere, uarians euentum illarum: omniaq; ad id, quod oportuit, redigens. Antequam tamen certum hoc discrimen, & quod nunquam fallit, tradat, tollit, nullumq; esse docet, illud, quo multi vtebantur, in distinguendo poeta ab historico: id autem est, quod orationem aut certis mensuris illigatam, aut solutam, vacuamq; à uinculis pedum, ipsos separare putabant. Non tantum autem momenti ac ponderis in hoc esse significans inquit. Nihil uetare, quin aliquis Herodoti scripta in uersus certasq; mensuras redigat: quare si regula il-

la vera foret, amitteret tunc historici nomen Herodotus, ac poeta fieret: quod tamē non fit: non minus enim illa post, immutatione illa in se suscepta: numerisq; ornata, quam prius illis destituta, historia est. Constat igitur hoc non esse, quo discrepat historicus à poeta: deceptosq; magnopere esse illos, qui ita crediderunt: quare discriminē illud uerum est, quod īdīcauit Aristoteles. Non debet igitur, quod alterius studij proprium est, improbè & cum damno etiam sui usurpari à poetis. Valet uero quod inquit. Non nullos existimasse uerū certumq; discriminē ēlē inter poetas & historicos, quod poetæ uterentur oratione metricā: historici uero ipsa uacua à metris, quia uidebant hoc perpetuo illos seruare: valet inquam ad refellendam opinionem eorum, qui falsō putant extare genus quoddam poetices, quod vtatur soluta oratione: idq; traditū supra ab hoc auctore fuisse arbitrantur: nam quin discrepēt in hoc etiam ab historicis, dubium non est, quanuis existat aliud firmius discriminē, & quod magis naturam illarum rerum attingit: quod etiam non multo post auctor ipse testatur, qui inquit. ὅτι τὸν ποιητὴν μᾶκλον θῆμ μύθων εἴγει δέπι ποιητὴν, ἢ θῆμ μέτρων. Animaduertendum autem, quod ad elegantiam orationis facit, ut hic Aristoteles inquit εἰς μέτρα τιθέσθαι, ita etiam Platonē in ij. de legibus dixisse λόγοις φίλοις εἰς μέτρα τιθέσθαι, cuius loci sententia multo supra à me citata est.

Διὸ καὶ φιλοσοφῶτρον καὶ αὐτοῦ μαύρηρον ποίησις ἴσοριασθεῖν: οὐ μείνει τοῖς ποίησις μᾶλλον τὰ καθόλου: οὐδὲ ἴσορια τὰ καθόληκαστον λέγει. Εἴτι δὲ καθόλου μείνει τῷ ποίῳ τὰ τοῦ ἄττα συμβαίνει λέγειν οὐδὲ τίτλον κατὰ τὸ έπικο; οὐδὲ αἰναγμάτων, οὐδὲ συχάζεται οὐδὲ ποίησις, οὐδόματα επιπλεκτίν: τὰ δὲ καθόληκαστον, τὸ Αὐλικιβάστης ἐπαρχεῖν, οὐδὲ πάθει.

Quare & philosophum magis, & magis studiosum poesis, quam historia est: poesis enim potius quæ in vniversum: historia vero, quæ singillatim fuit, dicit. est autem vniuersale quidem quali homini qualia contingit dicere aut facere secundum verisimile aut necessarium: quod propositum habet poesis, nomina imponens. Singulare autem, quid Alcibiades fecit, aut passus est.

Cum ostendisset poëta munus esse, neglecta plerunq; veritate rerum, cōmemorare illas vt fieri debuere, non vt factæ sunt, hinc elicit corollarij loco. poesim esse rē magis philosophā & magis studiosam grauemq; , quām historiam. Philosopham autem rem intelligo, ut ipse accepit, qui neutrō genere, secundaq; collatione, φιλοσοφίαν προηγεῖται, inquit, in qua sapientia studiosus libenter versetur, & quæ digna sit materia studij ipsius: valet enim φιλόσοφος, quod inferioris ætatis homines, uersati in Latinis literis, philosophicum dixerunt, id est aptum & conueniens viro philosopho, ac studio bonarum artium. Apud Ciceronemq; in v. quæstione Tusculana illo modo scriptum est in melioribus exemplaribus. A quo non modo impulsi sumus ad philosophas scriptiones: & quæ sequuntur: non philosophicas, vt aliis etiam non nullis in locis. Nam quin ita à Græcis etiam capiatur hoc nomen dubitari non potest. Non uno tamen eiusdem auctoris exemplo contenti erimus: nam & in j. libro de moribus ad Eudemum inquit. φιλόσοφον γένος τὸ τοιοῦτον πολὺ ἐκάστου μέθοδον. & in vij. de rep. λέγω δὲ δύο βίους, τὸν περὶ πολιτικὸν, καὶ τὸν φιλόσοφον. Non igitur tantū homines destinati grauioribus subtilioribusq; literis, φιλόσοφοι appellantur, sed quæstiones etiam non nullæ: resq; dignæ animaduersione illorum, ita uocatae sunt, vt priore exemplo patefactum: & uitæ etiam hominum, totæ occupatæ in querenda veritate rerum, ita nominatae, quod posteriore intelligitur. πανδαιστρον igitur significat, maiore studio dignum: magisq; refertum omni uirtute ac laude. Rationem vero eius reddens, inquit. Poesis enim potius, quæ in uniuersum: historia autem, quæ singillatim fiunt, dicit. quibus uerbis putat, si rectè accepta illa sint, declarari: verumque esse intelligi.

intelligi, quod dixit: Ne quis tamen error in illis interpretandis nascatur, ipse explanat, qui sensus eorum sit: nec tamen quid omni loco καθόλευτον valeat, ostendit, sed in hac ipsa re, de qua hic sermo est. Vniuersale igitur esse inquit videre, quibus moribus instructo homini qualia conuenit dicere aut facere, secundum verisimile aut necessarium: id est ut verisimile sit, nulloque negotio probetur omnibus, illum ea dixisse aut fecisse: nihilque, quod postea fingatur aut dictum ab eo aut factum, repugnet ab indole aut vita ipsius. Exempli causa, si iracundum quempiam poëta induxit: si magni animi virum: hi nanque, huiuscemodique; alij sunt ποιηται, id est qualitatibus quibusdam insigniti, oportet eosdem postea tales custodiat: omniaque, singat dicere aut facere iracundè aut fortiter: nam si iracundum postea faceret lentè ferre iniurias: aut magnanimum vicino aliquo malo periculoque, consternari metu, pectaret magnopere: nec, quod decet, seruaret. καθόλευτον autem hoc vocatur, quia nullam certam personam designat, sed in omnem hominem cadit. Nam quod adiungit, de verisimili ac necessario loquens. Quod ante oculos semper propositum habet poësis, planum est, supraque traditum, non verum spectare poeras, sed diligenter attendere, quid neceſſe sit dicere facereque; iis, querum dicta factaque; cantant, ut conueniant sibi ipsis: & quid verisimile itidem, opinionibusque, hominum consenteant, eos aut dixisse aut fecisse. Nam quamvis Homerius Achillem, Hectorem, Agamemnonem, qui certè singulares sunt, inducat aliquid aut loquentes aut gentes, non tamquam ipsos, ut definitas personas, quam ut tales, & ea vita moribusque instructos inducit: perspiciteque; semper diligenter quid illis moribus conueniat. Cum autem hoc fecerint poëta, secumque omnia statuerint, docet eos nomina imponere illis ipsis personis: quod (nisi fallor) significat poetas tunc reliquo vniuersali, de illis agere ut de certis personis, singularibusque hominibus: nomina enim definiunt homines, separantque; ab aliis: neque enim hic arbitror auctorem dicere, quod non nulli crediderunt, poetas querere debere nomina, quae exprimant mores eorum, qualitatesque; illas, quibus notati sunt, ostendant: rarum enim hoc est, & nullo modo necessarium, praesertim in tragedia, cum id fictum apparet: illic autem omnia facta esse, non facta, existimari debeat. Nam Oedipus nomen, cum viatum pedum, tumoremque; ostendat, à simulatis parentibus, rei illi monstranda aptum, impositum antea, non à poeta, fuit. Cum igitur videret Aristoteles hoc quasi repugnare sententiae fuisse, atque id arripere quempiam posse: personæ nanque distincte nominibus, definite iam sunt, quales reperiuntur in fabulis comicorum, ut Chremes, Demea, Pamphilus, Menedemus, & non vniuersales, dissoluit hunc nodum ostendens tempus, quo nomina ipsis poëtae imponunt: tunc enim hæc faciunt, cum omnia iam in animo suo statuerunt: ipsisque; commenti sunt ea fecisse dixisseque; quæ moribus illis naturisque; congruebant. Nam quod ipsis nominibus illis appellantur, aliis etiam sine ullo fabulae damno appellare potuerunt. Altero autem iam nomine, cuius supra meininerat, explicato, alterum aggreditur, exemploque; docet: quid valeat καθέκαστον: id est singulare: idque; esse inquit, quid in vita sua ingenio illo suo acri fecerit, quidque incommodi attrulerit Atheniensibus, aliis ve, Alcibiades: & quid idem ab ipsis persepsus sit, maliisque; sustinuerit: cum enim hoc tractatur, certæ personæ respiciuntur, earumque; euentus considerantur, non ut in rebus, quæ in vniuersum fiunt: illic enim mores illi, qualitatesque; spectantur: nec simul cogitatur quibus illæ impressæ sint: in quibusunque enim hæserint eadem dicta factaque; recte illis accommodantur. Quod vero inquit, significare volens, quæ in vita contigissent Alcibiadi. τι ἐπρεψεν τι ἐπάστε: complexusque; est, & quæ detrimenta ipse aliis importasset, & quæ studio inimicorum in se accepisset, vidit etiam Homerus, quem nihil vniquam fecellit, quod aciem mentis perspici posset, utrumque esse tangendum ab illis, qui plenè aliquam rem commemorare vellet: vix enim fieri potest, ut quipiam alicui molestus sit, quin ipse quoque aliquid mali illo tempore perpetiatur. nam in Odyssee, quo loco inducit Vlysses Demodocum laudantem, qui eximiè cecinerat incommoda, quæ Graeci in bello Troiano sustinuerant: ornatumque; quantum poterat studium illius, fingit Vlysses dicere hoc Demodocum seruasse. Verba poëtae sunt hæc. οὐδὲ καὶ τοιούτη καὶ ταῦτα μόνα τὰ χωρί. Sed etiam in Y eiusdem

dem operis, vbi narrat Vlysses vxori, quæ mala persepsus esset longo illo temporis spatio, quo ab ipsa afluisset, idem custodivit: inquit enim. Αὐτοὶ δὲ οὐλὺς Οὐδυσσῆς οὐα καὶ διάθηκεν Αὐγέρόποιος, οὐα πειθῆσθαι οὐασσεν εἰμιώτες. quamvis hic non tam mala importata ab inimicis, quæ labores molestiasque; quæ non possunt declinari in bello, peregrinationeq; diuturna, propter infirmitatem naturæ nostræ, videatur significare: quod superiore etiam illo loco, quasi tertium addidit.

Ἐπὶ μὲν δὴ τοῖς καμψόδιαις ὅμηρος δὲ λόγοι γένονται: συσκέπτεται γάρ τὸν μῆδον διὰ τῶν εἰκόνων, οὕτω τὰ τυχόντα οὐομάστα νόστοιδεσι: οὐδὲ οὐχ ὁσαδροὶ οἱ λαμπτοὶοι ὄντες τὸν καθέκαστον ποιοῦσιν: Γάρ δὲ τοῖς τραγῳδίαις τῶν γενομένων οὐομάτων αὐτέχονται. αἴτοι δέ τοι πιθανόν εἴτι πειθατον. τὰ μὲν οὖν μὴ γενόμενα, οὕτω πισθεοῦσι οὐτε μάστα: τὰ δὲ γενόμενα, φαντροὶ, διπλάσια τὰ: οὐ γάρ διπλά γένετο, εἰ λοιπόν αὐτά.

In comedie quidem igitur iam manifestum extitit: cum enim constituerint fabulam per verisimilia, sic quilibet nomina imponunt: & non, quemadmodum iamborum auctores, circa singulos homines carmen condunt. In tragœdia autem nominibus, quæ iam fuerint, hærent. Causa autem est, quod aptum ad persuadendum est id, quod fieri potest. Quæ igitur facta non sunt, nondum credimus esse possibilia: quæ autem facta sunt, perspicuum est, quod possibilia sunt: neque enim facta fuissent, si essent e genere eorum, quæ fieri non possunt.

Cum officijs poëtarum meminisset, qui personis, quas inducunt, nomina ipsis imponunt: intelligeretque; non omnes eodem pacto in hac re versari: magis enim hoc comici quæ tragiæ seruant, accuratius de hoc disputat: dicitque; ex comedie rem ita se habere, planum iam factum esse: nemineque; non animaduertisse comicos poetas fingere nomina: ac quomodo ipsis uisum fuerit, appellare eos, quos in fabulis suis inducunt: Cum enim (inquit) res coagentarint, fabulamque; composuerint: hoc enim primum est, in quod toto animo incumbunt: & quod tanquam solum ac fundamentum est comedie: in qua fabrica verisimilibus vtuntur: sequunturque; ea, quasi ducem aliquem, statim imponunt personis, quæ in illis negotiis occupantur, nomina, quæ ipsis in mentem venerint. τὰ τυχόντα enim valet quilibet: quo verbo etiam intelligi puto verum esse, quod supra admonui. non cogi poetam omnino fingere nomina, quæ quadrent eorum naturæ, sed liberum esse, & ex sua voluntate, ne dicam libidine, totum hoc gerere & administrare posse. Cum autem consuetudinem comicorum indicarit, rei magis explanandas causa, à quibus illi tota via diffringant, declarat. iij verò sunt qui scribunt iambos: iambici enim poëtae certas personas perstringunt: inimicosque; sibi homines, aut turpes viros omnibus contumelijs vexant: quæ definite personæ nomina, quibus appellantur, habent. vnde illis etiam ipsi vtuntur in illis infamandis. Hoc igitur quoque exposito, tradit tragicos non valde hoc, neque firmiter custodisse: potiusque; veteribus nominibus, propriisque; illorum hominum, quorum factum aliquod in scenam adducunt, adhæsisse. Consilium autem ipsorum explicat: & quod eos à vero abstraxerit, docet: Cum enim (inquit) id quod effici potest, aptum magnopere sit ad persuadendum, hoc ipsum eos impulit, ut sectarentur certas personas, quorum facta nota essent: videbant enim hoc pacto res illas accommodatas valde fore ad fidem faciendas: quod in primis ipsi quarunt, ac toto animo procurant. Posito igitur primum illo, demonstrat, si contrarium fecissent, ac facta nomina: resque; quas factas esse non constaret, securi fuisserint, eos dubitasse, ne ita certo, quod cupiunt, obtinere potuissent: id est materiam argu-

argumentumq; tractare ad fidem faciendam aptum, quia ea, quæ facta non sunt, incerta adhuc sunt, an effici possint: nec liquido ab hominibus creduntur è genere eorum esse, quæ fieri possunt. Quare sequitur: quod tamen ipse non ponit, vt non penitus apta sint ad persuadendum: hoc enim tantum declarato: Homines (inquā) non solere omnino credere fieri posse, quæ facta adhuc non sunt, redit ad primum illud comprobandum: aitq; dubitari de altero non posse: perspicuumq; esse, quod ea, quæ facta sunt, fieri possunt: breuiq; rationem eius à contrario reddit. non enim (inquit) facta esent, si fieri non potuerint. euentus igitur illorum tollit omnem dubitationem, quæ prius in animo hominum de illa re nasci potuerat. Confirmat autem, quod tradit Aristoteles de instituto comicorum, testimonium Antiphonis, qui totus in eo studio versabatur: cum enim ille ostendere vellet sui generis poëtas maioribus difficultatibus premi quām tragicos: easq; sedulo enumeraret, in illis etiā hoc posuit: dixitq; cogi comicos cū facta nomina noua inuenire: nec non quæ ante illi fecerint, ac quæ illo tempore gerant, conminisci. Verba eius hæc sunt. ἀλλὰ πάντες δέ δύο ματρικαὶ καυγαὶ: καπηταὶ τὰ διακηματά πέρτροι: τὸν γαντικόν παρόντα. idemq; eodem in loco demonstrauit, quemadmodum omni hoc labore leuarentur tragicis: cum enim nomina nota sequantur, statim nomine indicato, succurrere spectatoribus, quid ille incommodi acceperit in uita: quid itidem fecerit: omniaq; subito, sine vlla molestia poëtæ, plana explorataq; esse spectatoribus: quæ in altero illo studio diligenter narrare oporteat. Exemplo vero ille vtitur Oedipi, aliorumq; ac de Oedipo quidem inquit. τι πάσον ξένον, τι πεποίκασ. in quo etiam notandum est ita illum de ipso loqui, vt supra Aristoteles de Alcibiade fecit: cum ambo & quæ fecerint, & quæ sustinuerint personæ illæ, tetigerint: addendumq; hoc etiam superioribus illis, ab Homero acceptis, exemplis: quæ nō tam rei declarandæ causa, quæ sua vi satis aperta erat, quām illuſtrandi optimi poëtæ, sedulo collegi. Animaduertendum autem arbitrii summum doctorem veritatem huius rei magis vidisse comicos quām tragicos: studio enim ipsorum, vt tradit aperte, patefactum iam fuerat, quid rectum esset. Nec non videri eundem sperare tragicos quoque ipsos aliquando hoc effecturos, quod præstare non dubitarint comici: quod factò Agathonis intelligi potest. Cumq; duo sint, quæ plurimum ornent eorum opera: comicorum (inquam) & tragicorum: quæ non omnino simul possint obtineri: hoc est fingere in animo suo quales esse debent: & sumere materiam mirifice aptam ad persuadendum, tragicos tantopere posterioris huius cupidos fuisse, vt penè prius illud contempserint: contrà autem comicos prius bonum secutos fuisse, nec timuisse, ne ea de causa fabulæ ipsorum minus probabiles forent,

Οὐ μὲν ἀλλὰ οὐδὲ οὐτοῦ τοῖς τραγῳδίαις: εἰ δίνεις μεν, ἐν, οὐ δύο τῶις γνωσί-
μων οὔτινον οὐρανόν: τὰ δὲ ἀλλα, ωποιματία: ἐν ἐνίας δέ, οὐδὲν, οἷον ἐν τῷ
Ἀγάθωνος αὐθεῖ: δύοις γαρ ἐν τούτῳ ταῖς, τε ωραίγματα οὐτοῦ τὰ οὐρανά τα ω-
ποιματίου: οὐδὲν οὐδὲν οὐτοῦ σύφραντει, ωστ' οὐ πάντως ἐν τηττέον τῶις παραδε-
δοματίων μάθων, ταῦται οὐδὲ αἱ τραγῳδίαι εἰσιν, αὐτέχθοι: οὐδὲ γαρ γλοσσον τῆ-
τητέον: ἐπει οὐτοῦ τὰ γνώματα ὀλίγοις γνώματα εἰσιν: ἀλλ' ὅμως σύφραντει
πάντας.

Nec tamen non etiam in tragedijs: in aliquibus quidem vnum, vel duo notorum nominum sunt: cetera autem ficta: in quibusdam autem nullum, vt in Agathonis flore: similiter enim in hoc & res & nomina facta sunt: & nihilominus delectat adeo vt non omnino querendum sit, traditis à maioribus fabulis, circa quas tragedia sunt, harere: etenim ridiculum hoc querere, quia & nota paucis nota sunt, & tamen oblectant cunctos.

Cum

Cum morem tragicorum poëtarum ostendisset, qui, discrepantes in hoc à commentis, clara illustriaq; nomina in componendis fabulis sectentur: eaq; ex omni memoria eruant: nec non consilium eorum diligenter explanasset, tradit hoc tamen apud illos non undequaq; firmum esse, cum inueniantur etiam aliqua tragedia, in quibus vno altero ve, excepto: quæ fama perulgata sunt, cetera omnia nomina, ficta sunt: à poëtaq; ipso conformata: sed etiam extare affirmat non nullas, in quibus vetus nullum diuulgatumq; nomen appareat: cuiusmodi esse inquit Agathonis tragici fabulam quandam, vocatam αἴσιον, quæ Græca vox florem valat: in illa nanque affirmat, vt res, ita etiam nomina personarum ficta, & commenticia fuisse: additq; fabulam hanc, quamvis penitus spreuissest consilium tragicorum hac in re, tamen delectare: animosq; spectatorum laetitia perfundere. Tantum autem tribuit iudicio Agathonis, quamvis quod undequaq; ipse ausus erat, alij etiam eiusdem studij homines aliqua ex parte tentassent, ut inde corollarium quoddam eliciat, non oportere omnino tragicum poëtam studere traditis ab antiquis fabulis affixum esse: circa quas fabulas, leuiter immutatas, aliqua parte variatas, nouæ tragedia fiunt: nec putare sibi non permitti totam fabulam ita configere, vt à nulla nota celebriq; persona apta sit: cum exemplo illorum intelligere possimus id nobis licere. Vocat uero hic μῆδους περαστὴν μούσαν, quos infra multo appellat περιλημματάς, ubi inquit non licere poëtis soluere fabulas acceptas à ueteribus: in eadem enim re significanda nunc vtitur persona eorum, qui tradunt: nunc eorum, qui accipiunt, quum hi sine illis esse non possint. Nisi fallor autem huiuscemodi μῆδην uocauit Aristophanes οὐκ ὄντα, quām induxit Euripidem ita cum Aeschylo disputantem βατράχοις, purgantemq; se, quod Phædram nimis sceleratam finxit: ostendit enim fabulam eam veterem fuisse: nec se primum Phædram talem in scenam induxisse: inquit igitur. πότερον δ' οὐκ ὄντα λόγου ποιητὸν πάθει τῆς φύσιδραστηνέστηκε. Nec tamen funditus Aristoteles consilium reliquorum contemnit: tantum admonet non oportere nos anxiō animo id querere, vt si forte illis destinuti simus, non putemus nos vlo pacto tragediam scribere posse. in verbo igitur ζυτῆν, meo iudicio, intelligitur sollicitudo quādam & anxia cura inuestigandi id, quod aliquis putet se ægre inuenitum. id autem perspicitur & ex priore hoc loco, & ex inferiore sententia, in qua iterum ipso vtitur: addit enim, contemnens nimium studium eorum, qui in hoc occupati toti erant: rationemque reddens, cur illi inanem laborem suscipiant. Eft enim ridiculum hoc querere, quia nomina etiam illa nota claraque, paucis hominibus nota sunt, & tamen oblectant omnes: nam quod apud ipsum est μόνημα, referri puto ad nomina personarumq; illustres: de quorum uariis evenitibus tragedia componuntur: vt supra locutus est, cum inquit. εἰ τοῖς μη εἰ, οὐ δύο, τῷ μη γνωσματικῷ οὐρανῷ: de nominibus certe omnis hic quæstio est: usurpari ne debeat uetera tantum ac nobilia, siue etiam nouis ac commenticiis locus sit. Ratio autem, qua confusat curam studiūmq; eorum, qui anxiē nomina nota quærebant, hæc est. docet enim eos ne ita quidem omnino consequi quod cupiunt: cum enim sectentur personas nobiles, quorum facta spectatoribus cognita sint, affirmat illa ipsa, quamvis nota satis sint, paucis tamen è magno numero, turbaque infinita, quæ in theatrum uenit, nota esse: & tamen oblectare uniueros. Videtur igitur ostendere uelle Aristoteles, uoluptatem illam, quæ perfundit animos spectatorum, fontem etiam alium originemq; habere: & non tantum nasci, quia res præteritæ, & quæ liquido intelliguntur è genere eorum esse; quæ effici possunt, magis aptæ sint ad persuadendum. Notandum vero est aliam hanc else ποιησιν οὐρανόν ab ea, de qua multo infra loquerut: nec intelligere ipsum nunc περιλημματά οὐρανόν, uocabula illa, quæ conformata sunt, ad similitudinem alicuius rei ut δούπος, αράβης, βόμβος: eorum enim magis plena est Græca quām Latina lingua, sed ut testatus sum, nomina, quibus singuli homines, ostenduntur, & quæ nunc vulgo à Grammaticis propria appellantur.

Δῆλον δὲ τοὺς ποιητὰς μᾶλλον τῶις μάθων εἰν δει τοιντιώ,
οὐ τῶις μέτρων, οὐδὲ ποιητὴς οὐτα τῶις μέμποντις εἰσι: μημέτου δὲ τοὺς περάξει.

I. καὶ

καν αρχασιμη γενομεται τοιεν, ουδετη ποιητης εσι: τωις και γενουλιων εντοιησιν κωλυεται τοιεν, οια διν εικος γενεθαι: και μωαται γενεθαι, και διεκαιος ειπωι ποιητης εσι.

Per spiculum igitur ex his, quod poëtam magis oportet fabularum esse effectorem, quam versum, quanto poëta est secundum imitationem: imitatur autem actiones. Quamvis igitur contigerit res factas pangere, nihilominus poëta est: rerum enim factarum non nullas nihil vetat huiuscmodi esse, quales verisimile est fieri debuisse: & eius generis ut effici illo modo potuerint, secundum quod ille ipsarum poëta est.

Cum improbasset plurimum studium eorum, qui & nomina, & facta nota toto animo anquirunt: causamq; attulisset, cur illi sâpe sine causa multum laborarent, quasi veritate iam huius rei explorata, sententiaq; sua comprobata, quae est. licet tragicis poëtis fingere etiam nomina, & communisci personas alias, quibus ea, quae apta sunt tragœdiae componenda, contigerint, adiungit planum esse è superiore disputatione: hisq;, quae nuper dicta sint, poëtam, id est effectorem magis fabularum esse oportere poëtam, quam versum: erat enim vetus opinio multorum, qui putarunt omnes eos, qui carminibus aliquid condent, poëtas esse, quamvis argumenta non fingerent, nec res villas imitarentur. ipse igitur contrâ tradit planum & exploratum ex his esse, quamvis etiam versuum usus proprius sit poëtarum, tamen maius studium ponere ipsos debere in fabulis componendis, quam in versibus condendis: ac tanto maius, quanto magis poetam reddit efficitq; imitatio, quam vincita certis pedibus oratio, ac versus denique ipsi. Addit autem alteram propositionem, qua facilius concludatur, quod probare vult, Poetam, cum imitatur, imitari res: recordari autem debemus fabulam esse coagmentationem rerum. Adiungit tamen Aristoteles, quod valet ad illos, qui contra sentiebant, subleuandos, vel potius ad difficultatem quandam tollendam, Quod si forte contigerit poetam scribere res factas, nihilominus poëta nomine dignus erit: argumentari enim aduersus ipsum ita aliquis potuisset. Tuo igitur iudicio omnis poëta, qui rem factam canit, poëta non est, quia qui rem præteritam narrat, nec imitatur fingitq; poëta non est. ipse igitur hoc videns refellit, atque inquit. non omnes eos qui hoc tentent, aut fortuito incident in res, quae exitum iam habuerint, in culpa esse, quia fieri possit, vt res aliquæ factæ, ita factæ sint, vt verisimile sit illas factas esse. & esse denique huiuscmodi, vt effici potuerint. quo nomine (inquit) ille poëta eorum aliquo modo est: officium enim poëta est verisimile factari, & ea quæ effici possunt, sumere. quod in illis rebus illo modo factis, non desideratur. Retinet igitur hac de causa nomen poëtae: nec quicquam gerit, quod à persona illius alienum sit. Animaduertendum autem, quod inquit. καν αρχασιμη γενομεται ποιηται. si contigerit enim (inquit) ac causus ipse tulerit: nullo enim modo vult poetam rem gestam exponere, quia gesta est: hoc enim historici officium est: sed si forte aliquando hoc fiat, vt in fabula componenda incidat in rem factam. si eo modo illa facta fuit, quo docet, tunc est apta poëtae, nec ipse reprehendi vlo pacto potest.

Τωι δὲ ἀνθλων μήθων και τεργέτεων αι ἐπεισδιώδεις εισι γέρεισαι. λέγω δὲ ἐπεισδιώδης μήθων, ει φταί τα ἐπεισδιά μετ' ἄλιλα οὐτ' εικος, οὐτ' αἰάγκη θίναι. ποιεῦται δὲ ποιεῦται χαρι τωις φαύλων τοιητῶν δι' αὐτόν: χαρι δὲ τωι αγαθῶν δια τέ τοιηρίζει: αγανίσχεται γρα ποιεῦτων ισχε παρὰ τηις διώλαμιν παρατένοντεις μήθων, πολλάκις διατρέφειν αιαγηδίσουται ει φεξις.

Simplicium

Simplicium autem fabularum & actionum, episodicæ sunt pessimæ. Appello autem episodicam fabulam: in qua episodia altera post altera neque verisimile, neque necesse est esse. Huiuscmodi autem efficiuntur à malis poetis propter ipsos: à bonis autem propter histriones: concertationes enim facientes, & supra vires fabulam extendentes, sapienter coguntur distorquere ordinem.

Cum quid in eis fabulis bonum esset: quomodoq; partes earum constitui deberent, ostendisset, nunc præcipit, quid merito reprehendi in illis aliquando possit: virtutæq; earum, ea maxime parte, qua superiores laudarat, demonstrat. Inquit igitur. Omnium simplicium fabularum illas esse deterrimas, quas episodicas appellat. significans in hac re nullo alio modo tantopere peccari posse, quantopere hoc committendo. Addidit autem declarationis causa post vocem μέτων, quod illius ipsius rei, quæ voce illa ostenditur, notionem, vimq; exprimit. id est και τηρεσίαν: fabulæ enim sunt actiones: id est res, quæ factæ sint à poëta illo modo gestæ: earumq; ipsarum series ac coagmentatio. Relicto vero priore, statim in consequentia sermonis respondet posteriori verbo, quod ipsum facere manifesto declarat diuersum genus verborum cum, quod infert, mulierem sit: ac respondeat huic ipsi: virilis nanque generis verbum est, quo apud Græcos fabula vocatur. Sed infra eijam, quum inquit τοιηται δε ποιεῦται, eadem de causa accipi debent πράξεις. Ne quis autem error sit in sensu eius vocis, qua vitium harum actionum, fabularumq; indicat: illas enim επεισδιώδεις vocat, explanat quæ vis notioq; huic nomini subiecta sit: episodicamq; fabulam esse ait, in qua episodiiorum ordo malus est: nam episodia: id est digressiones, resq; non nullæ extrinsecæ, inculcate in medium fabulam, rectè & ordine collata illuc non sunt: si nanque illa verum ordinem tenerent, atque alterum ex altero natum, aut necessario aut verisimiliter, foret, non à se fabulam appellarent: cum enim omnes fabulæ aliqua in se contingant episodia, quibus ipsarum corpus augeatur, non tamen omnes episodice nuncupantur, sed illæ tantum, in quibus hac parte peccatum sit. à vitio igitur ipsæ ita vocatae sunt. Ut enim res ipsæ, quarum fabula est coagmentatio, ita inter se connexæ debent esse, vt, quæ sequitur pars antecedentem consequtatur aut verisimiliter aut necessario, sic etiam quæ importatæ eò, & aliunde adiectæ sunt, eodem nexu aliquo modo inter se illigari debent. Quæ etiam origines huius mali, causæq; sint, indicat: easq; duas esse affirmat. inscitiam inquam poëtarum, & cupiditatem seruendi histrionibus: malos enim poëtas tradit labi in hoc sua culpa: & quia rationem eius artis, quam tractant, non teneant: qui errore illo duici, non intelligunt se peccare: bonos autem, id est eruditos & prudentes, quia nimis studeant placere & gratificari histrionibus. radix igitur huius culpæ tunc in histrionibus est: nam poëtae ipsi vident quid faciant: ac nisi deprauarentur ab histrionibus: desiderioq; satisfaciendi studio ipsorum à vero abducerentur, hoc vitio vacarent. Reddit autem rationem diligenter Aristoteles, cur obsit famæ, virtutiq; poëtarum cupiditas hæc placendi histrionibus: & inquit: verba enim Græca nunc ponam, cum difficultatis non parum in se habeant. αγνίσχεται γρα ποιεῦται. Primum enim accuratè videndum est, quid valeat hic αγνίσχεται: & qui sint, qui αγνίσχεται faciunt: ipsi ne poëte, an histriones. Suspiciari vero aliquis non sine causa posset, ex verbo, quod sequitur, accipi debere poëtas: ποιεῦται enim proprium est poëtarum: atq; hoc pacto ποιεῦται αγνίσχεται, significaret, inferere in fabulam locos non nullos aptos concertationibus excitandis, & in quibus histriones studium suum ualde exercere possent. Sic autem manifesto fabula extenderetur, & connexio illa rerum seriesq; frangeretur: nam quod sequitur, Et supra vires fabulam extendentes, sâpe numero distorquere coguntur ordinem. Producere fabulam, pertinere videretur ad poëtas, non ad histriones: & officij illorum esse. nec tamen cadit in illos, quod in ea sententia inclusum est παρὰ διώλαμιν: illis enim facultas, cum boni poëte dicti sint, deesse non potest. Videndum igitur an valeat, supra id, quod fabula ipsa fert: videretur enim fa-

I ij bula

bula id non pati: cum, si id fiat, rerum ordo, seriesq; in ipsa corrumpatur: cetera enim præclare conueniunt: poëtis enim ipsis imponi necesse videtur, si adiuuare velint studia histrionum, interrumpendi seriem rerum: & quod ἐφεξεις ab auctore appellatur: à Latinis autem, deinceps, dicitur. Quod si quis capere malit histriones, putetq; hoc de illis dictum esse, ποιητὴ γνωσματικός, tunc histriones intelligentur, cum in agenda fabula motus corporis excitant: contenduntq; vehementer, ac diutius in hoc studio manent: in hoc enim opere occupati producunt atq; extēdunt fabulam, magis quam aut ipsa ferat, aut vires eorum sustineant, quia histriones ipsi in his concertationibus defatigati, coguntur postea sepe numero distorquere & suo rectōq; ordine deducere seriem coagmentationēmq; illam rerum: hoc enim appellavit ἐφεξεις, quia constitutum iam est quid quāmq; rem, antecedentēmq; partem consequi debeat. Natio autem vīsq; eius nominis ἀγνωσμα variaatur, prout locus totus capit. Vocabulo vero hoc ipso vīsus est Plutarachus in commentario, quo concise nunc exponitur collatio Menandri & Aristophanis comicorum: quæ commoda enim bonaq; attulerit Græcis diuersis temporibus ac locis Menander, exponens, inquit. Οὐ δέ Μελάρχος μετὰ χαρίτου μάλιστα ἔωστε αὐτοῖς τοιχοῖς παρέχειχεν σὲ διατριβῆς, σὲ συμποσίοις, ἀστρανθούσαις, καὶ μάζημας, καὶ ἀγάνιμα κοντάτου, ὃν ἡ Εὐλάτις οὔποτε καλῶν, παρέχειν τὸν ποιηστήν. Pertinet vīro (vt opinor) id verbum eo loco ad actionem: docet enim poëtam eum acumine ingenij sui multum dignitatis attulisse poësi: fecissēq; vt magna cum voluptate & legi possit: multāq; e fabulis ipsius discit: nec non vt fabulæ eius agerentur ab histrionibus aptè. Vnde ipsi quoque histriones ἀγνωστὰ vocati sepe sunt ab hoc ipso fortassis studio concertationis. Animaduertendum autem loqui hic auctorem, de fabula vt de re solida, & quæ corpus habeat: huiuscemodi enim res & extenduntur, & distorquentur, vt corium, pannum, ferrum ue aliiquid, aut lignum. vīsus igitur est uerbis translatiis ob similitudinem harum rerum. nam quod παρατένονται inquit, addita præpositione παρὰ huic uerbo τέλει, id fecit, ut ostenderet uitium huius rei, ac deprauationem: hanc enim vim haber in compositione uerborum præpositio illa, ut perspicitur etiam ex hoc auctoris loco: qui multo infra inquit; cum expōneret argumentum Odysseas καὶ παραφυλακῆσθαι τὸν ποσειδῶνας. Aristophanes quoque ita fecit βατράχοις Xanthiam serum loqui, cum ostendere uellet se sine vilo indecoro motu plagas perpessurum. Ιδοὺ σκότειρ, λέ με παρακούσατε ιδοὺ. nam qui vehementer sensu doloris tenentur, hoc ferè committunt, ut membrum aliquod partem ue corporis aut contrahant, aut sua tanquam sede moueant. Διατρέψει etiam protulit Aristoteles in primo de arte dicendi μεταφορικάς, ut hoc in loco. vbi accusauit oratores, qui, facta ad id oratione, corrumperent iudices, & tanquam machina aliqua adhibita, ipsorum animos deprauarent, ac distorquerent. Exortitur hic etiam scrupulus, cur de fabulis loquens ἀπλῶy addiderit, quasi hoc eueniire uelit in eo potissimum genere fabularum, quæ simplices & non nexæ sunt: atque eo magis ille molestus est, quia nondum tradidit, quot species fabularum sint: nec docuit quasdam simplices esse: quasdam uero, plexas. idem autem, ut arbitror continget in fabulis etiam plexis: nam plexas quoque puto ἵπποσοδεῖται esse posse. An ualeat quicquam ad eum euellendum, quod tragœdia simplex sua sponte non ualde elegans est: cui si accesserit hoc uitium, merito deterrima uocari potest. Aristoteles certè coagmentationem fabule pulcherrimæ uult esse nemam.

Ἐπεὶ δὲ οὐ μόνον τελέασθαι τοχέεως οὐ μέριμνος, ἀλλὰ καὶ φοβερῶν καὶ ἐλειών. ταῦτα δὲ γίνεται μάλιστα τοιαῦτα, καὶ μᾶλλον, ὅταν γείτοι τοιχά τοὺς δέξαις διάληκα: εἰς τοὺς θαυματοῦ οὗτος ἔξει μᾶλλον, ἢ εἰ ἀρχὴ τοῦ αὐτομάτου, καὶ τοῖς τύχησι: ἐπεὶ καὶ τῶν ἀρχῶν τύχης τοῦτα θαυμαστά τατα δοκεῖ, ὅτε ὥστε ἐπιτιθέσθαι φαύνεται γηρονται. οἷον ὡς ὁ αὐτοῖς ὁ τῷ Μίτνος εἰς Αἴγαιον τὸν διάτονον τῷ Μίτνῳ, θεωρεῖν περιμετρούσιν: ἔστι δὲ τὰ τοιαῦτα οὐκ ἐπικατέχει. ὡς τε αἰάγκη τοιούτοις ἐπικαλλίους μύθους.

Quia autem non solum perfectæ est actionis imitatio, verum etiam terribilum

bilium & miserabilium: hec autem fūnt maxime huiuscemodi: & magis quando fuerint præter opinionem inter se connexa: admirabile enim sic habebunt, magis quam si à casu & fortuna: quia & eorum, quæ à fortuna fūnt, hec maxime admirabilia videntur, quacunque tanquam ex industria apparent facta fuisse. sicut statua Δίκης Argis interfecit eum, qui causa interitus Δίκηi fuerat, cum in eum spectantem incidisset: videntur enim huiuscemodi non temere facta esse. Quapropter necesse est huiuscemodi esse pulchriores fabulas.

Cum auctor ostendisset oportere fabulæ partes inter se connexas esse: atque ea, quæ sequuntur, nasci ab iis, quæ anteceaserunt aut necessario aut verisimiliter: nec non contrarias his aliquo modo fabulas damnasset, id est in quibus episodia diuinata sunt, tradit nunc quæ fabulæ pulchriores sint: & facilius, quod ab iis expectatur, præstent. Hoc autem toto animo procurari debere: ac sine ipso tragœdiam ornatum, omnibusq; numeris expletam non fore, ex definitione ipsius, supra posita, declarat. Quod si nihil aliud in tragedia requireretur, nisi vt perfectæ integræq; actionis imitatio illa foret, ea quæ adhuc tradita sunt ad eam perficiendam, & omni virtute cumulandam, satis fortasse fuissent: verum quia tragedia, vt ipse testatur, non solum plenam integræq; actionem referre debet, sed etiam casus quosdam & ad timorem iniiciendum, & ad misericordiam mouendam accommodatos, ideo declarat, quæ ratio sit rerum harum formidabilium, ac misericordiarum plenarum, conformandarum. apta igitur est à definitione hæc præceptio: solumq; ac fundatum habet ipsius partes: sic enim argumentatur, posita initio particula illa, quam sepe docui illuc ab ipso collocari, cum aliquid aut iam explicatum, aut sua sponte planum, statim adiungitur, & quam necessario infra consequitur quod inde pendet, atque ipsi respondet. inquit igitur. Quia autem imitatio, scilicet tragœdia: hoc enim desiderari videtur ad sententiam complendam: quod tamen ipse omisit, quia dubitari non poterat de qua imitatione loqueretur. ita vero accipio, quia articulus est ante postremum verbum μήμονις: quod si illic ille non foret, intelligerem tragœdia. Quia igitur illa non solum perfectæ actionis est imitatio, sed etiam terribilium ac miserabilium, scilicet imitatio est. in definitione autem hæc complexus est, cum ait tragœdiam non vti expositione ad purgandum animum eorum qui audiunt, liberandumq; impetu perturbationum, sed misericordia & metu. Declarato igitur, vel potius in memoriam eruditorum redacto, imitationem hanc, esse imitationem rerum formidolosarum ac miserabilium, putauit officij sui esse, quomodo conflari possit aliquid valde aptum ad metum incutendum, misericordiamq; mouendam docere: quare mentione nulla officij sui facta, inquit. Hæc autem maximè fūnt huiuscemodi: hæc intelligens, quæ mutuo inter se hæserint, & quæ ipse vocat διάληκα, quod verbum in extremo huius sententia collocatum est. Fieri vero huiuscemodi dicit, id est & terribilia & miserabilia, significans obscure, quæ ita apta inter se & cohærentia non fuerint, non talia fieri: nec esse apta valde ad metum iniiciendum, & ad misericordiam in animis spectatorum excitandam. Si igitur hoc pacto verba hæc accipiuntur, sententia sanè procedit: sed molestum est, quod quæ refert prius verbum τῶν, non appellata sunt vicino superiore loco. Si autem putarem us illo nomine significari, quæ propè nominata sunt: id est φοβά & ἐλέων: intelligeremusq; omnem locum hoc pacto, vt dixerit, quæ speciem aliquam habent rerum formidolosarum & miserabilium fieri huiuscemodi, id est augeri in illa sua vi ac facultate: fieriq; magnopere & terribilia & miserabilia, cum fuerint διάληκα, id est, quum alterum ex altero penderet, esset fortasse sententia hæc melior existimanda, faciliorq; aliquanto verborum ordo, cui præceptioni statim auctor adderet, magis adhuc ipsa talia fieri, quum id contigerit præter omnem opinionem: vt primum scilicet dicat illa facta, quæ sanè sunt & miserabilia & terribilia, magis talia esse, quum

I iii fuerint

fuerint *δάκηλα*: statimq; rem augens, magis adhuc ipsa & miserabilia & terribilia fieri affirmet, quum extiterint talia, id est *δάκηλα*, præter expectationem: & sanè facile credo voluisse hoc Aristotelem dicere: quamuis ita etiam scrupulus aliquis in verbis sit, vt qui attente leger, nullo negotio intelliget: cui difficultati additur, quod à mendo non omnino securi animi sum: magnopere nanque variatam lectionem offendit in scriptis exemplaribus: cuncta enim quæ vidi, magno consensu habent. *ταῦτα δὲ γίνεται καὶ μάλιστα καὶ μάλιστοι*: & quæ sequuntur: vitiosam quidem illam & perturbatam: quæ tamen à me in tantis salebris silentio præteriri non debuerit. Sed cum certius explicare hunc locum non valuerim, omnemq; hinc penitus caliginem pellere, eo relicto, ad ea, quæ sequuntur accedam. Nam illas res, cum contra sententias hominum fuerint *δάκηλα*, id est alteræ ex alteris proficiscentes, atque ita inter se mutuo consentientes, futuras adhuc esse magis terribiles ac miserabiles, manifesto affirmat: neque dubium hic ullum in verbis etiam est. quod tamen diligenter probat: docet enim sibi habituras eas magis admirabilitatem, quam si temere, fortuitoq; fiant, id est si non fuerint *δάκηλα*. Sed hoc etiam comprobare volens, res scilicet consilio factas & certo quadam ordine, tunc fore admirabiores, cum exitus initio medioq; responderit, quamvis id non expectaretur, tradit ex iis rebus, quæ sine dubio à fortuna prouenerunt, casuq; gestæ sunt, omnes illas videri maxime admirabiles, quæcumque quasi ex industria apparent extitisse: & exhibito studio factæ ab imperitis iudicantur. Intelligitur autem ex verbis auctoris, facta *δάκηλα* contraria esse corum, quæ vocat *ἀπότρυχος*: quæ nanque casu & à fortuna geruntur, non sunt inter se nexa mutuo ullo vinculo, ac temere fiunt: quæ vero *δάκηλα* uocat, ideo vocata sunt illo modo, quia alterum, ex altero manat, atque inde aptum est. Sunt igitur, quæ fortuito eueniunt, atque ita à fortuna gesta creduntur, *μετάλητα*: temporis nanque variant notionem functionum horum nominum diuersæ præpositiones, quæ eidem voci initio applicatae sunt: nam accuratissimus doctor infra etiam aperte testatur: magni referre dicere quipiam fieri *δάκηλα*, aut *μετά τάξις*. de quarum, non magnopere dissimilium, vocum magno discrimine, suo loco accuratius disputabo. Exemplis autem rem illustrare volens, & quæ res huiuscmodi sint, ostendere, quid forte euenerit in Argo ciuitate cuidam, qui dolo interitum Mityi molitus fuerat, exponit. Cum enim Mityi mortuo virtutis ergo statua à ciuibus suis erecta esset: ac post spatium aliquod temporis improbus ille ac pestifer ciuus eam contemplaretur, cecidit statua in hominem, atque ipsum necauit. Rationem etiam, facto hoc narrato, reddit Aristoteles, cur ea sint admirabiliora: quæ ratio est, quod illa, quæ sanè temere casuq; facta sunt, non casu administrata videntur, sed consilio deorum ac ratione. Plutarchus in libello, quo differit de sera deorum animaduersione in improbos quosdam, ac consceleratos, eandem rem narrat aliquantum variatam: tradit enim occidisse illum impurum hominem Mityn in urbe seditione concitata: cum hic noster innuat eum potius obscurè, fraudeq; illi mortem importasse, & alia etiam huiuscmodi non nulla sunt; in quibus eandem rem tradentes graues scriptores, leuiter inter se dissentient. Simile uero huic est, quod veteres auctores de C. Cæsare memoriæ prodiderunt, interfecit eum fusile in curia Pompeiana, ante ipsius Pompeij simulachrum: cum enim id casu factum esset, videri poterat consilio deorum administratum: ut scilicet qui armis iniustis dignitatem eius uiolasset, pœnas aliquando daret clarissimo viro tantæ iniuria. Item, quod à Cicerone traditur pro Milone: quod tamen ipse ostenderet non temere accidisse, quia utile id erat causa Milonis, P. Clodii ante sacrarium bona deæ, cum præcium cum Milone commisiffere, vulnus illud accepisse, quo mortem obiret: vt, quemadmodum Cicero factum id interpretatur, non absolutus Clodius iudicio illo nefario videretur, sed ad hanc insignem pœnam referuatus. Quod sequitur autem apud Aristotelem, Quapropter necesse est huiuscmodi esse pulchriores fabulas, est *εἰπατέσθοσις*; redditioq; illius ἐπει, quod supra adnotauit: clausula enim totius huius accurate disputationis: eiūsq;, quod probare voluit tanta diligentia hoc est.

Eis;

Eis dñe πῶς μέθων: οἱ μὲν, ἀνθοῖ: οἱ δὲ, πεπλεγμένοι: καὶ ταῦτα αἱ τρεῖς, ὃν μηδέποτε οἱ μέθοι εἴσιν, ὑπαρχούσιν σύνθετοι τοιαῦται. Λέγω δὲ ἀνθοῖ μὲν τρεῖς, οἵ γνωμένοις, ὡς δὴ ὕβρισαι, σωρεψέ καὶ μᾶλλον τούτων τετέλεσθαι ἢ αὐτοὶ ψευδομοῦν ἢ μετάβασις γίνεται. πεπλεγμένοι δὲ, εἰς οὓς μετά τὰ αὐταρχωμένοις ἢ τούτων τετέλεσθαι ἢ ἀμφοῖν ἢ μετάβασις ἐστι. τῶντα δὲ δὲ τοῖς γενεθλαῖς εἰς αὐτοὺς τοὺς ουσιώτατούς μέθους, ὡς τε εἰς τῶν περιγεγραμμένων ουμβάνειν, ἢ εἰς αὐτοὺς, ἢ κατὰ τὸ εἴκος γίγνεθαι τῶντα: διαφέρει γέρων τῶν γίγνεθαι τάδε διὰ τάδε, ἢ μετά τάδε.

Sunt autem fabularum hæ quidem simplices: hæ autem plexæ: etenim actiones, quarum imitationes fabula sunt, illico huiuscmodi existunt. Dico autem simplicem quidem actionem, qua facta, quemadmodum definitum est, continua & una, sine peripetia, vel agnitione transitus fit. Plexa autem est, ex qua cum agnitione vel peripetia, vel ambabus, transitus fit. Hæc autem oportet facta esse ex ipsa coagulatione fabula, ut ex ante factis contingat vel necessario, vel verisimiliter, fieri hæc: differt enim multum fieri hæc propter hæc, vel post hæc.

Cum ostendisset, quomodo fabulæ pulchriores fiant: huiuscmodi enim esse declarauit eas, in quibus res terribiles & miserabiles ita contigere, ut ultima primis respondeant, atque inde apta sint, contra omnium hominum existimationem, qui nihil tale expectabant, partitur fabulas ipsas: affirmatq; quasdam illarum simplices esse: quasdam uero plexas. Quod pertinet ad Græca nomina, quibus respondent Latina, ἀνθοῖ μέθοι: simplicesq; fabulæ vocatae sunt, quæ explicatae sunt & apertæ: nihilq; habent inuolutum, ut ab initio statim exitus illarum perspiciat: contra autem plexæ sunt impedite, & quæ longe aliter desinunt, atque aliquis ex initio iudicaset. Quomodo autem utrumque in ipsis dignatur, exponit: docetq; accipere hoc eas à rebus, quarum sunt imitationes: in quibus rebus hoc statim inuenitur, ut sint ipsarum non nullæ simplices: alię verò implicatae. Inquit igitur mitari nos non debere, quod tam diuersa contrariaq; uis fabularum sit: actiones nanque, quarum actionum imitationes fabulæ sunt, statim sua vi, ac sine opera ulla, studiique hominum: hoc enim ualere arbitror, quod inquit ipse, οὐδὲ: cum in fabulis postea id alter contingenat: efficitur nanque illud non sine industria aliqua poëtarum imitantium ipsas. οὐδὲ igitur, id est illico, ut factæ scilicet sunt, huiuscmodi sunt: id est earum alteræ simplices & eiusdem tenoris: alterę uero implicite atque impedite. Declarat autem quid valeant in hac re nomina hæc, quæ aliundè translata uidentur: nám vestis proprie simplex & implicita appellatur: factum vero aliquod, quod solidum non est, nec corpus habet, proprie simplex aut inuolutum non potest appellari, sed μεταφορικῆς ita vocatur: quare tanto magis ym & notionem eorum nominum hic debuit interpretari. Tradit igitur se simplicem actionem illam vocare, cuius sine peripetia, admirabiliq; aliquo casu, id est sine subita magnâq; mutatione rerum (hoc enim valet peripetia) ac sine agnitione, fit transitus, & ingens illa rerum uariatio, quæ requiritur in tragedia. Nam ea, quæ in medio posuit, id est, quod oporteat ipsam continuam esse & vnam, non propria simplicis fabulæ, sed communia omnium fabularum, quæ virtus ac culpa vacant, esse existimo. id autem uidetur significasse, cum ait. ἔπει τὸ τέλος, id est vt à me supra definitum ac constitutum est: hoc enim ipse stable iam ac certum esse uult, ut fabula continua & una seruetur: quomodo autem fabula vna sit, supra diligenter docuit. Quod uero continuam eandem esse debere: idq; à se iam traditum esse significauit, puto intelligere eum locum, cum damnauit fabulas episodicas vocatas: in quibus scilicet quæ extra fabulam sunt, valde discre-

I iiiij pantia

pantia inter se sunt, & ordinem, seriēmq; fabulae frangunt atque interrumpunt. Fabula igitur, que tanquam ad migrationem est secundis rebus in malas: aut contraria in secundas uenit, seruatis iis praeceptis, quae tradita sunt, nec in aliquo eorum lapsa, si præterea nullum repentinum admirabilemque casum continet: nec in ipsa persona aliqua, que diu ignorata fuerit, atque homines fecellererit, cognoscetur, simplex erit. Declarato autem facto, actioneq; simplici, ostendit quam uocet actionem perplexam: huiuscmodiq; esse inquit illam, ex qua cum agnitione uel peripetia, uel ambabus his rebus migratio fit, & in aliud rerum statum transitus. Esse igitur inquit actionem eam perplexam, quae uariatur ac conuertitur, ita ut in ea siue agnitione contineatur, siue peripetia, siue utrumque: cognitione enim etiam sola, quam non consequatur ingens ac repentina fortunarum immutatio, praestat ut actio illa noui simplex, sed perplexa sit: ac non minus peripetia que aliunde nascatur, nec proficiscatur ex subita cognitione illius, cuius condicio, uiteq; status magnopere immutatur: multo autem magis impedita inuolutaq; est actio illa, cum utrumque contingit, quod sepe numero fit. Adiungit autem Aristoteles, ut hec res recte, ordineq; tractetur: fabulaq; hac etiam parte reprehensione careat. hec: agnitionem inquam & peripetiam, oportere nasci ex ipsa constitutione fabule, ut scilicet poëta, qui res eas coagmentarit, ita ipsas conflauerit, ut ex rebus antea factis contingat uel necessario uel uerisimiliter personam eam cognosci: aut subitam illam ingentemq; fortunarum alicuius immutationem nasci. Significare uero uolens quanto dexterior fabula futura sit, si illa tantum tempore consecuta fuerint, ac non ortum ex antecedentibus rebus habuerint: neq; inde apta connexaq; extiterint, docet magni intereste omnibus in rebus, ac multum momenti positum esse ad distinguendas ipsas, sint ne aliquae res naturae propter has, an post has. id igitur hic quoque locum habere existimandum est. Si autem diligenter custoditum non fuerit, quod præcipitur ab Aristotele, ut scilicet cognitione uel peripetia necessario uel uerisimiliter ex rebus antea factis consequatur, tunc posterius hoc erit, ut scilicet hoc tam post illud fiat. Quod si ingenio poëtae prouisioneq; animi, ita illa constituta fuerint, ut gigiant efficiantq; ea ratione, qua dixit, & agnitionem & peripetiam, tunc erit, quod prius possum est, id est nasci hæc propter hec: ualeat enim hoc initium, causamq; harum rerum in illis positam esse, indeq; ipsas procreari. In ij. etiam libro de arte dicendi ostendit ipse longe aliud esse efficaciam: quid post aliquid, & effici propter aliquid: quamvis hoc imperiti sepe non uideant. Unde illi inducuntur ab oratoribus, ac stulte credunt, quæcumque post id tempus gesta sunt, quo aliquid factum administratumq; est, ex illo facto manasse. Eos autem, qui in regenda ciuitate uersantur, ut sepe ait hac fallacia, cum aduersarium criminari uolunt: fallacias enim illic & captiofa argumenta exponit, quibus uertuntur oratores, & in illa tradenda uersatur, quam dialectici appellant παρὰ τὸ αὐτόν, ἀς αἴτιον.

Εἰ δὲ καὶ τείχη μὲν, οὐδὲ τὸν τείχησμάν μεταβολὴν, καὶ πάπιθη ἔργονται. οὐδὲ τὸν δὲ, πατέρα λέγομεν, οὐταὶ τὸ εἶνος οὐ αὐτογνῶν. πατέρων ἐν τῷ Οἰδίποδι, ἐλθὼν, οὐδὲ σύφρων τὸν Οἰδίποια, οὐδὲ ἀπαλλάξων τὸ πρόστιν μητρός φόβου, θηλώσας, ὅστις λέν, τονιστίον εποίησε. οὐδὲ ἐν τῷ Δυγγί: οὐδὲ μὲν ἀχρήνος, οὐδὲ ἀτοθανούμενος: ὃ δὲ Δαναοῖς ἀκολυθῶν, οὐδὲ ἀτοθανῶν, τὸν μὲν σωτέριον τὸν περιστρεψάμενον, ἀτοθανεῖν: τὸ δέ, σωθῆσαι.

Eft autem peripetia quidem in contrarium eorum, que aguntur, mutatione, quemadmodum dictum est. Et hoc autem, ut dicimus, secundum uerisimile aut necessarium. Cen in Oedipode, cum venisset ut latitia affectus Oedipum: & liberatus metu aduersus matrem, cum apernuisset, qui nam ille foret, contrarium effecit. Et in Lynceo: hic quidem ductus

ut moe

vt moriturus: Danaus autem persequens, vt interfecturus: hunc quidem contigit ex rebus gestis, mori: hunc vero, conseruari.

Rectum esse censuit accusatus magister declarare vim eorum nominum, quibus in distinguis fabulis simplicibus à perplexis ipse vñs foret: ac quæ tanti momenti esse in fabula hoc aut illo modo conformanda ostendisset: non eundem tamen ordinem sequitur in illis definiendis, quo supra ipsa collocarat: cum enim prius appellasset agnitionem, nunc peripetiam ante ipsam definit: inquitq; peripetiam esse mutationem in contrarium eorum, que aguntur. Non quæuis igitur varietas, que dignatur in fortunis alicuius, nec pusilla mutatio recte potest appellari peripetia, fed quæ naturam illarum valde variet: contrariasq; iis, que antea fuerant, reddat. vt ipse exemplis demonstrat. Quod autem antequam illa ponat, inquit. Quemadmodum dictum est, significat modum, rationemq; illam, quam tradidit, seruari debere, vt illa scilicet ingens fortunarum immutatio nascatur vi antecedentium rerum, atq; inde apta sit. Adiungit uero, declarare hoc etiam volens, quomodo inde necessario habeat, ut in rebus humanis necessitas inuenitur. aut si vinculum hoc necessarium non habent, saltem verisimile sit rem ita gestam fuisse: hoc enim accuratè repetit, firmum in animo eorum, qui arte accepti sunt, manere volens: omnes tragediae partes hærente inter se debere: ac nihil illuc consequi, quod expectari non debuerit: ortumq; necessarium non habeat, aut verisimile sit, consentaneumq;, ita fieri debuisse. Cum vero duobus exemplis vtatur, prius sumptum est è tragœdia Sophoclis, que vocatur nunc Oedipus tyrannus, vt separetur ab altero Oedipo eiusdem poëtae, appellato Coloneo. Nec tamen Aristoteles quicquam illi adiunxit, quo statim intelligeretur, quam significaret: semperq; in hoc libro sine distinctione villa ipsam nominat: vt sanè veteres scriptores, inferiores etiam multo ætate Aristotelis, aliquando testimonia quadam tragicorum citant: cum enim Euripidis fabula nunc inscribatur Ηρακλῆς μανόμενος, Athenæus nudo nominé contentus fuit, qui inquit in ix. libro. Χρυνία πατέρα Ερεπίδη, εἰ Ηρακλῆς, οὐ χρυνίδης βάτεις Αλκηλίνη γόνος: senarius enim hic est in ea fabula. Prisca vero consuetudinis hoc fuisse testatur grammaticus quidam in argumento Aiakis ματηροφόρος: nam quum de inscriptione illa disputasset, addidit. οὐ δὲ οδησσοκαλιαὶ θηλᾶς αὐτοῦ αἰσθάνηται πατέρας. & tamen infra in hoc libro Aristoteles, vbi de moribus disserit, inquit. τοῦ δὲ αὐτοῦ μάλιστα οὐδὲ ιδιογένεις. Tyrannus autem illa, dicta est, quia in ea inducitur Oedipus adhuc regnans: cum in altera uersetur electus domo, & in alieno solo constitutus. Vis vero exempli hæc est, vt ipse narrat. Fingitur in illa venisse Corintho nuntius, qui certiore Oedipum faceret, creatum eum esse regem eius oppidi, qui postea cum uideret ipsum solito animo esse, recusantemq; eō accedere, quod metueret, ne se materno incestu contaminaret, eripere ei volens hunc timorem, atque animum ipsius exhilarare, quod putabat se facturum, si veram ipsius stirpem Oedipo indicasset: hoc facto, contrarium eius, quod voluit, effectit, & in maiorem cumulum molestiarum ipsum coniecit: atque hinc nata est peripetia in fortunis Oedipi, vt qui antea haberetur fortunatus, subito omnium mortalium miserrimus intelligeretur. Animaduertendum vero, quomodo dixerit venisse etiam nuntium illum animo liberandi Oedipum eo metu, quo valde anxius erat: cum enim domo discessit elatus studio Oedipum lœtitia afficiendi, vt qui significaturus esset creatum eum regem, non uidetur scilicet adhuc operam suam requisitum iri in pellendo eo metu è pectore Oedipi, sed id fecisse è re nata. Præterea molestum est, quod non aperuit omnino Oedipo, patefecitq; quis ille foret, vt auctoris verba significant, sed tantum eripuit illi errorem, quo tenebatur, qui falsò putaret se è Polybo & Merope natum: hoc enim tantum sciebat famulus ille, qui ipsum inuentum, à se in Cithærone, ad Polybum comportarat, non veros ipsius parentes compertos habebat. & sene, vt penitus sciret Oedipus se è Laio & Iocasta procreat, necessaria fuit opera alterius serui: cuius ministerio in exponendo illo vñsa fuerat olim Iocasta. Sed hæc minuta consideratio

tio fortasse necessaria hic non est: res enim ipsa, quod ostendere voluit Aristoteles, sine dubio exitum hunc habuit. Posterior exemplum huiuscmodi est, acceptum e fabula Theodectis, appellata Lynceo: illic enim Lynceus, ut videtur, trahebatur ad supplicium: ducebatur certe ab iis, in quorum potestatem venerat, eo animo, ut mori paulo post deberet: ac neci destinatus erat: Danaus autem eum persequebatur, ut ipsum interfeceretur: hoc enim in prima fabula constitutum erat. res autem ita gestae sunt, ut contigerit inde Danaum ipsum mori: Lynceum vero, incolumem ex eo pericolo conservari: quod factum inopinatum: contrariumque ei penitus quod fieri coepit erat, appellatur peripetia. Perspicitur autem vi horum exemplorum, peripetiam nunc in unam tantum personam cadere: nunc vero duplarem esse: immutarique vehementer statum duorum hominum: ut in Lynceo fabula factum est: quo enim malo ipse liberatus est, affectus est ille, qui euentum eum rerum non timebat, & non tantum se liberum eo periculo putabat, sed illud sedulo alteri crebat. Cum autem fabula haec una cum reliquis eius poete perierit, nec certi aliquid proferri prater id, quod ab Aristotele traditur, possit, videtur hic Danaus ille esse faeuus atque impius ficer, cuius mandato filiae, una excepta Hypermnestra, quae Lynceum hunc coniugem suum conservauit, viros suos noctu interfecerunt: cumque, posito in hanc rem magno studio, Danaus e fuga generum hunc suum retraxisset: sequereturque eum ad locum cœdi destinatum, infenso animo, ut quod filia, victa pietate, non fecisset, ipse imbutus odio praestaret, ea contigere in illis rebus gerendis, ut Lynceus salutem inuenierit, & Danaus mortuus sit. Quomodo factum id sit docere non possum: tantum secutus indicium Aristotelis, nomen posui auctoris huius tragedie: infra enim in hoc libro mentio fit Lyncei Theodectis. Quod hic auctor id vsu venisse *τη περὶ τοῦ οἰδήποτε* narrat, cum valeat primum id, quod ostendi, id est res illas ita gestas & administratas fuissent, ut id, quod non putabatur, inde consecutum sit, valet etiam in ultum ad demonstrandum ingenium poetae: optimamque earum rerum à primo constitutionem: nam, ut supra declaratum est, haec omnia nasci debent, tanquam a semine suo stirpibusque, ab antecedentibus rebus, atque id necessario aut verisimiliter. Nactus autem occasionem fodalem suum ornandi: nam valde ipsum dilexisse Theodectem hunc Phaselitem, memoria proditum est, omittere eam noluit.

Αὐτοὶ δέ τινες οὐκέτι τοῦ οἴδηποτε σημαίνει, εἴ τινοισι εἰς γνῶσιν μεταβολὴ, οὐδὲ φύλακες, οὐδὲ χρήσαι, τῶις προς δύστυχαν οὐ δισυχάνωσι σχετικόν. οὐδὲν δέ αὐτοὶ οἴδηποτε τοῦ οἴδηποτε. οἷον ἔχει οὐδὲ τῷ Οἰδίποδι.

Agnitio autem est, quemadmodum & nomen significat, ex ignoratione in cognitionem mutatione: vel in amicitiam, vel inimicitias, personarum, quae ad vitam beatam aut miseram definitae sunt: Pulcherrima autem agnitione est, cum simul peripetiae extiterint: quale habet, que in Oedipo est.

Cum alteram partem officij sui impleset, explicassetque, iam quid peripetia sit, alteram nunc aggreditur: declaratque quid agnitione valeat. Cum autem plura genera agnitionum sint, antequam de illis loquatur, qualis agnitione sit, de qua hic queritur: & quae propria fabularum est, ostendit: affirmatque agnitionem esse mutationem in persona aliquorum factam huiuscmodi, ut cum diu quidam ipsos ignorarint, de pulsa ignorance illa, eos cognoscant: id quod nomen etiam, quod huic rei impostum est, significare tradit. Nec tamen semper cum agnoscamus hominem, quem longo tempore, qui fuerit, nescierimus, putare debemus hanc esse agnitionem illam, de qua hic sermo est: ipse enim infra ostendit, quae adhuc desiderentur ad lignandam hanc cognitionem: requiritur enim, ut personam illam statim diligamus, aut odio prosequamur: nam si nihilinde proficiuceretur, quod aut ad benevolentiam

tiam pertineret: aut ad ueteres, quas cum homine gesserimus similitates faceret, non esset ne haec quidem agnitione illa tragedie accommodata. In quo preterea animaduertendum est *φίλια* nomine contineri etiam societatem sanguinis, affinitatemque omnem, ut infra quoque ipse nomen hoc accipit. vbi de coagmentatione rerum, valde tragedie idonea, differit. Iphigenia certe, quae agnita ab Oreste est, erat cum ipso sanguine coniuncta: ut contraria cum ipsa statim fratrem agnouit. Eodemque pacto apud eundem poetam Creusa cognovit adolescentem illum, qui sibi interitum procurabat, coniuncta ab ipso atrocis sceleris, filium suum esse. itaque demum in personis aut caris, aut infensis huiuscmodi agnitiones nasci debent: aliter enim non magnopere mouerent: nec opus tragedie villam in partem adiuuarent. Sed adiungitur etiam, ut personae, quae agnoscendi debent, illæ ipsæ sint, quae fieri illuc debent beatae, aut miseræ: & huic ipsi mutationi in se sustinenda in fabula componenda, sint à poeta destinata: nam si hoc usu veniret tenuibus hominibus, quales etiam non nulli in fabulis quoque tragicis inducuntur, nihil hoc ad rem pertineret: neque enim tragedia sui quicquam interesse putat, ob dignitatem, quam sedulo seruat, quid fiat de infimæ condicionis hominibus. *θρισμοί* igitur, ut ostendi, vocati sunt ab Aristotele viri, in quorum persona secum iam statuerit poeta migrationem fieri debere ex aduersis rebus in prosperas, vel contra è prosperis in calamitosas. nā utrumque genus tragedie tangere voluit, ut plerunque facere consuerit. hoc autem verum esse: itaque accipi hunc locum, obscurum sane, difficultaque debere, perspicitur etiam hoc pacto. Si nanque attendentur personae, quae agnoscuntur in tragediis, nullo negotio intelligetur ipsas huiuscmodi esse: Oedipus certe, qui tandem, qui foret semetipsum agnouit, huic ingenti varietati fortunarum suarum in se recipienda definitus à poeta statim à principio, addictusque fuerat: eodem pacto Orestes in Iphigenia. Nec repugnat, quod Aristoteles adiungit, pulcherrimam agnitionem esse illam, cum simul peripetiae nascuntur, quasi hoc modo, quo significauit, in omni agnitione necessario gigantur ingens illa mutatio fortunarum alicuius: quia personæ à poeta definitæ ad vitam miseram aut fortunatam, haec ipsæ sunt, in quibus sit peripetia: est enim attendendum, quod inquit, Simul eodemque tempore: ita enim ostendit, quamuis in iis ipsis personis fieri omnino debeat agnitione, illam tamen agnitionem pulcherrimam esse, vincereque reliquas dignitate, cum illico, persona aliqua cognita, existit mutatio illa, & non post spatium aliquod temporis: contingere enim potest, ut non statim, ut cognitus aliquis est, sustineat hanc rerum mutationem, sed post tempus aliquod. quod cum sit, agnitio illa, non tantopere probatur. Exemplum huius agnitionis est in Helena Euripidis: in eodem enim periculo versatus est Menelaus, postquam agnouit Helenam, in quo erat prius quam illam ipsam; quam magnopere similem Helenæ illico perspexerat, firmiter Helenam esse crederet. quod etiam usu venit ipsi: neque enim Helena quoque magnopere statum rerum suarum variauit: nec subito potuit consilia sua expedire. Eiusdem generis sunt agnitiones in Electra Euripidis: neque enim ipsas statim secuta est peripetia: quamuis enim cognosset Orestes fororem, & aliquanto post ipse cognitus foret a senecte illo, qui olim ipsum è media cœde eripuerat: cuius etiam auctoritatem secuta Electra fratrem suum esse Orestem agnouit, tamen inde non sunt variatae fortunæ illorum, nec simul effectum est, quod optabant, sed multo post, cum aggressi essent rem periculosam, interfecissentque Aegisthum & Clytemnestram, in suis rebus mutationem magnam senserunt: & è malis aduersisque in bonas ac prosperas incidérunt. Extremum igitur horum verborum credo significare definitionem à poeta factam, cum primum fabulam composuit: iam tunc enim ille animo prospexit, quae sibi postea in omni fabula custodienda essent. Addidit autem, cum iam cuiusmodi esset agnitione in fabulis ostendisset, pulcherrimam agnitionem illam esse, cum qua coniuncta est peripetia: ut contingat scilicet, simulacrum quispiam, qui diu se fellerit, cognoscitur, statum ac fortunas ipsius magnopere variari: huiuscmodi vero esse agnitionem illam tradit, quae est in Oedipo tyranno: statim enim ut cognovit Oedipus, opera aliquo modo illius nuntijs, se Laij filium esse, non Polybi, ut falsò antea putabat, perspexit se perpetrasse iam illa scelera, quae ne imprudens aliquando committeret,

mitteret, magnopere cauerat: quare continuo intellexit se misertimum esse. Vt autem aliquando venit, vt agnitionem nulla consequatur huius generis rerum immutatio, sed huiuscmodi agnitus non tantopere laudatur, quia non gignit tantam in animis eorum qui audiunt, admirationem. Aliquantum diuersam in extremo hic agnitionem offendit: plures enim calamo exarati habent, non vt ante excusi, *νοτίχεια τῷ Οἰδίποδι*, sed *οὐτίχεια τῷ Οἰδίποδι*. Quare & vt fidem illorum sequerer, & quia magis expressum, quod significare vult Aristoteles, in ea est, ipsam recepi.

*Εἰσὶ μὲν δύναμις ἀλλα αἰγνώσκεις: καὶ γὰρ πρὸς ἀληθεῖαν, καὶ τὰ τυχέντα
δύναμις, ὡστὸς ἐργάται, συμβάλλει: καὶ εἰ πάθεχταις οὐ πάθεχταις, εἰσὶν αἴ-
γνωσκόται. ἀλλ' οὐ μάλιστα τῷ μάθου, καὶ οὐ μάλιστα τοῖς αρχέσιος οὐ εργάται
δύναται: οὐτοί τοιάν τι αἰγνώσκεις καὶ τούτων πεπτεῖται οὐτεοντεῖται οὐ φύσον. οὐν περ-
έχειν οὐ τραγῳδία μύμονται ταῦτα τοῖται.*

Sunt quidem igitur & aliae agnitiones: eterim ad res inanimes & qualibet etiam, est quando, vt dictum est, contingit. & si fecit aliquis aut non fecit, licet agnoscere: Sed ea, quae maxime fabula est: & quae maxime actionis, est, quae dicta est: huiuscmodi enim agnitus & peripetia vel misericordiam habebit, vel metum, qualium actionum tragœdia imitatio esse supponitur.

Cum veram propriamq; fabularum agnitionem explicuissest: nec tantum quibus in personis illa posita sit, ostendisset, verum etiam quae principatum in eis obtineat, declarasset, tradit nunc inueniri alias etiam non nullas, diuersas ab hac, agnitiones: quae genera agnitionum cuiusmodi sint, demonstrat: neque enim dubitari potest, quin alias etiam res, quas prius amiserimus, aut aliquo modo aliquandiu ne-scierimus, postea sèpè intelligamus. nam (ut ipse narrat) fit etiam aliquando, vt res animi expertes, quae nos diu fefellerint, agnoscamus, vt locum, anulum, vestem, librum, aliaq; huiuscmodi infinita: in quibus etiam sunt res quædam tenues ac viles. Nam quod, cum hoc doceret, addidit, Quemadmodum dictum est, significat primam partem definitionis huius rei, quae communis est, & omnes agnitiones complectitur, cum verbis, quae postea consequuntur, ad fabularum tantum agnitionem illa se referat. intelligo autem, cum inquit agnitionem esse mutationem ex ignorantie in intelligentiam: hic enim quoque id fit, vt subito rem illam inanimem, quam spatio aliquo temporis ignoraramus, intelligamus, & eam esse, quam quærebamus, cognoscamus: neque enim accipi hæc verba possunt tanquam de ipsa suprà quicquam egisset: hoc enim nullo modo verum est. Eum verò, quem dixi, sensum esse huius loci, perspicitur etiam ex verbis, quae sequuntur. Ex huiuscmodi vero agnitionibus non nascitur in animis eorum, qui spectant, motus aliquis magnus, vt fabulis illæ valde accommodate sint. Sequitur autem genus etiam quoddam esse agnitionis, cum aliquis signis quibusdam perspicit quæmpiam aliquid fecisse, quod ipse prius ignorabat: aut contra non fecisse, quod fecisse ipsum existimat: quare agnitus non tantum in personis hominibusq; fit: quod primum est, huicq; studio mirificè aptum, genus cognitionis, sed etiam in rebus animi sensusq; expertibus. quod posterum genus cognitionis complectitur etiam res minutas & abiectas: ac quod tertium videtur in rebus quoque, quae corpus non habent: nec oculis cernuntur, sed animo tantum comprehenduntur: vt extrellum hoc est, quod traditur ab Aristotele: id enim solidum non est. His igitur nunc relictis inferioribus generibus agnitionis, quæ quamvis aliquando in fabulas cadant, non sunt tamien, quas quærimus, agnitiones: nec id efficiunt, quod moliuntur illæ in animis spectatorum, agnitionem, quæ præcipue fabula est: quæq; in primis est actionis, eam esse inquit, quam tradidit: nam cum, Quæ maxime est fabula dixisset, rei magis exprimenda

exprimende causa, addidit. Et quæ maximè est actionis: agnitus enim in primis pertinet ad actionem, ac valde ipsam iminutat: facitq; vt longe diuersum cursum, atque antea, habeat: quod quamvis ex priore quoque parte intelligi possit, ex hac tamen multo expressius: & sanè, vt non semel supra declarauit, fabula est imitatio actionis. Cur autem huic præter ceteras agnitioni tantum tribuat, vt propriam eam esse velit fabule atque actionis, ratione huius rei allata, declarat. Huiuscmodi enim (inquit) agnitus & peripetia (nam supra quoque agnitionem, cum qua coniuncta esset péripetia: sequereturq; eam subita ingens fortunarum illius mutationem, qui cognitus esset, pulcherrimam esse affirmauit) aut misericordiam habebit aut metum: id est gignet in animis spectatorum aut hunc aut illum motum. Cum autem cognitus facta, vnde præsertim nascatur tam admirabilis casus, quæq; excitet aut ad misericordiam, aut ad timorem, actio sit, ideo inquit in concludenda ratione, Qualium actionum, id est aut miserabilium aut formidolosarum: haec nanque res sunt actiones, tragœdia imitatio esse posita est. Non est autem simpliciter tragœdia imitatione actionum, sed talium, id est quæ excitent aut misericordiam aut metum: hoc enim ad distinguendam tragœdiam à comœdia, aliisq; imitationibus, necessarium est. Placet autem Græca hæc lectio quæ in primo excusis libris, & in calamo etiam scriptis à me inuenta est. οὐτεοντεῖται οὐτεοντεῖται, nam in quodam excusos postea irrepsit οὐτεοντεῖται οὐτεοντεῖται, addita præpositione & variato casu nominis, quod confequitur.

Ἐπεὶ δὲ καὶ διατυχεῖν καὶ τὸ διατυχεῖν τοῖς τοιούτοις συμβοῖται.

*Adhuc autem & miserum effici, & valde secundis rebus uti, in hu-
iuscmodi continget.*

Alterum hoc argumentum est, quo idem comprobat: veram scilicet esse, propriamq; tragœdie agnitionem eam, quam dixit: ex hac enim inquit cognitione, cum persona diu ignorata in fabulis subito intelligetur, accidet, vt ille magnam sentiat in statu fortunisq; suis mutationem: ac deniq; si eius antea res secundæ erant, fiat miser: si verò aduersæ, fortunatus euadat, cum in reliquis generibus cognitionum, hoc vsu non veniat: neque enim si aliquid agnoscimus, quod prius nos fefellerit: exempli causa anulum, vestem, canem, domum: quod tamen ad agnitionem personarum non referatur, nec ipsam adiuuet: nam indicio harum rerum sèpè personæ ipse, quae sint, agnoscuntur, vt apud Terentium Hecyra Philumena inuenta est ea esse, quam vitiarat olim Pamphilus, indicio anuli, qui à matre ipsius in digito Bacchidis perspectus est: vnde Bacchis, cum Parmenoni exponeret, quid ipsum Pamphilo significare oporteret, inquit. Cognosse anulum illum Myrrhinam, & postea cum secum cogitaret, commoda, quæ aduentu suo Pamphilo attrulisset, ait. Hic adeo his rebus anulus fuit initium inueniundis. Non igitur si aliquid horum agnoscimus: siue fecisse quæmpiam aliquid, quod non putabamus: siue etiam nosmetipsos, aut non fecisse, necesse est tantopere statum nostrum commutari: indeq; fieri nos fortunatos, seu calamitosos: hæc enim sèpè accidere consuerunt sine magno aliquo animi nostri motu, non tantum sine tanta fortunarum omnium nostrarum commutatione. Videtur verò hoc referri ad id, quod supra significauit, in personis requiri, idoneis huic agnitioni: vt scilicet ipsæ virtuose fortunæ sustinendæ addictæ sint: idem enim nunc significat in ea, quam maxime probat, agnitione vsu venire, quam id in aliis non contingat, vt scilicet inde aliquis cadat in valde malas res è bonis, aut fugiat graue aliquod malum, quod instabat: saluusq; & incolumis subito fiat: quomodo enim hoc illic non fieri, quum ea secum habeat peripetiam. Animaduertendum autem in Græcis verbis auctoris *ἀτυχεῖν* positum hic ab eo esse pro *ἀντυχεῖν*: neque enim plerunque valet *ἀτυχεῖν* incidere in magnam vim molestiarum: premiq; maximis in rebus iniqua fortuna, sed tantum non consequi finem, propositumq; in aliquo facto: cum contra *ἀντυχεῖν* magnitudinem malorum significet: impetumq; in nos fortunæ atrocissimum. Significare vero hic Aristotelem vtrunque

exitum tragediae apertum est: & illius, quæ tristem euentum rerum habet: & illius, quæ hilarem ac fortunatum.

Ἐπεὶ δὲ οὐδὲν αἰσχυνόεται οὐδὲν εἶναι αἰσχυνόεταις, αἰσχυνωμένοις αἱ μὲν εἰσὶ θατέρου πηροὶ τὸν ἐπέρον μάνον, ὅταν ἡ μῆλος ἐπέρος, τὸς εἶναι: δὲ δὲ μαφοτόρους οὐδὲν αἰσχυνόεται. οἷον οὐ μὲν τῷ φριγίᾳ τῷ Οὐρανῷ αἰσχυνώμενοι εἰς τὰς πύραυλας τὰς επισυλίες: ἐκείνως δὲ πηροὶ τὰς φριγίας ἀλλειδεῖαι αἰσχυνωμένως.

Quia iam agnitio, quorundam est agnitio, agnitiones haec quidem sunt alterius ad alterum solum, quando fuerit alter manifestus quis est: aliquando autem ambos oportet agnoscere. cœ Iphigenia Oresti agnita est ex epistolæ missione: illi autem ad Iphigeniam alia opus fuit agnitione.

Cum accurate docuisset, quod potissimum genus agnitionis accommodatum sit fabulis, intelligens ne illam quidem agnitionem semper eodem modo tractari: nunc enim quasi simplicem illam esse: nunc autem duplicem, hoc quoque explicare rectum esse existimauit: quare initio huius rei sumpto à ratione nominis, quo illa significatur: est enim agnitio è genere eorum vocabulorum, quæ cum altero conseruntur, & à Græcis οὐρανοῖς vocantur: hoc enim, quod planum & exploratum est, & initium huius animaduersionis, & fundamentum suæ rationis esse volens, inquit. Quia agnitio, quarundam rerum est agnitio: (neque enim usus illius huius vocis esse potest, nisi aliquid cognoscatur: multitudinis vero numero dixit τυπον, id est quorundam, quia illo pacto singularem etiam, unusq; tantum agnitionem complexus est: ac sciebat aliquando etiam, quod nunc tradere vult, duarum simul personarum notitiam acquiri) agnitiones, haec quidem sunt alterius ad alterum tantum: & quæ sequuntur: haec enim est αἰσχυνόεσσις, redditioq; illius επειτα. Libet monstrare locum huic valde similem è primo libro rhetorices: illic enim quoque cum docere vellet cuiusmodi esse deberet illud, quod est mirificè aptum ad persuadendum: in quo indagando ars ea occupata est, vtitur hoc initio illius declarationis: ponitq; illud esse è genere eorum quæ conferuntur cum aliquo: vt hic quoque agnitionem aliorum esse agnitionem tradit: verba ipsius haec sunt. ἐπεὶ γὰρ τὸ πίστας τοῦ πολέμου νόονται. Sed illic plura quasi fundamenta, necessaria fuerunt ad eruendum inde quod probare voluit: hic autem unum hoc satis fuit, huic rei, quam ostendere hic vult, constituenda. Verba autem illa επειτα, quæ in medio harum sententiarum formis excusi libri habebant, tolli prorsus inde debent, quia multis modis, illic manentias, officiunt: vimq; huius argumentationis impediunt. Qui autem in Latinum sermonem vertit hunc librum, Paccius, hoc vidit: neque enim illa expressit: & præterea Madius accuratissimus interpres, quiq; singulas sententias magno studio ponderauit, ipsa vacare cognouit, ac de hoc diligenter differuit. ipse quoque vetustissimum exemplar habui, unde illa abessent, nisi quod in margine contra eum locum, quem iniuste diu possedere, malo alicuius consilio, deposita etiam in eo futerant: hoc solum inter me, atque interpretes, qui emendare locum voluere, interest, quod ipsi verbum quoque, quod sequitur αἰσχυνόεσσις, inde sine villa necessitate sustulere: id enim, aut positum illic esse, vt sententia integras sit: aut certe intelligi debet: quare cum illic requiratur: sedemq; eam obtineat in omnibus exemplaribus, rectius mihi factum videtur, si eo loco relinquatur: præterquam quod cum supra unitatis numero positum sit: hic vero multitudo requiratur, remouet etiam, ita hic usurpatum, eam difficultatem: sed lectio iam, vt arbitror, constituta ad sententias explicandas redeamus. Cum igitur dixisset agnitiones has quidem esse alterius ad alterum tantum, quomodo id usum ueniat docet: addit enim quotiescumque alter notus manifestusq; fuerit, qui in eo negotio versatur: id est ubi is, qui agnoscit, obscurus ignotusq; non est illi, qui agnoscitur, sed intelligitur qui sit: nec error illius in eius persona manet. Exempli causa. In Oedipo Sophoclis Iocasta agnouit illum, quem

viri

viri loco habebat, ex se Laioq; patre natum esse, eum verò falsò prius putabat Polibi regis Corinthiorum, Creüsaq; filium: discussis autem his tenebris, req; patefacta, opus non fuit Iocastam ab Oedipo agnoscere, quæ nunquam fecellerat: sed intelligebatur ab omnibus Laij vxor fuisse. Creontisq; soror: tantum ipsius nesciebatur, quod ad Oedipum pertineret, cum & ipsa & reliqui ferè omnes putarent, cum infans silvestri loco expositus fuit Oedipus, eum esse à feris deuoratum. Sine exemplo vero re tradita Aristoteles, alterum genus agnitionis declarare volens, inquit. Aliquando autem ambos oportet agnoscere. exemploq; ipse geminam hanc agnitionem, in qua plus obscuritatis esse videbatur, illustrat: sumitq; illud ex Euripidis fabula, quæ uocata nunc est Iphigenia in Tauris: ait enīm. Cœ Iphigenia Oresti cognita est missione epistolæ, id est Orestes cognovit sacerdotem illam Dianæ, sororem suam esse, cum ea dedit ipsi literas ferendas in Græciam: argumentumq; illarum voce explanauit, vt si forte in tam longa nauigatione, variisq; casibus maris, literæ periissent, verbis exponere posset, quid illis contineretur, iis, quibus eas reddere debebat. Hoc igitur, quod fecit, ut Iphigenia ab Oreste cognosceretur, præstare non potuit, vt Iphigenia intelligeret eum, cui literas dederat, fratrem suum esse: quare cum fabula postularet, vt non minus Orestes à sorore cognosceretur, quā ipse eam cognouisset, altera opus fuit agnitione: necessēq; fuit, vt poëta aliud excogitarer, quod Orestis personam sorori aperiret: indicaretq; quis ille foret. cum prior illa ratio vtilis huic rei non esset. Pusillam maculam, quæ locum hunc apud auctorem obscurarat, deleui: cum enim, ἵππος ποτέρου prius legeretur. ὁπλα ποτέρου, sublata una solum litera, quæ importunè illic hæserat, restitui: atque id non tantum iudicio feci, sed auctoritate etiam calamo exarati libri. nullo autem negotio perspicitur hoc modo legi debere: particulaq; quæ respondere debet, confusitudine Græci sermonis superiori copulae μη, vicina illi est.

Δύο μὲν διὰ τὸ μέθον μόριν τὸν ταῦτα τοῦτα πέπειται οὐδὲν αἰσχυνόεται. τείτον δὲ, πάθος. τούτων δὲ, τοῦτα πέπειται μὲν οὐδὲν αἰσχυνόεται, ἔργον. πάθος δὲ εἰς τοῦτο φθερίνη, οὐδὲν οὐδὲν πάθος. οἷον, οὐτε τῷ φαντρῷ θάνατοι, οὐδὲ ταῦτα σωτηρίαι, οὐδὲ πάθεις, οὐδὲ οὐδὲ τοιαῦτα.

Duae quidem igitur fabula partes circa haec sunt, peripetia, & agnitio. Tertia autem passio: Harum peripetia quidem, & agnitio, dictæ sunt. Passio autem est actio, qua interitum afferit, aut graues dolores gignit. vt quæ in aperto fiunt mortes, & euilatus, & vulnerationes, & quacunque huiuscmodi.

Tradito atque explanato altero quoque genere agnitionis: duabusq; iam rebus, quæ definiendas sibi sumperat, diligenter explicatis, cogitans restare aliud, quod & ipsum circa easdem res versatur, quamvis eo nomine supra, ubi appellauit peripetiam & agnitionem, usus non fuerit, rectum esse putauit alia de causa. id explicare: vt scilicet omnes res, quæ eodem facerent, cognitæ forent, praesertim cum ad aliam præceptionem transiret. Tertia igitur, addita superioribus duabus, pars est πάθος: cum tres tantum fabulae partes in his rebus uersentur: superiores autem fuerunt peripetia, & agnitio: πάθος τῶν autem inquit, significare volens, quæ geruntur, id est πάθη μόρια. vt supra ipse in definitione peripetiae ipsa vocauit, & non multo postea in altero exemplo, quod posuit, mutato tempore eius verbi πάθη μόρια. illa vero in pulcherrima fabula, vt docuit, eius generis esse debent, vt moveant maximam admirationem spectatoribus, & incutiant in animos eorum metum, excitentq; illic misericordiam: tres enim res inueniuntur, quæ hoc præstant, atque id mirifice efficiunt: earum duæ proximè definitæ sunt: tertia, id est πάθος, est, ut ipse inquit, factum quoddam, quod ad mortem ducit: vimq; habet hominem perdendi: aut si interitum non afferit, acerrimos saltem corporis dolores gignit.

K. ii. Magis

Magis autem illustrare rem volens, ac, quid intellexerit uerbis illis, docere, inquit. Ut & neces coram spectatoribus allatae quibusdam, siue cruciatus corporis acerrimi, ac vulnera imposita: nec non quaecunque alia huiuscmodi sunt: haec nanque cuncta facta *πάθη*, nomine ostenduntur, quia sunt, qui accipiunt mali aliquid maioris, ac perierantur: neque enim *πάθη* hic valet perturbationem & quasi morbum animi. Eodem etiam sensu cepit Athanasius, qui luculentam orationem, quam habuit de nece Christi & indignissimo supplicio ipsius, inscripsit *πάθη πάθος νέφιον*: & quae sanè contigere in illo interitu, passim Christiani homines Graeca voce ita appellabant, ut Latini ea, qua rei docenda causa vñus sum, passim vtuntur, & si me non fallit magis eam aptam esse ad rem exprimendam, quam in se elegantiam villam habeat: à uestereq; aliquo scriptore usurpata sit. *Περιστώσια* sunt, cum quispiam vndiq; correptus est maximis doloribus: & qui ita corpore affectus est, *περιστώσιος* appellatur. Hunc autem corporis habitum, & quod verbo hoc à Græcis exprimitur, significare uult Cicero, cum ait, quempiam toto corpore ardere doloribus. Græco nomine usus est Demosthenes contra Cononem, id usu uenisse commemorans importunitatem illius hominis, quem accusat. Verba eius sunt, iudicibus iniuriam illam, iudiciumq; medici, exponentis. εἰ μὲν καθαροὶ αἱματός αὐτομάτημοι, πάνταν πολλὰ σωίζει, περιστώσιον, τὰ δὲ ἀπορρυπτὸν οὐδὲν, καὶ ἐμπνοὺς χρήματος διέφερον. Habet autem in se difficultatem, quo modo appellest tres has tragediae partes: neque enim sunt ex illis partibus, quæ similitudinem habent formarum: neque è numero etiam earum, quas nunc adiungit: & quas augere, & quasi constituerre corpus tragediae tradit. Quæ igitur alia possunt esse partes? An tres haec sunt partes partis, ut supra ipse de duabus ipsarum aperte inquit, cum dignitatem fabulae comprobauit. affirmauit enim ea etiam de causa anteponendam esse fabulam ceteris partibus qualibus, quia que maximè capiunt animos spectatorum peripetia & agitatio, fabulae partes sunt.

Μόνη μοὶ δὲ τραγῳδίας, δῆς μοὶ, οἷς εἴδεις δὲν χρησθεῖ, περιτροπὴ παύλη.
καὶ τὰ δὲ τὰ δύο, καὶ εἰς ἀδιαγέτα κεχωριστικά, τὰ δὲ τέστι: περόλογος, ἐπειδότος,
ξέδοσις, ψευτικόν, καὶ τούτου, τοῦ μοὶ παρόδος: τὸ δὲ, σάσιμον. καὶ
μοὶ δὲν ἀπόντων ταῦτα: θία δὲ τὰ ἀπὸ τοὺς οἰκεῖους, καὶ κόμματα.

Partes quidem igitur tragediae, quibus quidem, ut formis, oportet uti, prius diximus. Secundum autem quantum, & in quas diuiditur separatas, haec sunt. Prologus, episodium, exodus, choricum: & huius quidem altera pars, parodus: altera vero, stasimon. Communia quidem omnium, haec: propria autem, quæ ab scena, & commi.

Antequam tragediae partes, quæ corpus eius, magnitudinemq; constituunt, explicit, quod nunc facere aggregitur, repetit paucis, quid proxime egerit: quod cum semper ordinis ostendendi causa libenter faciat, recreandiq; animum lectoris, cum doceat ad finem iam peruentum esse alicuius preceptionis, eo libenter nunc facit, quia similis multum est uis naturæq; superiorum rerum, illis, ad quas nunc tradendas se parat: utræq; etiæ partes uocantur: ne scilicet confunderentur. Aptè autem, partibus illis explicatis, quæ similitudinem formarum habent, ac per omne corpus tragedie manant, declarat alterum genus partium, quæ magnitudinem constituunt, locisq; dislocis sunt. Animaduertendum uero ipsum prius illud genus partium, non formas appellare, quia uerè forma speciesq; non sunt, sed ita propter similitudinem uocantur: quare inquit oportere eos ipsis uti tanquam formis: existimareq; habere illas aliquo modo vim eius rei, quæ in natura animalium forma appellatur, cum reliqua partes respondeant membris animalium, id est capiti, ceruicibus, humeris, cruribus, pedibus. Inquit igitur, postquam se absoluisse ostendit priores illas partes, quæ in quantitate manent: in quasq; secatur tragedia, seorsum positas, has esse: quatuor sanè numero, quarum tamen una rursus secetur in duas: ut ita

quinque

quinq; tragediae partes sint, quæ quantam illam reddunt: quæ sanè in omni tragedia inueniantur, nec ab illa possint abesse: alioquin manca illa inchoataq; foret: cum contra, ut haec partes communes sunt omnium tragediarum, ita duæ restent, quæ propriæ quarundam sint, & ab aliis absint, ut illic nullo modo accommodate: nec arguant vitium aliquod diminutionemq; earum. Vocantur autem ab ipso haec πάθη σκληρά, & κόμματα: ut duæ prorsus partes esse videantur: cum tamen infra, ubi diligenter notionem, vimq; omnium partium euoluit, in unam ipsam redigat: communq; appellat ploratum lamentationemq; communem & chori, & ab scena: ut non videam, quid suum propriumq; restet personarum, quæ in scena manent, si cum ambo contentiunt: histriones (inquam) ipsi, & qui chorum, id est cantorum gregem, conficiunt, in aliquo aduerso casu lugendo, vocatur commisus: quamuis cum hic πάθη σκληρά dicat, non πάθη σκληρά, quomodo consuevit appellare histriones, videatur potius facta quadam ipsorum significare. Si igitur appareret aliquando quipiam ipsos agere, quod non visitatum, propriumq; foret eorum, qui scenam incolunt, hoc unum ex iis esset, quæ propriæ sunt certarum tragediarum partes. Unum vero hic est, quod nisi negligentia librariorum commisum sit, valde me perturbat, quomodo, cum tragedias videatur significare voluisse: atque ita sanè interpretes acceperint, dixerit ἀπόντων: & non, quo genere vocantur tragediae, ἀπαρτῶν: neque enim quid capi possit siue virili, siue neutro genere dictum, quod hic quadret, intelligo. Commisus autem eiulatus hi, generaque; atrocium lamentationum vocabantur, quia qui graui aliquo dolore premuntur, frontem femurq; ferite consueuerunt: à uerbi enim λύπῃ futuro tempore κόμματος deducitur: quo uerbo etiam, in hoc genere fletus significando, vñus est Herodotus non semel, ut cum ait. κόμματα τὰ μὲν πόποι προβάντες, καὶ οἴμοι γῆς στρατιώντες πάτερα. Aptè autem in primis Euripides in Troadibus: cum enim illis Andromacha narraret Hecuba, se vidisse corpus Polyxena, quæ in busto Achillis necata fuerat, operuisseq; illud vestimentis: & hoc deniq; genere luctus prosecutam casum illum fuisse, inquit. Εἶδον γάρ
αὐτὴν καπόβασα τὴν δέσμον, Εὔρυτα πέποις, καὶ πεποντάμενη νεκρόν. Cicero in epistola ad Atticum, cum inquit. Aut ingenuisse, ut frontem ferias: nec non in iij. Tusculana, pectoris, femoris, capitis percussions. hoc videtur significare voluisse. Nam Xenophon quoque eundem morem intellexit: & in vij. libro παιδείας affirmit ipso Cyrus vñus, quamvis eodem verbo non vtatur, qui inquit. ταῦτα ἔχεσσον ὁ κύρος ἐπαρταράρει τὸν μηρόν. Nam idem tragicus in eadem fabula multo post, & ipse verbum variauit, cum tamen idem prorsus ostendere veller, responderet verò mirificè locus hic illi Ciceroniano. est autem ubi Hecuba miserabiliter lamentatur, quod infans Astyanax ad mortem raperetur, ē sinu mattis abductus: docet enim cum erga ipsum aliis officiis fungi non possit, se uānum hoc, quod exceptum ipsis non est, vñdū cum calamitosissima matre dare. Τάδε τοι δέ τοι πλήματα κρατεῖς, σογενεῖς κτύποις. Vim reliquorum uerborum, si declaratione egere videbuntur, infra explanabo: nam auctor ipse ita singulas has partes interpretatur, ac quid illis nominibus significetur, ostendit.

Εἴ si δὲ περόλογος μοὶ μέρος ὅλου τραγῳδίας, τὸ περὶ γεροῦ παρόδον: ἐπειδότος δὲ μέρος ὅλον τραγῳδίας, τὸ μεταξύ ὅλων γεροκινδύνων μελῶν. ξέδοσις δὲ, μέρος ὅλον τραγῳδίας, μεθ' οὐκ ἐσὶ γεροῦ μέλος. γεροκοῦ δὲ παρόδος μοὶ, οὐ περότη λέξις ὅλου γεροῦ: σάσιμος δὲ, μέλος γεροῦ, τὸ αὖτις αἰακούσιον καὶ τραχίον. κόμματα δὲ, δρόμος κοινὸς γεροῦ καὶ τραχίον.

Eft autem prologus quidem pars tota tragedia, quæ ante parodum chorri. Episodium autem pars tota tragedia, quæ interiecta est inter totas chorii cantilenas. Exodus autem pars tota tragedia, post quam non est chorii cantilena. Chorici autem: parodus est prima dictio totius chorii: Sta-

simon autem cantus chori, qui est sine anapasto & trochao. Communis autem lamentatio communis chori & ab scena.

Cum igitur, verum ordinem sequens, primum definiat prologum: affirmetque ipsum esse totam tragœdiæ partem, collocatam ante parodum aduentumq; chori: significat (nisi fallor) recte poëtam in omni illa parte argumentum fabulae positum esse: si id initio ac primo statim adiutor non fecerit: esseq; ita ipsam omnem assignatam prologo: nam non videtur satis apte dicere potuisse nihil aliud in ea agi, sed solum paucis indicari. quod vniuersa penè fabula continetur: hoc enim existimari posset falsum esse, nisi ita acciperetur, vt per omne id spatium semina quædam eius rei iacta forent. Euripides plerunque primam personam, quæ in scenam venerit, hoc munus statim obire facit: ceteri tragici qui hoc non seruant, non committunt tamen, vt post aduentum primumq; cantum chori, id commemoretur: sic enim spectatoris animus nimis diu suspensus incertusq; foret: nec posset in tanta eius, quod agitur ignoratione, percipere singularum partium finem atque intellectum: huic enim rei prologus inuenitus est, ac breuis illa narratio: vt minore negotio cuncta, quæ illic geruntur, percipientur: nec quicquam accuratum spectatorem elabatur. Plautus quoque comedias scripsit, in quibus prime personæ, quæ in scenam veniunt, officio prologi non funguntur, nec argumentum fabulae narrant, vi Miletum, Cistellariam: & tamen primo in actu, quod idem est, atque ante aduentum chori, id ab aliquo conficitur. Monstrata autem vi prologi à loco potius, quem in tragœdia tenet, quā à munere aliquo ipsius diligenter explicato: neque enim tradit, quæ sint partes prologi: quia (vt opinor) id fatis notum erat: ratioq; eius nominis id aperte indicabat, ostendit eodem pæcto sedem episodij potius, & ubi collocari ipsum debeat, quā naturam eius rei explanet: episodium enim inquit esse partem totam tragœdiæ, quæ posita est in medio chororum cantuum, & ipsorum quoque totorum atque integrorum: non tamen hic quoque (vt opinor) ita accipere debemus, ut uelit omne illud, quod est inter cœta inter chori cantus, esse episodium: neque enim locus restaret ullus veris propriisq; partibus fabulae, nisi in prologo & exodo: hæc nanque tantum tragœdiæ partes non sunt vndiq; cinctæ chori cantibus. Sed quia hoc durum videri alicui potest, si id ostendere aucto r volueret, illo modo ipsum locutum fuisse, videndum est, an forte capiat hic ἐπεστόλοις alio significatu, ac vulgo capitū, & ipse quoque aliis locis cepit: vocetq; episodium, vt verba ipsa declarant, quidquid inclusum est in medio duarum chori cantilenarum. nam si quis cogitat illas, ut extrema, non sine causa intelliget, ita ipsum appellari potuisse. Pollux autem docuit, quid in tragœdia episodium vocaretur: idq; esse inquit πράγμα πράγμα γυμνιστικῶν: quod valet, cum alicui rei, quæ sua propriaq; sit eius facti, adiungitur alia, atque applicatur, quæ superiuerent: ac sine qua factum illud prius manebat. id uero à poëtis fit, & exornanda & præducenda fabulae causa: nam argumentum fabulae, factumq; illud simplex, quod refertur, pusillum est: paucisq; commemoratur. Sed ut ad sententias Aristotelis redeam, ex verbis ipsius videtur neque in prima, neque in extrema tragœdiæ parte recte, commodeq; collocari posse aliquid, quod sit alienum à fabula, atque eo aliunde importatum: atque huius sanè rei, si verum hoc est, videtur causa esse, quia in fronte ipsius componendo illi nodo opera datur, ex quo fabula constat: ac nihil eo alienum, ne perturbet spectatorem, admiscetur: vt in extremitate etiam in nodum eum expedientum, explicandamq; confusionem illam rerum, in eumbi debet à poëta: hoc enim viderur ars ipsa, veritasq; huius rei postulare, quam toto hoc libro persequitur Aristoteles: quamvis etiam contra à poëtis ipsiis, licentia vñis, aliquid committeretur. Quod vero hic etiam inquit, Intra rotas chori cantilenas, ut ita Græcum verbum μέλη reddam, inde elicere videamus posse, chorūm etiam aliis locis aliquando canere, & non tantum cum plenos illos integrosq; cantus edit. Exodum autem, quem supra tertio loco commemorauit, esse inquit partem totam tragœdiæ, post quam non est chori cantus: post ultimam enim cantilenam chori fabula iam ad exitum finemq; properat: inde enim videtur

detur potius exodus vocata, quam quod statim chorus abeat: quamvis quod contrarium huius est, à chori aduentu parodos appellata sit: nam in non nullis tragediis inducitur chorus tanquam persona aliqua quippiam illic loqui: & in quibusdam etiam diuisus in duas partes, secum de aliqua re querit: nec tamen unquam post terminum illum canit. Præterea cum chorus ē theatro, non redditurus, discedit, discensus ipsius, vt testatur Pollux, αφθον, non οὐδε appellatur. Tribus igitur partibus tragediæ iam explicatis, ex iis, quæ magnitudinem, corpusq; eius constituant, ad chori munera transit: neque id, quod generis similitudinem habet, quamvis supra in partibus his appellandis eo nomine vñus fuisse, definit, quid sit, id est chorūm: sed tanquam species ipsius, partesq; in quas id partitus fuerat, explicat: illis nanque cognitis omnibus vis chorici percepta erit. Parodum autem, quæ ordine quoq; præcedit, primum declarat eadem ratione, quæ ostendi eum vñsum in reliquis partibus indicandis: neque enim quid agere illic ostendit: sed tantum tradit parodum esse primam dictiōnem totius chori: quamvis autem λέξη dicat: quod verbum dictiōnem locutionemq; sine musicis modis plerunque valet, videtur tamen cantum significare: nam cum intencionantur etiam tragœdiæ, in quibus primæ partes sunt chori, non tamen illic vniuersus chorus loquitur, sed quid sentiant omnes, qui chorūm constituant, vñus pro illis edit. excipio fabulas illas, quæ penitus neglexerē terminos, quos veritas ipsa, ratioq; huius rei fixit: quosque postea Aristoteles omnibus demonstrauit. Nec tamen, cum id sit, videtur commode apteq; primus cantus totius chori, quod ad vim nominis facit, parodus appellari: necesse enim est prius venerit in scenam chorus, si prius sermonem cum aliquo histrione instituit, aut secum de aliqua re subtiliter disputauit. In tragœdia Sophoclis, quæ inscribitur Oedipus Coloneus, cantus ille, qui continet laudes Athenarum: cuiusq; initium est, οὐ πῆπε τὰς χώρας, parodus appellatus est ab erudito in primis scriptore Plutarcho: illic enim primum chorus canere incœpit: cum tamen antea multa locutus fuisse cum calamitoso illo sene admiratus nanque fuerat improbitatem eius, qui contra instituta religionemq; eius loci, contaminasset aditu suo fanum Eumenidum. Idem etiam, quod verè facere potuit, πράγματα appellauit in vita Lysandri cantum hūc in Electra Euripidis, qui incipit Αὔξεμονος τῷ κορεῖ λέων. loquitur uero illic chorus cū Electra, qui grec erat Argiuarum mulierum in uitantium ipsam ad diem festum collendum, nihil autem antea aut communiter aut aliter chorus in ea fabula ediderat. nam propriæ parodus esset primus ingressus chorus: atque hoc uocabulum ipsum valit. Pollux præterea ostendere volens, quid parodus sit, inquit. καὶ μὴ στασίμον τὸ χορὸς πράγματα καλεῖται. Post parodi explicationem Aristoteles tradit quid stasimon sit, cui officio chori nomen impositum est a stabilitate: tunc enim, cum cantum eum edebat, eodem loco stabat chorus, nec in ullam se partem mouebat: in parodo nanq;, vt nomen significat, dum caneret, gradiebatur. Esse igitur inquit stasimon cantilenam chori, quæ sine anapasto & trocheo est: hi nanque pedes mobiles sunt: nec villo modo apti firmitati alicui, mansioniq; declaranda. Seruabant autem hoc diligenter veteres poëtæ, vt in scribendo numeros eligerent aptos rebus, quæ tunc gererentur referendis: quod multum etiam ualebat ad eas illustrandas: ante oculosq; penè eorum, qui legerent, audirent ve, collocandas: quare in parodi illi potissimum pedes, qui hinc arcentur, usurpantur: ceteriq; omnes, qui celeritatis aliquid in se habent. Qui scholion id scripsit in chorūm eum Phœnissarum, cuius initium. Τί προϊδμα λιποῦτεβος: quod Scholion tradit cantum eum uocari stasimon: infrāque, declarata etiam vi parodi, cum exemplum eius ponere uellet, ab eodem poëta illo sumpto, dixit, parodum esse locum illum ex Oreste fabula, cum chorus inquit. σίχα σίχα: λεπτὸς ἡ χορος Αρεβίλης τιτεῖται, tota uia errauit: quod nanque stasimon esse vult, parodus est: & que parodus ab ipso uocatur, cantus chori non est. Aristoteles enim ut uere pars aliqua chorici, parodus & stasimon uocari possit, requiri ostendit, ut μέλη cantusq; sit: quamvis in definienda parodo μέλη non appellari: posuit tamen, quod (vt opinor) idem eo loco ualeat: nam quod ait λέξη δια χορος, intellectus μέλη: cum enim vniuersus chorius uocem edit, & non unus aliquis illius gregis uicem omnium sustinet, canit: quin autem primus ille cantus in ea fabula sit, dubitari non

potest. Sed sunt etiam illic frequentes pedes mobiles, qui alieni sunt à stasimo: nam si parodus illa esset in Oreste, quæ ne à choro quidem pronuntiata est, sed ab Electra, quamvis in excusis libris falsò chori nota illic posita sit: prima enim verba chori in ea fabula sunt. *ἰδοὺ πάτερ μου*, quia tunc chorus in scenam venit, sequeretur etiam, vt, quæ à graui auctore Plutarcho in Oedipo Coloneo hoc nomine vocata est, parodus non foret: prius enim in scena, vt appareret, chorus multum uersatus fuerat. Sed ille (vt arbitror) in hoc deceptus est, quod, notionem nominis secutus, putauit primum quemq; aduentum illius parodum debere vocari, quamvis tunc chorus nō caneret, sed perinde atque histrio aliquis ageret: quod omnino falso est. Eruditus igitur multo, veriusq; sensit de his rebus, qui confecit argumentum Persarum Aeschyli, vel non nulla potius adnotauit ante illam fabulam, quæ adiutura lectorem eius existimauit: chororum enim genera diuidens, inquit. Eorum quædam esse parodica, quæ sunt, quando chorus exponit, quam ob causam aduenerit, vt illud *τύπον οἱ δημόσιοι πατέρες*: alia autem stasima, quando stat: incipitq; commemorare incommodum aliquod, quod in illis rebus euenerit: non nulla uero commatica, quando, quod restabat, lamentantur acerbos eos casus. Hic igitur vidit naturam eius cantus Phoenissarum: cognovitq; parodum eum esse: cum enim ex omnibus tragœdiis exemplum sumere ei liceret, illo potissimum vsus est ad parodum ostendendam. Quod vero ad rationem nominis facit, quo cantus chori vocatur stantis, immobilisq; manentis, Aristoteles harmoniam hypodoriam in problematisbus, stasimon esse inquit, quia grauis foret, ac numeros stabiles reciperet. Nam Horatium quoq;, quod Græcae voci respondet, eadem de causa spondeos stabiles appellasse, quia moram scilicet in se habent, apertum est. Non docuit autem Aristoteles, unum ne solum, an plura stasima in cantibus chori forent: sed tantum tradidit cantum eum chori, à quo abessent hi pedes mobiles, quos appellat, *πάτερ μου* vocari. nam parodum vnam esse tantum significauit, cum ait eam esse primam dictionem totius chori. Pollux vero, qui hæc minutius concidit, ostendit, cum contingat aliquando chorus è scena exire, rei alicuius administranda causa, quæ seruat fabula, redditum postea ipsius in scenam vocari. *ἴππερ δένειν*, id est secundam & repetitam parodon: in qua omnia, quæ in priore, seruari solita verisimile est: inde enim quoque pedes stabiles, & qui moram in se haberent, eadem de causa remoueri debebant. Monstrato stasimo Aristoteles à pedibus, qui alieni ab eo cantu sunt, declarat quid commus sit: quam rem supra non communem omnium tragœdiarum, sed propriam quarundam partem esse dixit: inquitq; commum esse fletum, lamentumq; commune chori, & ab scena. Nam *ἀπὸ τὰλων* quod inquit, quod videtur valere sonum vocis, qui exit è scena, atque inde proficiscitur, arbitror intelligere ipsum fletum histrionum, quod tam magis certum foret, si dixisset *καὶ ἀπὸ σκηνῶν*: ita nanque consuevit vocare histriones ipsos: Et sanè aliis etiam in locis ita distinxit chorus ab histrionibus, ut in problematisbus paulo post supra citatum locum: de amplitudine enim & stabilitate loquens inquit. *ταῦτα δὲ αὐτῷ καὶ οὐδὲ ταῦτα*: τοις δὲ απὸ σκηνῶν, οἰκεῖτρα. Sed Demosthenes etiam pro Cresphonte ita locutus est, cum histriones intelligerer: personamq; aliquam, quæ in scena versaretur. Aeschinum enim exagitans, qui ei studio olim incubuisse ferebatur, inquit. *Σὲ δέ, μηδὲ ἡρώα τὴν τυχόντα: αλλὰ τέταυ τίνα τὴν απὸ τησσαλῶν, Κρεσφότῳ,* & *Κρεσφότῳ*: & quæ sequuntur. Quamvis non omnino uerbis illis idem significare videatur uoluisse nobilissimus orator, quod Aristoteles. Sed cum se prius, personamq; suam simulat extenuasset: contraq;, itidem ficta, augere vellet dignitatem aduersarij, inquit. Te autem uis faciam magnum aliquem virum, atque heroem, ac ne quemlibet quidem ex illis, sed eorum aliquem qui in scena versantur: puta Cresphontem, aut Creontem, intelligens (nisi fallor) præstantissimum quemq;, atque illic ualde nobilitatum, quasi honorem aliquem ac dignitatem etiam ipsis afferret, in scenam crebro eorum facta referri. Videtur autem hinc elici, chorus non solitum manere in scena, sed alium theatri locum ipsi assignatum fuisse, quum dixerit commum esse fletum mixtum è cantibus chori, & vocibus, quæ prouident è scena. Ut autem ita quoque coner illustrare hunc locum, indicabo vnum, alterum ve huiuscmodi fletum in tragœdia aliqua, qualem intelligit hic Aristoteles

les. primum igitur in Andromacha Euripidis, cum iam nuntius grauis & inexperiati mali venisset Peleo, qui significauit Neoptolemum nepotem ipsius, cæsum Delphis imperu multitudinis, in illum ab Oreste concitate: cumq; chorus corpus ipsius adolescentis, quod ferebatur humeris famulorum monstrasset, omnis ille locus, ex quo statim lamentari incipit Peleus acerbum illum casum, & multa colligit, quæ atro citatem ipsius, calamitatemq; suam testarentur, & vna cum eo chorus miserabiliter luget: doletq; & indignissimam illam necem, & Pelei ipsius orbitatem, usque ad subitum aduentum Thetidis, quæ venit, vt consolaretur illum dolorem, commus est. his autem præcipue verbis, illic à Peleo cum ingenti dolore editis, declaratur commum illum vocari debere. *Ἐπαρθένους κάμαιον*; *Ἐπιθύμους ἐμών καρδία κτύπης χρόνον*; tempus enim illud requirere ostendit vt dilaniat capillos, & manibus caput feriat, atque omni genere lugendi vtatur. Eodemq; pacto in Aiace Sophoclis, ubi Tecmessa, inuenito corpore Aiakis, adhuc spirante, deplorat mortem illam fortissimi viri: statimq; chorus, re cognita, malumq; illud ante oculos habens, & ipse magnopere dolet: multaq; effundit significantia vehementem dolorem, quo premebatur, commus est: cui etiam fletu se adiungit, incredibiliter dolens, Teucer, qui & ipse induxit ægritudini & grauius questus est de illo atroci malo, donec interuenit Menelaus, qui accusaret illum, quod mortem fieret Aiakis, qui pessime animatus fuisset aduersus exercitū: vetaretq; eum sepulturæ dare. plures alij huiuscmodi questus existunt in tragœdiis patheticis, quos, qui accuratè leget, nullo negotio cognoscet.

Μόρη δὲ τραγῳδίας, οἷς μεν, οἷς ἄλλοι δεῖ χαῖδαι, πέστρον εἴπαμεν: κατὰ δὲ τὸ πάσον καὶ εἰς ἀδιαιρέται περιχειρεῖα, ταῦτα ἔστιν. ὃν δὲ δεῖ συγχέειν, καὶ δεῖ διλαβεῖν, σωισάντας τὸ μέθον: καὶ ταῦται ἔσται τὰ τῆς τραγῳδίας ὅργον, ἐφεξῆς ἀντὶ λεκτέον τοῖς νῦν εἰρημένοις.

Partes autem tragœdiæ, quibus quidem, vt formis, oportet riti, prius diximus. Secundum autem quantum, & in quas diuiditur separatas, ha sunt. Quæ autem oportet coniectare, & que oportet cauere, constituentes fabulas, & unde erit tragœdia opus, deinceps tradendum ijs, que nunc dicta sunt.

Cum partes quoque, quæ corpus tragœdiæ constituunt: locoq; distinctæ ac separatae sunt, explicuisse tempus rerum illarum tradendarum, quas oportet poetas in componendis fabulis proponere sibi, ac capessere conari: quasq; contra totis viribus decet in ea refugere ac vitare: & vnde deniq; obtineri possit, ut tragœdia id efficiat, cui efficiendo præstandoq; inuenta est. Sed antequam verba quæ hoc valent: quæq; ordinem, quem sequi velit accuratissimus scriptor, interpreter, liber suspicionem animi mei indicare: veritus enim quandoq; sum, atque id (vt opinor) non sine causa, ne plura uerba, quæ initio huius partis apud auctorem collocta sunt, è superiore loco in inferiorem hunc fluxerint, atque hic nullo modo legi debeat: cum enim illa duobus uicinis locis, nulla penè immutatione facta legantur, arbitrabar in altero eorum ea superuacanea esse. & cum mecum cogitarem, ubi nam illa uerius manere possent, putabam superiorem sedem magis illi conuenire. intelligo autem, quamvis id dubium esse non possit, ac cuiuslibet legenti, ea iteratio earundem sententiarum suspecta merito esse debeat: quibus commemorat se docuisse partes, quibus oportet uti tanquam formis: uellèq; se nunc tradere partes, quæ in quantitate positæ sunt, in quásq; tragœdia secuntur. Existimabam autem illa magis propria illius loci, quia mos Aristotelis est absoluta iam aliqua præceptione, cum velit ad alia transire, breui repetere quæ fecerit: indicareq; itidem, quæ sequuntur, non aliquibus rebus iam explicatis ostendere, diuisione facta & quid multo supra & quid etiam proxime fecerit: nec ordinem rerum futurarum aperire: sed contra

contra patefacere tantum, & quasi digito monstrare id, quod iam effectum est: hoc enim ualent uerba illa. τῶντας εἰς: suntq; ostendentis, & manum eō intendentis: nam cum semel iam testatus esset se tradidisse partes tragediæ, quibus ut formis uti oportet, atque id suo apto q; loco fecisset, quid opus fuit, alieno idem importunè docere? hic enim satis esse videbatur à se partes, quæ quantam fabulam reddunt, explanas esse. Sed tamen in hochuius rei iudicio, cum hoc seorsum ab illo repetitum non sit, molestum uidetur, quod statim indicarentur ab auctore quæ sequuntur, sine ulla proxima vicinæ rei repetitione: quod non est consuetudinis ipsius: nam partcula etiam &, quæ initio eius declarationis posita est, eam, quæ ipsi respondet, requirit. Quare & hoc & consensum omnium librorum aduersari mihi intelligens, nihil temere ausus sum immutare, tantum scrupulum, qui animo meo iniectus esset, volui indicare. Sed his relictis. Cum optimus magister supra multa præcepisset, quæ ostendunt, quomodo oportet fabulam texere, rcsq; illas coagmatare, antequām etiam doceret duplex esse genus partium ipsius. cum alteræ qualitatem fabulæ indicent: alteræ magnitudinem eiusdem, corpusq; constituent: videbētq; nunc, explicato iam vtroque genere partium, esse quædam, quæ multum elegantia ac viriū tragediæ afferunt, manentia in constructione fabulæ: non nullaq; itidem alia, quæ impediunt, corrumpuntq; officium ipsius, vt facilius bona obtineantur, mala autem vitiāq; declinentur, ostendit quæ illa sint, quæ opus finēmq; tragediæ adiuuant: ac quæ deprauant. Non alienum autem est, quamvis ratio viāq; aliquius artis tradita iam sit, non nulla tamen admonere, quæ ad expoliendum opus pertinent: monstrandumq; quomodo, quod summum in eo perfectumq; est, confici poslit. Quare non arbitror nunc auctorem prestatre, quod initio libri proposuit, vt non nulli credidere: neque præceptionem hanc illi parti respondere puto, cum ait. Et quomodo oportet constituere fabulas, si debet se bene habere poësis: nam præter quam quod id iam efficit, ordo etiam ita valde ab eo immutatus esset: nam verba hæc præcedunt illa, quibus declarat se disputaturum ex quot, & qualibet partibus constet poësis: quod in tragediæ iam effectum ab eo est. Si accurate autem attendimus, hic Aristoteles ostendere vult, quæ pulcherrimam tragediam, & cui nihil addi poslit, efficiunt: nam ut illa opus suum ad exitum recte perducat, magna ex parte in constructione fabulæ positum est. vnde inquit. Quæ autem oportet sibi proponere ac persequi: uerbum enim, quo ipse vñs est, σωχθεῖσαι, translatum est ab iis, qui arcu utuntur, sagittisq; locum destinatum appetunt. ut igitur illi oculos eō dirigunt, ita in reliquis studiis, quæ nobis vtilia putamus, obtinebētq; cupimus semper quasi posita ante oculos habemus: quare id verbum in consuetudine Græcorum fuit. Quæ igitur (inquit) opus est magna diligentia persequi: quæq; contra oportet fugere ac toto animo vitare poëtas, dum fabulas constituant, tanquam scopulum aliquem: nec non unde existet, parabiturq; à nobis, vt tragedia munus suum obeat: ac moliri ea poslit, quæ ab ipsa expectantur: officium autem ipsius finisq; notus est: vt ex consequentibus etiam verbis intelligitur: excitare enim in animis spectatorum illa debet metum, & misericordiam. Hęc (inquam) omnia requirit ordo huius præceptionis, vt post nunc explicatas res tradamus. Quod enim inquit: μητέοι, munus officiumq; suum esse declarat illi rei incumbere. Nam ἀφεῖται, quod idem in Græco sermone valet, quod deinceps in Latino, verum & non interruptum ordinem significare apertum est.

Ἐπεὶ δὲ τὸν τούτον τὸν καλόν τραγῳδίαν, μὴ ἀπλήν, ἀλλὰ πεπλεγμένον: οὐκ τούτον φοβόμενον οὐκέτε εἰς μεμπτικόν: τόπος γάρ τοι τοιαύτης μημένος εἰσι. πεδονούντες δῆλοι, ὅτι οὐτέ τότε ἐπεικεῖς αὐτοῖς δέ τι μεταβάλοντας φάνεθαι εἴς θυτούχας εἰς θυτούχαν: οὐ γάρ φοβόροι, οὐδὲ εἰςενοὶ τούτοις, ἀλλὰ μαρτυροῦ εἰσιν.

Quia igitur oportet compositionem esse pulcherrima tragedia non simplicem, sed nexam: & hanc formidolosum & miserabilem esse imitacrem:

tricem: hoc enim proprium huiuscmodi imitationis est, primum quidem manifestum, quod neque aequos & probos homines oportet mutatos apparere ex felicitate in infelicitatem: non enim formidolosum, neque miserabile hoc, sed sceleratum est.

Cum propositum Aristotelii sit ostendere quæ captāda, quæq; fugienda sint in optima fabula tragicæ constitutione, primum docet quas potissimum sumere personas debeamus: de quarum magna fortunarum mutatione scribatur à nobis tragedia: dumq; harum condicionem vitamq; inuestigat, simul declarat quæ sint declinanda, vt nullo modo muneri proprio tragediarū ob eundo accommodata: uel potius monstrandis harum vitiis, venatur eas, quæ ab iis culpis vacue sint, & omni re utili ad hunc finem abundant. Poniens igitur duo iam explicata planaq; facta, vnde nascatur & liquido intelligatur quid facto hic opus sit, inquit. Quia igitur oportet pulcherrimæ tragediæ compositionem esse, non simplicem, sed plexam (hoc enim alterum eorum est, in quibus fundat hanc præceptionem:) supra autem probauit, fabulas, rerumq; coagmentationes, inuolutas & in quibus agnitio peripetiæq; existaret, antependas esse simplicibus argumentis: quamuis enim ex simplici apertoq; argumento fabula confici possit non mala, cum tamē hic de pulcherrima, omnibusq; rebus ornata tragedia loquatur, merito illam remouet. Adiungit autem. Et hanc formidolosorum, & miserabilium esse imitacrem: quod & ipsum supra comprobatum est: & vt certum, hic positum. Commune vero hoc est omnium tragediarum: non pulcherrimæ & vndique absolutæ proprium: quæ nanque non habebat argumentum aut ad metum iniiciendum in animos hominum, aut ad misericordiam illic excitandam aptum, tragedia non foret, vt statim ipse declarat, qui ait. Hoc enim proprium est huiuscmodi imitationis: nulla enim alia genera poëseos propounderunt sibi imitandas res terribiles, aut ad gignendam misericordiam accommodatas. His igitur duobus positis infert (quod enim sequitur est αὐτοπόδος: & redditio superioris illius coniunctionis ιπτα) Primum quidem manifestum est, quod neque aequos ac probos viros oportet mutatos apparere εἰς rebus valde secundis in res valde aduersas: in qua redditione non simpliciter, vt consuevit, inquit δηλοῦ, sed ante illud, πρότονος posuit: neque enim id tantum inde planum esse, nasciq; εἰς superioribus illis vult, sed alia etiam non nulla, quæ adiuvent hanc cognitionem: Tria autem illa esse videntur: quæ antequām ostendat quid aptum sit coagmentationi optimæ fabulæ, inde remouet: atque illa quidem omnia in personis, in quibus fundata est fabula, posita. Primum igitur eorum est, quod statim inde certo intelligi docet. Cum vero quærendum sit, cum πρότονος dixerit, cur non addiderit infra εἰς: aut si tertium etiam quoddam ex illis tanquam fundamentis exoriebatur, εἰπεῖν, vt ratio ipsa poscere videbatur: si nanque nihil aliud inde præter primum illud eliciebatur, quid opus fuit πρότονος ponere? siue ita locus accipiendus est: siue alia quædam intellexit, quæ secundum tertium velocum subirent, vt quæ ipse appellauit vniuersi quasi corporis sint: & uno cuncta, quod inde manifesto teneatur, comprehendantur. Non potest autem quod dixit, contingere, vt tanta commutatio fortunarum alicuius fiat, nisi in argomento inuoluto: in hoc enim manet peripetia, quæ non versatur in simplici & aperta fabula: quare recte supra genus illud fabulæ reiecit. Rationem vero eius, quod dixerat reddens, inquit. Non enim formidolosum, neque miserabile hoc, sed sceleratum est. Significat autem hoc argumentum alienum esse à fine tragediæ: nec posse prestatre illa propter quæ expetitur tragedia: cum ipsum neque metu incutiendo, neque excitando misericordiae in animis hominum idoneum sit, sed maius quiddam moliatur: ac sceleratum nefariumq; factum habeatur: valet enim (nisi fallor) omnis hæc sententia. Cum homines vident innocentem virum, atque insignis probitatis amittere præclaras opes, & incidere in res maxime aduersas, accusant pene deos immortales, qui hoc passi sint, nec defenderint integrum virum, & exemplum quoddam bonitatis, vt videbatur oportuisse: iudicantq; prorsus id factum conscele-

conceleratum, & huiuscemodi, quod fieri nullo modo debuerit. μηρόν certè valet scelere inquinatum ac contaminatum. Euellitur autem scrupulus, qui animum alicuius male habere potuisse, hoc pacto: non sine causa enim aliquis putaret tunc præcipue gigni in animis nostris misericordiam, cum cernimus probum virum iniq[ua] fortuna uexatum, quod verum est: euellitur (inquam) si capimus id verbum ἵμενον, valere hic egregia probitate prædictum, & non mediocris alicuius bonitatis hominem, nam in iij. libro de arte dicendi ipse tradidit misericordiam commoueri, cū videmus aliquem in malo quopian magno oppressum, indignum illis malis: multi autem indigni sunt malo, quamvis plenam absolutamq[ue] bonitatem non habeant: nec vtitur ille hac voce in explicatione huius perturbationis, nisi ubi tradit misericordia non posse moueri eum, qui pessime omnino sentiat de genere humano, nec quempiam esse putet probum virum, & ἵμενον: quo sanè loco uidetur capere ἵμενον pro indigno aliquo malo eius generis, quæ significauit, & mediocris etiam probitatis homine. Verba eius sunt. καὶ οὐταντινας εἴου ἵμενος: aliter igitur hic cepit hoc nomen, quam eo loco. Quamvis non stulte fortasse aliquis diceret hoc pacto dissolui hanc questionem, concedens ἵμενον nomine intelligi etiam mediocriter probum: ut tanta rerum commutatio, quantum hic tradit, id efficiat, ac sceleratum quiddam esse dicatur: nulla enim maior dici potest, quam è maxime bonis rebus cadere quempiam in res vndiq[ue] malas. Quod nisi tam acerba fortuna in illos fuisset: in medio-creq[ue] malum ipsos conieciat, inuenient misericordiam: nec sceleratum ac nefarium id factum habitum fuisset, ut nunc, cum amissâ eximia fortuna, obruti sunt cumulo maximorum malorum. Non sine causa autem existimare aliquis posset, freatus hoc testimonio summi doctoris, peccasse Euripidem, qui sumpfit per sonam Hippolyti tanquam tragœdiæ aptam: misericordiaq[ue] mouendæ idoneam: casus nanque illius, vt docet hic auctor, dirus fuit, ac nefarius, non miserabilis: neque enim decebat tam integrum & castum adolescentem in eam miseriam caderet: nec fructum aliquem ipsi ferre eximiam illam pietatem, qua præditus erat: quis enim non indigneatur, quem huiuscemodi quicquam contingit? An puigari potest poëta, quia quamvis eximiae probitatis foret Hippolytus, tamen contempserat Venerem: ipsiusq[ue] dignitatem læferat. est vero erratum non paruum, graueq[ue] crimen, committere quicquam contra deum aliquem. Euelli præterea posse purarem hunc scrupulum, quia infra auctor docet, si quis discedat ab his finibus, terminisq[ue], quos ipse monstrauit, potius in eam partem migrandum, vt meliori, quam deteriori poëta fingat id evenisse: concederemq[ue] Hippolytum meliorem futisse, quam ille maxime idoneus huic rei, quem descripsit Aristoteles. Sed ille non tantum melior fuit, sed præstans exemplum probitatis ac pudicitie, vt si illius casus non dicatur nefarius ac μηρός, non facile aliis inueniatur, qui verius hoc nomine appelletur. Non insulse quoque quæreret aliquis, cur in monstrandis iis, qui sunt apta materia tragœdiis, ab illis ipsis non mitium ducat suæ preceptionis, sed à contrariis, & qui destituti sunt rebus, factis ad ea præstanta, quæ hoc poëma requirit. Qui tamen diligenter attendet, inueniet hoc crebro facere hunc auctorem, vt prius indicet quæ aliena sunt à bono, quod in ea re est, consequendo: illa enim videntur impedire & quasi viam ad illud obstruere. nam supra etiam, cum docere vellet quæ fabula sit vna, prius sedulo declarauit quæ uerè non esset vna, quamvis ita falsò à non nullis existimaretur. Sed infra etiam, cum ostenderet, quæ potissimum res atroces sint, & quæ miserabiles, primum significauit quæ illiusmodi nullo modo forent. Hoc autem præcipue loco, cum idoneum huic studio esse velit medium quendam & interiectum inter duos extremos, iustum causam habuit illos antea accurate demonstrandi. Τοιάποτε μηρόστατος inquit, & non ταύτης, vt opinor, quia non omnino illa definita est, nec habet certos terminos, & qui nullo modo variari possint: nam quæ vicina etiam similisq[ue] admodum huic est, probatur recipiturq[ue]: eodem pacto paulo post ait οὐταντιστάτος: illic enim quoq[ue] non penitus se ad eam referat, sed significat etiam propinquam ipsi.

Οὐτε τέ μοχθερούς ἐξ αἰτυχίας εἰς δύτυχίαν: ἀπειγωδέστατον γαρ σύζηται παῖτων: οὐδὲν γαρ ἔχει ὅν δέ: οὐτε γαρ φιλαίθρωπον, οὐτε ἐλεινον, οὐτε φοβόν εἶν.

Θεον εἰν. Οὐδ' αὖτις σφόδρα πονηρὸν ἐξ θύτυχίας εἰς δύτυχίαν μετεπίπεντες μετὰ γαρ φιλαίθρωπον ἔχοι δῶν τοιάποτε σύστασις, ἀλλ' οὐτε ἐλεινον, οὐτε φοβόν. ὁ μετὰ γαρ τῷδε βν αἰτίαιν εστι δύτυχοντα: ὃ δέ, τῷδε τὸν ὄμοιον. ἔλεος μετὰ τῷδε βν αἰτίαιν: Φοβός δέ, τῷδε τὸν ὄμοιον. οὗτος τε οὐτε ἐλεινον, οὐτε φοβόν ἔξαε συμβαῖνον.

Neque prauos ex infelicitate in felicitatem: hoc enim è cunctis alienum maxime est à tragœdia: nihil enim habet eorum, quæ oportet: neque enim gratum hominibus, neque miserabile, neque formidolosum est. Neque rursus vehementer improbum ex felicitate in infelicitatem cadere: quod gratum enim sit hominibus haberet sanè huiuscemodi constitutio, sed neque misericordiam, neque timorem: hæc enim circa indignum est, rebus malis oppressum: hic autem circa similem. Misericordia quidem, circa indignum: timor autem, circa similem. Quare neque miserabile, neque formidolosum erit quod contingit.

Primo iam tradito, indicat reliqua duo genera hominum, quæ & ipsa variis de causis accommodata non sunt tragedia, si eorum etiam fortunæ exitum illum habuerint, qui, nisi vitium in personis mansisset, proprius tragedie extitisset. Alterum eorum est, quod prius explicat: quodq[ue] expers eorum omnium esse affirmat, quæ requiruntur in hoc poëmate, si fingantur praui homines lapsi esse è maxime bonis rebus in maxime malas. Quare admonet hos declinando, si quibus forte in vita hoc aliquando vsu uenit: vt cum praui essent, iidemq[ue] aduersis casibus confliciti, tanta immutatio facta in illis sit, vt felices euaserint. Quod autem ad structuram verborum facit, cum accusandi casu hos ponat, apta sunt hæc omnia è superioribus: repetiq[ue] debent verba illa δὲ μεταβάλλοντα φάγεται. Non oportet igitur inquit) neque viros prauos apparere mutari è rebus omnino secundis in aduersis: rationem autem huius præcepti reddens, inquit. Maxime enim alienum est hoc à tragœdia omnium, quæ non conueniunt ipsi aliqua de causa. Sed cum hoc tam remotum alienumq[ue] ab optime constituta tragœdia esse dixisset: huius quoque dicti causam afferre voluit: curq[ue] tantopere fugiendum id esset, declarauit. Primum igitur ait: Nihil enim habet, scilicet hæc rerum constitutio, eorum, quæ requiruntur: quæq[ue] habere oportet tragicarum rerum constitutionem. Postea autem, magis animi sui sensum explicans: quæq[ue] illinc absint accurate declarans, inquit. Neque enim gratum hominibus, neque miserabile, neque formidolosum id est: quæ omnia scilicet intueri debent in optimè constituta tragœdia. nam de duobus extremis dubitari non potest. primum, quod ipse φιλαίθρωπος vocat, quomodo & ipsum abesse non poslit à tragœdia, videndum: simulq[ue] quid valeat hoc loco id nomen. Significare igitur hic puto φιλαίθρωπον quod gratum esse possit hominibus, & eius generis, quod acceptum est humanæ naturæ, capitq[ue] animos mortalium. id autem elicio ex voce ipsa, quæ iuncta est è duobus nominibus, separatis hoc valentibus, & è sententia, quæ valde accommodata hic est: Nec tamen me fallit hominem vocari φιλαίθρωπον plerunque, qui studiosus est commodorum hominum, diligitq[ue] ipsis magnopere: aliter ramen hic res φιλαίθρωπος videtur appellari, quæ grata scilicet & accepta sit hominibus, vt ostendi: neque enim hoc abhorret à uicinitateq[ue] huius verbi, vt docui: Multo quoque infra Aristoteles (nisi fallor) ita cepit hoc nomen, cum inquit: τρεχικὸν γέ τοτε ήτα φιλαίθρωπον. explicans nanque, cuiusmodi argumentum intelligat, inquit: sententiam enim eorum uerborum exprimam. Est autem hoc quando sapiens aliquis: idemq[ue] improbus deceptus fuerit, seu Sisyphus: aut fortis sanè, iniustus tamen, uictus superatusq[ue] in contentione pugnaq[ue] fuerit: gaudent enim homines, cum imponitur callido viro ac versuto, si idem affinis maximis vitiis fuerit,

& ex ea te magnam laetitiam capiunt. eadem ratio est alterius exempli, ne nunc alieno loco totum id accurate explicem. Restat uidere, quomodo hoc unum esse ex illis tradat, que abesse non possunt à tragœdiis, cum supra semper duo, quæ sequuntur, appellari. Arbitror igitur Aristotelem illic primum omisisse ut planum: nihil inquam afferri debere in scenam, quod contra voluntatem & desideria sit spectatorum: cum enim poëtae placere studeant ipsis, contrarium inde penitus sequeretur. & huius fortasse semen quoddam est, quod supra docuit poëtas quosdam, vt magis placerent spectatoribus, uerum finem tragœdiæ reliquie, & ad comicum se transtuſſe. Non docet hic etiam, cur factum illud miserabile non sit, neque formidolosum: erat enim hoc planum: cum enim contra aliquid fit, misericordia excitatur, si persona indigna fuit ea magnitudine malorum: nec non timor in animis nostris nascitur, si probus vir imperu fortune vexatus est: hic autem improbus ab ipsa preter modum ornatur: quare hoc relicto, alterum genus hominum demonstrat, quod & ipsum declinare oporteat, vt ostendit, à fortuna iactatum: quamuis non tot viis labore hoc argumentum. est autem ipsum tertium genus personarum, quod est sedulo fugiendum. inquit igitur. Neque rursus uehementer improbum ex felicitate in infelicitatem cadere: non debere, inquam, poëtam ita res coagmentare, ac fabulam texere, vt illic aliquis ualde improbus amittat res suas secundas, cadatq; in aceruum miseriarum. Videns autem hanc rerum constitutionem contrariam eius esse, quam supra non φίλας θρησκευτοὶ esse docuit, quare non posse eidem culpæ affinem esse, sed potius illo nomine laudari debere: hoc verum esse fatetur: nam inquit. Quod enim gratum hominibus sit, haberet hæc constitutio. causa uero huius rei aperta est: quis enim non gaudeat probus uir eo facto, cum videt improbissimum hominem ac maximis vitiis notatum è secundis rebus in aduersas cadere. Posse autem id habere, & non omnino necessarioq; habere inquit: quia non ualde plerunq; delectantur mortales incommodis aliorum: & qui non penitus uacui à culpa sunt, sibi exemplo illo timere incipiunt. Sed addit, casum eum neque misericordiam, neque timorem inse continere: quod yerum esse confirmat, omnem rem diligenter tradens. inquit enim Alter enim motus circa indignum est, opertum grauibus malis: alter uero circa similem: Quia tamen non omnino planum erat, uter eorum motuum propter indignum malo, vexatum tamen eum maximis incommodis: & uter propter similem itidem exoritur: nam ambo hi motus animorum virili genere in Græco sermone appellantur: quare ipse supra in explicatione huius sententiae, hoc in ambiguo seruare cupiēs, motum addidi, rem adhuc auctor magis explanans, inquit. Misericordia quidem circa indignum: metus autem circa similem. In ij. autem libro de arte dicendi, accuratè ipse declarauit, cur misericordia naſceretur in animis nostris, cum videamus tantum homines probos, & indignos iniqua illa fortuna, magnopere premi: nec non cur timemus solum, cum uidemus aliquot pares nobis malo oppressos. quare qui exquisitius omnia discere uult, èo adeat, ubi uis omnis harum perturbationum explicatur. Adiungit autem hic, concludens, quod proxima hac disputatione probare uoluit. Quapropter neque miserabile, neque formidolosum erit, quod contingit, atque inde vsu uenit. sequitur igitur, ut nullo modo aptum sit tragœdie hoc argumentum. Non aperuit tamen, cur id neque miserabile, neque formidolosum effet: apparet enim ex definitionibus illarum rerum: quis enim angeretur videns valde improbum virum in statum illum uitæ cadere, quo dignus est? aut quis ita de se male existimat, vt faciat se similem perditio homini, ac turpibus maculis inquinato? Secutus vero fidem calamo exaratorum librorum, verbum hic mutauit: atque ex eo, quod prius erat φάντασμα τὸ συμβέβουν: vt effet ἵππος τὸ συμβέβουν effici: nam præter auctoritatem codicum, sententiam etiam hanc ueriorem puto.

Οὐ μεταξὺ αὐτῶν τούτων λοιπός. Εἰδὲ τοιοῦτος, διὰ μήτε αρετῆς διαφέρων, καὶ δικαιουσίου: μήτε διὰ κορώνης καὶ μοχθείας μεταβάλλων εἰς τὴν δυνατίαν, ἀλλὰ διὰ μαρτίου Σωτῆρος, τῶν διὰ μεγάλης δύνατος οὐ τῶν κοὐδὲ δύνατος. οἷον Οἰδίποδος, καὶ Θυέστης: καὶ οἱ εἰς τοιούτων γενῶν ἐπιφανεῖς αὐτοῖς.

Qui

Qui in medio igitur horum reliquias: est autem huiuscemodi, qui neque virtute præstat ac iustitia: neque propter vitium & prauitatem mutatur, caditq; in res aduersas, sed propter errorem quendam, hominum, qui sunt in magna existimatione & abundantia omnium bonorum. Ceu Oedipus & Thyestes, & qui ex huiuscemodi familij clari atque illustres viri.

Cum indicassetiam personas tragœdie non idoneas: admonuisseq; poëtas, ne in rebus coagmentandis, fabulisq; texendis casus ipsorum in scenam afferrent, retinabat, reiectis illis, ostendere, quas sectari oporteret: quare huic rei nunc toto animo incumbit: & inquit, extremis improbat, restare in medio eorum statum, atque interiectum inter illos: qui si cetera habuerit, quæ exponit, idoneus erit: & ualde huic studio atque operi accommodatus. Cum autem restare dixisset interiectum inter illos, ne quis error existeret, explanat quis hic sit: & inquit esse illum huiuscemodi aliquem, qui scilicet neque virtute antecellit ceteris, neque iustitia: & cum in fortunis ipsius tanta immutatio facta sit, non amiserit eximia illa bona, lapsusq; sit in calamitatem propter animi vitium & prauitatem: verum propter erratum aliquid: quibus etiam adiungatur, ut non sit unus e populo, & obscura aliqua persona, sed ē numero eorum aliquis, quorum magnum nomen est: quiq; opulentí sint, atque à fortuna omnibus commodis ornati. Non repugnat autem, quod ipsum uirtute aliqua præstanti prædictum esse non vult: eundem tamen laude & existimatione excellentem probat, quamuis uirtutis comes honor ac gloria plerunque sit: loquitur enim ex opinione multitudinis, quæ admiratur magis imaginem uirtutis, atque inanem, quam veram gloriam: & tamen non negat, quin in illo esse possit mediocris aliqua virtus, sed eximiam tantum ac præclaram ab eo remouet. Exemplis etiam huiuscemodi genus hominum, & quales maxime tragœdia requireret, demonstrauit: dixit enim. Ceu Oedipus & Thyestes, de quorum aduersis rebus plures tragœdiæ scriptæ fuerunt. Cum alios etiam huiuscemodi reperiri significare vellet, addidit. Et ex huiuscemodi familij illustres alij: quibus scilicet ea contigerint, quæ docuit, vt scilicet in miseriā lapsi sint errore quopiam animi, maloq; consilio: non insigni nequita aut prauitate. Επιφανεῖς, quo verbo vsus est in iis significandis, qui idonei sunt huic poëmati homines, appellantur à Græcis, qui insignes sunt inter certos, ac clari ob aliqua eximia bona atque honesta facta. Vnde Isocrates in laudatione Helenæ uocauit magnum nomen ac claritatem, quam aliqui in vita consequuntur, ἐπιφανεῖς: ita enim in conferendis inter se bonis Herculis atque Helenæ locutus est. εἰδὼς δὲ τὰς λαμπρότερας καὶ τὰς ἐπιφανεῖστας ἐκ τῆς ἡσυχίας, ἀλλ᾽ εἰ τὰς παλέμων τὰς ἀγώνων μηνούσιας: & quæ sequuntur. Animaduertendum autem, cum supra prius appellasset αρετῶν, quo nomine cunctæ virtutes significantur: genus enim id est singillatim omnium: genere vero aliquo posito, cunctæ ipsius partes formæq; possit intelliguntur, quid attinuerit θεωρούσιū statim nominare? An αρετῆς nomine hic abusus est: vocauitque ita vnam aliquam ex ipsis: nam Romani homines militarem fortitudinem virtutem plerunque appellabant. Vel iustitiam, quia præcipue inter ceteras fulgeret: magnaque ipsius vis effet, nomine præterea suo ostendendam censuit. Quid autem propriæ αρετία foret, docuit ipse in questione xxvj. segmenti eius, quo explicat ea, quæ pertinent ad Harmoniam. inquit enim. αρετία δὲ εἰ τοῖς χερσοῖς πρᾶξις. Cum igitur aliquis relicto eo, quod facere præstabat, propter imprudentiam id, quod est deterius gerit, tunc labitur ac peccat. Exempli causa. Oedipus lapsus est, quia ira commotus interfecit Laium: nec cognovit eum patrem esse: præstabat autem iniuriam eam, quam acceperat ab eius satellite, æquo animo ferre, nec tantopere excandescere.

Αὐτάγκια αὐταὶ τὸν κολπὸν ἔχοντα μῆθον, ἀπλοὺν ἐν μᾶλλον ἢ διπλοῦν, ὥστε διπλούς φασι: καὶ μεταβάλλειν οὐκ εἰς δύνατον εἰς δυνατίασ, ἀλλὰ τονίσ-

L ij τίνει

πόνος ἐξ αὐτούχως εἰς δύσυχαν: μὴ διὰ μοχηεῖαν, ἀλλὰ διάμαρτίαν μεγάλων:
ἢ οἴον ἔργου, ἢ βελτίονος μακλον, ἢ χέροντος.

Necesse igitur bene habentem fabulam simplicem esse potius quam duplēm, quemadmodum non nulli aiunt: Et mutari non in felicitatem ex infelicitate, sed contra ex felicitate in infelicitatem: non propter prauitatem, verum propter peccatum magnum, vel qualis dictum est, vel melioris potius, quam deterioris.

Ex iis, que supra tradita, diligenterq; explicata sunt, ad optimam rerum coagmentationem, fabulamq; pertinentia, quædam nunc elici ostendit, ac necessario inde consequi, quæ & ipsa notata, custoditaq; à poëta magnam ipsi laudem adfert: illa autem tria numero esse videntur. Eorum vero primum quomodo è superiori disputatione ducatur, non tam apertum est, quam reliqua: Nam quin cuncta hæc, vt certa & confirmata nunc adferat, dubitare non possumus: præterquam enim quod hæc non constituit vallis argumentis, declarat hoc particula *κῆρα*, qua initio vtitur: inquit enim hoc sensu. Necesse igitur bene se habentem fabulam simplicem esse potius quam duplēm. Planum autem est aliter nunc ipsum accipere verbum *ἀπλῶν*, quam supra fecerit, vbi fabulas plexas anteponendas esse docuit simplicibus atque euolutis: nunc enim contrà simplices meliores esse vult, quam contrarias, que hic non sunt inuolutæ: & in quibus persona aliqua diu ignorata cognoscatur: magnaq; sèpe inde fiat ac repentina fortunarum alicuius immutatio: fed duplices, id est in quibus geminæ fiant, duarumq; personarum vitæ commutations: cuius sententiae quosdam fuisse ostendit, qui magis duplices fabulas probauerint: easq; ipsas anteponendas simplicibus affirmarint, à quibus ipse dissentit: nec tamen nomen eorum indicat, qui illo modo censuerint. Infra quoque parcit eorundem dignitati, de hac re aliter atque ipse faciat, illic quoque ipsos sentire tradens. In iiiij. libro *πολιτικῶν*, cum Platonem intelligerer, eodem: pæcto locutus est: inquit enim. Στοιχεῖα δημοκρατίας, καθάποτε εὐδαίμονες τινες γενοῦνται οὐτας, ὅπου κύριον τὸ πλῆθος: Plato enim fuit, qui nulla alia nota addita, dixit statum ciuitatis popularem esse, vbi dominatur multitudo. Vt uero hic Aristoteles *ἀπλῶν* esse vult contrarium erus, quod *ἀπλῶν* vocauerat, ita Euripides, apud quem Orestes, improbans Pyladis consilium, inquit, *ἀπλῶν δὲ λύπαστος ἐξού, οὐκ οἰστος άπλως*: infra autem exemplo Odysseæ declarat, quæ sint fabulæ duplices: in quibusq; duorum diuersorum generum hominum mutationes nascantur: nec tamen omnino fabulas illas condemnat, sed animi sui iudicium aperit: ostenditq; , se magis absolutam perfectamq; fabulam illam putare, quæ simplex fit, vniusq; tantum commutationem fortunarum contineat, quam duplēm. Hecuba igitur Euripidis hoc pæcto fabula duplex erit: sunt enim in illa gemini casus tragicæ: nam priori materia, quæ nex est Polydori, animaduersioq; in impurum & consceleratum hospitem, adiungitur interitus Polyxenæ, quæ ad Achillis bustum macrata est. Hoc vero, vt arbitror fecit Euripides, quia priorem illam materiam, tenuem & exilem putauit: quare ita corpus eius tragœdiæ augere & ornare voluit. Non sine causa autem putaret aliquis, quod primum necessario consequi è superioribus ostendit, duci ex eo, quod sèpe dixit supra, vnius rei imitationem hanc esse oportere: quum enim duplex est fabula, duo casus manifestè exprimuntur, sed uidetur repugnare, quod hoc multo ante protulerat: vnde vero hoc infertur, propinquius esse debebat: fortasseq; si inde hoc aptum esset, illud repetisset. Alterum, quod auctor intelligi etiam posse ostendit ex superiori disputatione, quod cum duo, contrariiq; ij inter se sint transitus fortunatum maximi, aut è rebus bonis in malas, aut contra è malis in bonas, oportere in optime constituta fabula affirmat commutationem fieri è secundis rebus in aduersas, non ex aduersis in secundas: dixerat enim finem tragœdiæ misericordiam & metum excitare debere: quod tunc fit, cum aliquis indignus aduersa illa fortuna, parac simul, cadit in aliquid infortunium. Si quis

quis enim contra subito exierit è maximis malis, præclaraque bona consecutus sit, hec res non misericordiam aut metum, sed lætitiam ac spem bonis viris creabit. Tertium, quod in bene constituta fabula seruari debet, esse dicit, ne propter animi vitium cadat in grauia illa mala, sed errore quoipam magno è impulsus sit. Adiungit etiam personam aut omnino custodiendam esse qualis descripta supra & informata est: aut si quid ab ea declinandum est, ad meliorem virum, potius quam ad deterriorum vergendum. Nihil igitur omisit eorum, quæ faciunt ad pulcherrimæ fabulae coagmentationem. nam primum tradidit exitum eius miserum esse oportere: deinde significavit, cuiusmodi esse oporteat causam eius mali: ad extremum, qualis esse debet persona, tangit. Postremum verò hoc (ut opinor) valet ad dissolendum questionem illam: quod in ij. de arte dicendi tradit misericordiam capere homines proborum uirorum & ἐπεικεῖαν, cum uident illos in aduersas res incidisse: ut enim facilius hic animi motus exoriri possit, si quid à media illa natura ac moribus recedendum est, potius meliorem versus, quam deteriorem, inclinandum esse inquit: vir enim improbus, ac vicinus illi moribus, ut supra declaratum est, quamuis cadat in atrocia mala, misericordiam in pectoribus eorum, qui uident, non excitat.

Σημεῖον δὲ οὐκ ἡ μηνόβιον. προτὶ μὲν γένοι ποιητεῖα τυχούτας μέθους ἀπειδήμων: νῦν δὲ, τῷδε ὁλίγαστοι οὐκάλιπται τραχυδιάστασι. Εἰον τῷδε Αἰλικούντα, οὐκ Οἰδίποω, οὐκ Οἴρεσλω, οὐκ Μελέαγρον, οὐκ Θύεσλω, οὐκ Γύλεφον, οὐκ δοσίς ἄλλοις συμβέβηκεν ή παθεῖν δεινά, ή ποιησει. ή μὲν δὲ κατὰ τὴν τίχειον καλίσκη τραχυδιάστασι τούτης συστάσεως ἐστι.

Signum autem est & id, quod fit: antea quidem enim poetæ quælibet fabulas enumerabant: nunc autem circa paucas domos pulcherrimæ tragœdiæ componuntur. Ceu circa Alcæonem, & Oedipum, & Orestem, & Meleagrum, & Thyestem, & Telephum, & quibusunque alijs contingit aut percessos ipsos esse atrocias mala, aut fecisse. Pulcherrima igitur tragœdia secundum artem ex hac constitutione fit.

Quamvis intelligi posse docuerit ex iis, quæ supra disputata sunt, quales esse debent personæ idoneæ optimæ rerum coagmentationi: satisq; illa ualeant ad veritatem huius rei ostendendam, confirmat tamen præcepta ea iudicio, testimonioq; poëtarum, qui huic studio incumbunt, cum ipsi quoque sententiam mutauerint, ac veterem consuetudinem damnauerint. Quare rectè argumentum hoc, signum uocat: neque enim causam inuestigat huius rei, nec rationem ullam affert, qua poëta tragici mutationem sui consilij comprobarint, sed factum eorum tantum exponit, qui manifesto tenentur ex eo idem de hac re sensisse. Nota igitur, inquit, huius rei, & quod ea, quæ tradidi vera sunt: neque enim puto Aristotelem tantum confirmare uoluisse, quod extreum præceperat, sed cuncta, quæ ad idoneam personam captandam faciunt: nota (inquit) est, quod vsu uenit, & in hac re cotidie fit: Antea enim (inquit) poëta quælibet fabulas enumerabant: id est omnes casus, qui euénient aliquibus ac quidquid deniq; similitudinem aliquam huius rei haberet, in numerum tragœdiarum referebant, nec dubitabant inde fabulam texere. Non distinguabant igitur ueram materiam à parum utili antiqui poëtae. Nunc autem (inquit) errore illo cognito, longe aliter se gerunt, ac circa paucas domos pulcherrimæ tragœdiæ componuntur: nam verbo etiam illo vtitur, quo rerum coagmentatione fabulaq; significatur: uenustas enim ac dignitas tragœdiae aliunde quoque acquiritur. Nomina etiam multorum ponit, quibus atrocies ij casus contigissent, qui casus sunt apta materia tragœdiæ: in quorumq; persona cetera etiam reperientur, quæ requiruntur in optimè constituta fabula eorum malasatis nota ac uulgata sunt, quamuis fabulæ ipsæ uetus state perierint. Addit autem appellatis pluribus. Ac qui-

buscunque aliis contigit aut passos esse grauia mala: suisq; in fortunis illa sustinuisse, aut aliis inuexisse: hi enim quoque omnes idonea materia ac seges erunt tragediae. Colligens vero ad extremum, concludensq; disputationem hanc omnem, quæ pertinet ad optimam rerum coagmentationem, inquit. Pulcherrima igitur tragedia, quod ab arte expectari potest, nasceretur ex hac constitutione. Quare intelligitur hinc, si quis multum discesserit ab hac ipsa constitutione rerum, non posse eum villo pacto confidere pulcherrimam, & perfe&tissimam tragediam. Secundum artem inquit, quia paritur ipsis elegantia aliquid ac splendoris non nullis aliis rebus, quæ in artis præceptis posse non sunt. exempli causa, magnificientia apparatus: nam vulgus magnopere capitut spectacione harum rerum: sed ab arte, rationeque huius rei tradendæ, ad tragediam pulcherrimam conficiendam, nihil amplius præsidij afferri potest. Non debet autem nos perturbare, quod inquit pulcherrimam fabulam contexi de iis hominibus, qui atrocia mala perpetrati sint, aut aliis importatint, cum tamen personæ eorum, qui magnam alicui iniuriam intulerint non apte sint ad misericordiam gignendam, quod requiritur in omni tragedia: tunc enim ob incommoda & indigna mala aliarum personarum hic motus excitatur, quæ personæ & ipse in eadem fabula versentur: nam misericordia mouemur eorū, qui malum accipiunt, non qui dant, nisi extiterint aliqui, qui semetipos propter imprudentiam, aut vehementem animi motum perdiderint: hi tamen tunc non ut auctores proprij mali cogitantur: neque eo nomine misericordia digni habentur, sed vt qui acceperint ac perpetrati sint. Et sane putare debemus Aristotelem potius spectari voluisse mala, quæ aliquis habet atque ipse perpetitur, quamvis complexus etiam sit quæ facit: vt supra etiam locutus est, ubi, quid singulare esset, docens, Alcibiadis persona vsus est: eodemq; modo inquit, quid Alcibiades fecit, aut accepit: in quem locum plura notaui. Hac parte discedunt calamo scripti libri, quos vidi ab excusis pusilla in re, & quæ sensum penè non variat: cum enim impressi habeant περτες, illi περτη habent.

Διὸ καὶ οἱ Εὐερπίδες ἐγκαλοῦντες τὸν Κέφαλον τάντον, ὅπερ ἔχει τοῦ Τούστηα γράμματα, καὶ τὸ πολλὰ αὐτῷ εἰς δυνατήν τινα πελῶντας: τέλος γαρ ἐστιν, ὡς ὁ Εριποῦ, ὄρθον. σημεῖον δὲ μέγιστον: Καὶ γαρ τὸν σκληρὸν καὶ τὸν αγώνων τραχικότερον αἱ τοιαῦται φαίνονται, λέντες περὶ τὸν Εὐερπίδην, εἰ καὶ τὰ ἀλλα μηδὲ οἰκονομεῖ, ἀλλὰ τραχυκότερον γε τὸν ποιητὸν φαίνεται.

Quare & qui insimularent Euripedem in eadem re, peccant, quod hoc facit in tragedijs, & multa ipsius in infelicitatem desinunt: hoc enim est, quemadmodum dictum est, rectum. Signum autem maximum: in scenis enim & certaminibus maxime tragicæ huiuscemodi apparent, si euentum bonum haberint. Et Euripides, & si aliqui non bene texit, verumtamen maxime tragicus utiq; poetarum appetit.

Si pulcherrima tragedia est ea, quam iudicauit, cum in ceteris eius condicionibus sit, vt transitus in ea fiat è vita beata in miseram, falso illi sentiebant, qui Euripedem hoc nomine accusarent: ipsum igitur defendit, atque illos, qui eum reprehendebant magis dignos esse, qui reprehenderent, ostendit. Non potuit autem eorum falsam opinionem non refellere, cum contra iudicium suum, quod ipse bonum esse affirmasset, illi damnarent. Ut igitur poëtas eos, qui latum finem tragediarum fingerent, atque eum meliorem esse tristi exitu existimarent, in errore versari docuerat: ita nunc illos peccare affirmat, qui quod optimum erat in Euripide, id criminarentur: hoc enim valet coniunctio posita initio huius partis: quæ tamen pars ut certa planaq; è superiore disputatione infertur: est enim tanquam corollarium quoddam. Cum autem dixisset versari etiam in eodem errore, quo superiores, qui vitio darent Euripidi, quod hoc faceret, quid sit id, declarat, addens. Ac multæ ipsius fabulæ

bulæ in infelicitatem desinunt. Errare verò adiungit, quia id reprehenderent, quod rectum est, ut supra ipse declarauit: cuius tamen præterea rei signum hoc afferri posse ostendit: hic enim quoque, ut supra à consequenti argumentatur: signum autem hoc leue non esse affirmat, nec è genere eorum, quæ incerta valde sunt: ac parvum uim habet aliquid ostendendi: maximum enim ipsum appellat, vt quod magnopere aptum sit ad id, quod abditum foret, aperiendum, ac penè ante oculos ponendum: est verò hoc, quod in scenis ac certaminibus maxime tragicæ huiuscemodi fabulæ apparent, atque esse intelliguntur, in quibus scilicet transitus fit è secundis rebus in aduersas. Maxime autem tragicæ cognoscuntur esse, quia ex illis multo magis nascitur, quām è contrariis, id, quod proprium est tragediarum, finisq; huius poëmatis: id est excitatur misericordia ac metus recitatione earū maxime in animis spectatorum. Nam quod inquit ipsas in scenis ac certaminibus huiuscemodi apparet, distinxit ipsas ab iisdem, cum leguntur: ac domi, remoto omni apparatu, studioq; illo contentionis, in manus capiuntur: neque enim tunc vis earum tantopere cernitur: nec adeo commouent animos eorum qui audiunt: quia illae res tunc cogitantur, non fieri videntur. Quod autem auctor inquit αὐτοῦ ταραχῆσθαι, valet si fabule ipse rectum exitum naēta fuerint, nec in illis agendis aliquid incommodi euenerit: multa enim sunt, quæ impedit possunt: magna tamen eorum pars in officio histriorum posita est. Si actores igitur bene munus suum obierint, nec alia ulla calamitas interuenerit, has esse maximè tragicas affirmat: cum enim illiusmodi aliquid contingebat, mirum non erat, si tragedia quoque, quæ hunc exitum haberent, tragediarum munus non omnino exquerentur: neque ob id iudicium hoc de illis mutari debebat: vitium enim culpaq; in aliis manebat. Pergit autem hoc bonum in eodem poëta laudare: magisque ipsum quām reliquos omnes vidisse affirmat: ac recte etiam præstissem, quod à tragedia in primis expectatur: nec tamen non simul ostendit, quid in eo merito desideretur: ut enim hoc cum laude ipse tractauit, ita fabulæ partes non sane apte composuit: nec bonam semper cœconomiam, verumq; rerum ordinem ac texturam instituit: hoc enim puto ualere μὴ διοικουμεῖν: tierbum enim hoc à rei familiaris cura dispensationeque, ubi proprium ipsius domicilium est, huc imitatur: appellataq; est οἰκονομία fabulæ, ut Cicero quoque οἰκονομία epistolæ vocavit. Ταῦτα uero quod inquit, significat aliqui, nisi fallor: nec ita accipi debet, quasi auctor partem eius cœconomia probet, partem improbat: in hoc enim ipsius industriam semper non sine causa desideratam esse ostendit: estq; hæc eius poëta propria ruina. Peccauit igitur Euripides magnopere in partibus fabulæ collocandis: rebusq; ipsis, ex quibus ea consistit, coagumentandis: vt non magno negotio qui attente ipsum leget, intelligere poterit: contra autem multum in hoc Sophocles valuit: id verò contingere potuit, quia Euripides in rep. versatus non est: totaq; æta te occupatus fuit in studiis literarum, ac philosophia ipsa, cum Sophocles multum incubuerit reip, ut exercitum etiam duxerit, ac magnis rebus interfuerit: qui tantus usus rerum erudire ipsum potuit, quomodo fingi instituiq; facta deberent, ut uerisimilia forent: ille enim alter, qui animo tantum ea, cogitationeq; uiderat, mirum non est, si in imitandis postea ipsis lapsus est: nec omnino potuit ea similia veri efficer. Quamuis autem hoc merito desideraretur in eo, tamen ipsum vicisse ceteros affirmat hoc ipso bono, quod maxime omnium tragicus esset. vnde perspicitur magis, quod proprium tragediarum est, præstare fabulas, quas docuit: cuius generis multis, vt aiebant ipsius aduersarij, hic poëta scripsit: multis enim illi quoque, qui eum insimulabant huiuscemodi Euripedem composuisse dicebant, nō ex omni ipsarum numero maiorem partem tristem exitum habentes ipsum finxisse ei obiciebant: quod uerum esset, quamuis etiam multo plures ipsius hilarem ac fortunatum exitum haberent: nam negari non potest, quin earum, quæ restiterunt, bona magnaq; pars latum finem habeat: Hecubam enim quoque in numerum illarum contulerim: cum enim initium fabulæ triste admodum ac miserum sit, exitus letus est, vt in malis: Hecubæ nanque fortuna, à qua fabula vocatur, non Polymestoris spectanda est: satiauit autem illa oculos animumq; suum poena inimicissimi hominis, cuius refaci desiderio tenebatur: & cum ulta fuerit iustum dolorem, vt generosa

mulier, maximam inde voluptatem cepit. Perspicitur autem iam (nisi fallor) illos deceptos esse, qui putarunt τραγικάπτων hic valere, summum atque optimum tragicum poëtam: atque hoc testimonio grauissimi auctoris freti, non dubitarunt longe anteponendum esse Euripidem Sophocli affirmare: ipsiq; palmarum huius studij deder: quomodo enim, qui in re tanti ponderis labitur, corpusq; ipsum tragedie non recte componit, primas inde reportare potest? Quod si hoc etiam verum foret, de quo meum non est nunc sententiam ferre, dubitari non debet, quin ita verbum τραγικάπτων accipiendum sit: τραγίκων enim semper valet factum seu um, ac plenum maximum malorum. Valet etiam ad hoc confirmandum illud, quod multo infra inquit, καὶ τραγίκων: ἀπολεῖς οὐ: si nanque ἐμπατέεις non est, non est tragicum: contraq; quod refutum est his casibus, quos ipse vocat πόλη, tragicum est. Quare τραγίκων significat plenus huiuscmodi grauissimorum incommodorum.

Διατέρῳ δὲ, οὐ περιττή λεγομένη τούτη πίνων, εἰσι σύστασις οὐδεὶς τούτου σύστασιν ἔχοντες, καὶ διάποδον οὐδὲν οὐσια, καὶ τελευτὴ τοῦτο εἶναι αὐτίας τοῖς βελτίονις οὐδὲν χείρος. Μονεῖ δὲ εἴναι περιττή διὰ τὸ τῶν θεάτρων αὐθεντεῖν: αὐτοὺς οὐδὲν τοῦτο οὐδὲν τοῖς ποιοῦντος τοῖς θεάτροις: εἰσὶ δὲ οὐχ αὖτις ἄλλη τραγικάπτων οὐδὲν, ἀλλὰ μάλλον τοῦς καρφώδιας οἰκεία: εκεῖτο δὲ οὐδὲν οὐχιστοί οὐδὲν τῷ μήδῳ. διὸ οὐρανοὶ Αἴγαθος, φίλοι γενέμενοι τούτη τελευτῆς εἴδοξοι:

Secunda autem, quae prima dicta est à non nullis, est constitutio, duplēm constitutionem habens, quemadmodum Odyssaea, & definit contrario modo melioribus & peioribus: viderur autem esse prima propter imbecillitatem theatrorum: comitantur enim poëtae, morem gerentes spectatoribus. est autem non hæc à tragœdia voluptas: sed potius comœdia propria: illic enim, si sunt inimici sibi, qui extiterint in fabula, cœn Orestes, & Aegisthus, amici facti in fine exēunt, & moritur nullus ab illo.

Cum quæ prima foret suo iudicio rerum coagmentatio docuisset, quamvis non nulli dissident: nunc quæ secunda sit, ac post illam sequatur; ostendit. Secunda autem est, quia cedit illi: inferiorq; dignitate est: antequam tamen verbis explanet, quæ nam illa sit, rursus meminit sententiae illorum, qui à se discrepant: varietatemq; opinionum earum tangit in fabula perfectiore melioreq; indicanda: neque enim ecclat summus docto se habere in hoc aduersarios, sed fateretur, ac potius præse id fert, vt rursus causam refellendi eos habeat: originem enim erroris eorum appetiet, & quid mouerit poëtas quodam, vt dupli argumento fabulas configurerent, exponet. inquit igitur. Secunda autem, quæ prima dicta est ab non nullis constitutio, duplēm constitutionem habens: id est fabula, quæ duarum personatum, vel duorum generum hominum facta complexa est. Exemplo vero cuiusmodi hoc foret, declarare volens, illustre id, positumq; ante oculos sumpsit: inquit enim. Quemadmodum se Odyssaea habet: arbitror enim eum Odysseam Homerū intelligere, in qua manifesto hoc fit. Nec impedit (nisi fallor) quamvis de tragœdis nunc differat, quin ab alterius generis poëmate exemplum sumat, si illud egregie præstat, quod opus nunc est: dubitandum enim non est, quin id poëma constitutionem suam habeat: sitq; illa duplex, ea ratione qua ipse infra ostendit. Nam adiuuat etiam Odysseam Homeri accipi hic debere: itaque illam vocatam, quia duo diuersa hominum genera illic versentur, locus qui est infra, ubi exponit τὸ καθόλον eius fabulæ: inquit enim primo, Quum quidam peregrinaretur multos annos: & post, Quum fortunæ ipsius ita se haberent: & quæ sequuntur. Cum igitur Aristoteles constitutionis certum genus indicare vellet, quomodo peccasse existimari debet, si aptam admodum

rei

rei docendæ, claramq; constitutionem proposuit? neque enim nunc de vniuersa tragedia, eiusq; excellentia loquitur, sed de hac parte tantum, nec tamen in re tam obscura, & incerta negarim fieri etiam posse, ut tragedia aliqua reperiatur, quæ eodem nomine vocata, parem Homericæ Odyssæ & ipsa constitutionem haberet. Sed hoc relitto, quod non magni sanè ponderis est, illud potius accurate querendum, quomodo duplex hac fabula accipi debeat: neque enim arbitror duplēm fabulam omnem esse, in qua duo contraria inter se hominum genera contrarium exitum rerum suarum nanciuntur, si socij etiam illi sint eiusdem facti, sed requiri in primis puto, vt actiones duas in se contineat: cui etiam adiungatur, vt à diuersa naturæ, morūq; hominibus ille administrentur: quod in exemplo manifesto fit: dum enim Ulysses in mari versaretur, multisq; aduersis casibus conflictaretur, procul illi, quibus nulla in re tunc cum eo conueniebat, domi ipsius delicate viuebant: nec vlli rei parcebant, vt pudicitiam vxoris ipsius expugnarent. Hæc igitur mihi verè duplex fabula videtur vocanda, que complectitur duas actiones distinctas: ac spatio etiam loci separatas, non tantum diuersis consiliis gestas. nam si duplēm fabulam omnem esse credimus, in qua longe dissimiles inter se personæ, longe alios & oppositos inter se exitus consequuntur, omnis penè tragedia, cuius exitus tristis est, duplex erit: vix enim fieri potest, quin, cum aliqui cadunt in res aduersas, alii non subleuentur, & ex incommodis illorum commodum aliquod adipiscantur: nam Oedipo etiam è summo loco lapso, & obruto grauissimis malis, Thebanus populus liberatus est pestilentia, & aliis aduersis rebus, quibus premebatur: & tamen fabula illa sine dubio simplex hoc pacto est. Eadem ratio est (nisi fallor) reliquarum tragediarum: cunctæ enim in quibus vna tantum actio existit, quamvis duæ contraria hominum condicione, quæ contraria etiam ad extremum eventus habeant, in ea uersentur, simplices fabulæ sunt habenda. Sed alterius scenæ exemplis vtamur: quod enim docet Aristoteles in tragediis inueniri, vt non nullæ ipsarum simplices: alia verè duplices sint, id est etiam in comediis vsu venire arbitror, & hoc sensu videtur Terentius illud in prologo ταῦτα τιμωρεύεται dixisse, Duplex quæ ex arguento facta est simplici. Andria igitur duplex fabula erit, quæ constat è duabus actionibus, id est è geminis amoribus duorum adolescentium, Pamphili (inquam) & Charini: quod animaduertit etiam Donatus. & cum primum Charini persona sollicita de nuptiis illis simulatis Pamphili in scenam venit: & in exitu fabulæ, cum locum eum interpretaretur. Atque adeo longum est illum expectare dum exeat: inquit enim. Quia audacter & artificiosè binos amores duorum adolescentium, & binas nuptias in vna fabula machinatus est: & id extra præscriptum Menandri, cuius comediam transferebat. Idem etiam admonuit cunctas Terentij fabulas, vna excepta Hecyra, huiuscmodi esse. Quæ igitur (ut opinor) in tragediarum genere similis Andriæ: reliquisq; duplicitibus Terentij comediis erit, tragedia duplex erit: & hæc mea est de hac re tentia. Solum hoc difficultatis restat: quod pares personæ sunt hic, non tantopere inter se vita ac moribus discrepantes, vt earum alteræ, melioris indolis: alteræ, deterioris sint appellandæ. Cum autem exemplo docuisset, quæ secunda constitutio sit, alia ratione ipsam explicat, atque inquit. Et definit contrario modo melioribus, scilicet hominibus ac personis, quæ in ea versantur, ac deterioribus: quod tamen etiam illic contingit: vt existimari non sine causa pars hæc possit exempli declaratio: in Odyssaea nanque manifesto hoc fit: Ulysses enim qui virtutem colebat, conflictatus multis incommodis, fortunatum tandem exitum rerum suarum nactus est: delicata autem illa inuentus, quæ in otio diu deguit, atque alienis bonis voluptates suas expleuit, misera facta est, ac iusta pœna affeccta. Quod igitur aucto inquit τοις βελτίονι, ad personas referendum puto: nec sentio cum illis, qui acceperunt his verbis meliores constitutiones. Hoc tradito Aristoteles, unde falsa hæc opinio manarit, exponit: & qui fons esset huius erroris: docet enim spectatores causam fuisse huius mali, & in errorem traxisse poëtas: qui poëtae nisi nimis studiosi fuissent placendi spectatoribus, à culpa sine dubio afuissent: sed desiderium satisfaciendi illis, in eo etiam, quod fortasse non rectum esse sentirent, ipsos, vt peccarent, impulit. Inquit igitur. Videtur autem prima propter theatrorum imbecillitatem.

tatem. Quod autem consequentibus verbis rationem reddere videtur aliquius rei, quae dubia foret: est enim illic coniunctio γένος, quae hoc indicat, existimare debemus occurrere ipsum ei, quod contra dici potuisse, atq; hanc difficultatem tollere: quomodo scilicet vitium spectatorum obesse potuerit poëtis: ac persuadere ipsis, vt quod deterius esse intelligerent, meliori anteponerent. inquit igitur poëtas hoc committere, quia plerunque sequuntur spectatorum voluntatem, atque omnia, quae ipsis grata esse sentiunt, in animum inducunt facere: vt benevolentiam eorum fauoremq; adipiscantur. Hoc igitur quoque declarato, quod noceret existimationi poëtarum, si iudicium de illis fiat ab eruditis ingeniosisq; hominibus, adiungit, Huiuscemodi voluptatem, quae capitur è fabula fine lato ac tranquillo, non esse propriam tragœdie: nec eam, quae inde expectari meritò debet: sed magis propriam comedie, suamq; diuersi illius poëmatis. Magis autem, non omnino propriam eam esse dicit comedie, quia sciebat è multis etiam tragœdiis illam hauriri, quarum migratio esset è rebus aduersis in secundas. Comprobare verò id volens, ostendereq; nunquid non fieri in comedie: vt quamvis, quamvis magna turba, difficultasq; ad extremum componatur: omniaq; tranquilla letitiaq; plena restent, inquit: Illic enim si inimicissimi etiam inter se extiterint, qui in fabula versantur, ceu Orestes & Aegisthus, amici facti in extremo è scena exēunt: omnesq; eorum controversiæ sedantur: exemplum enim atrocissimarum discordiarum, & quae nullo pacto viderentur componi posse, voluit esse Orestem & Aegisthum, quamvis eorum persona comedie aptæ nullo modo sint: & sanè nullas magis inter se infensas, iustioribusq; de causis, excogitare potuit. Addit etiam in coagmentatione rerum comicarum nunquam contingere ut aliquis, quamvis acerbam iniuriam ab alio acceperit, eum interficiat, cum contra omnino fiat in tragœdia. Vnum autem, atque id sane pusillum, quod tamen contemni non debuit, initio huius partis immutauit: diuisi nanque particulam δέ: sic enim prius in excusis libris legebatur, cum duæ literæ. ex quibus illa constat, negligentia librariorum coaluerint: legi nanque videtur debere δέ, vt etiam scriptum offendit in quibusdam calamo exaratis exemplaribus: hoc autem excepto, nihil in illis varietatis inueni: nec puto ullæ in parte hunc totum locum correctione egere. Ad cetera, quod verbum proprie valeret imbecillitas atque infirmitas corporis, à corpore ad animum translatum hoc loco est: significatq; (vt opinor) hic animum tenerum ac mollem spectatorum, qui tanto desiderio voluptatis percipiendæ tenentur, vt resistere ipsi nullo pacto queant: & non suo loco genus etiam quoddam ipsis requirant: nam letitia prorsus afficit, qui videt sedari maximas turbas, & animos, qui prius odio flagrabant inter se, repente reconciliari. Latinum ipsum verbum, quod huic alijs respondet, videtur ita etiam Cicero cepisse, qui in Lælio inquit: Imbecilla enim natura est ad contemnendam potentiam: Valet enim. Non tam firmum est humanum ingenium constarisq; , vt acri desiderio huius boni consequendi resistat. Græcum quoque verbum, vt hic Aristoteles, accepit etiam Plutarchus in Erotico: quo loco positis exemplis confirmat opulentissimos reges, amore illarum captos, seruisse turpiter vilissimis mulieribus, ac plus illis stultitia sua tribuisse, quā mortali fœmina concedere villo pacto par fuerit. Verba ipsis sunt. ἀλλ' οὐταὶ ἐκεῖνοι διὰ διδούσης εἰσι τὸν καὶ μαλακίαν, ἐπειδὴ γενόμενοι λέα γωνιών, ὅπου πάλιν αὐτοὶ καὶ πέντε τὸν ἔποι, πλούσιας γωνιῶν καὶ λευκήματος σωλαθόντων, οὐ διαφέρεσσιν. & quæ sequuntur. nam verbum, quod sequitur manifestè declarat: est enim tanquam declaratio ipsis, hunc sensum, quem docui; esse verbi illius, quod antecedit. Est sanè locus hic, vt imminutus, notatus in excusis libris: sed aut integer ille est: sine causaq; suspectus fuit: aut quæ desiderantur, eò ita inculcata erant, vt priorem sententiam, illinc etiam dempta, non corrumpant. Κατ' δὲ τὸν autem ποίητα significare videtur, morem alicui gerere, & vt optat ille, aliquid facere. Κατ' δὲ τὸν, sanè, sine verbo ποίητα, quod crebrum est apud hunc auctorem in libris, quos scripsit de republica, valet ex yoto aliquid optinere & perfectum vindicari: id est quo melius optare in ea re aliquis non potuisset. In iij. eorum librorum statim à principio de optimar ep. loquens. Κατ' δὲ τὸν πασῶν τοὺς διωρισμοὺς τὸν διατίθεται μάλιστα κατ' δὲ τὸν, & non multo post item. Sed in iiiij. etiam eorundem librorum, non longe itidem ab initio, καὶ ποίητας

εἰσαγ.

εἰσαγ. μελισταῖς κατ' δὲ τὸν, μιθοῖς ἐμποδίζοντος τὸν ἐκπότες. Libet hoc etiam addere, vt auctor hic cepit αὐτολύδειν, ita etiam Platonem in ij. libro de rep. idem verbum, addita tamen illi praepositione, usurpare: inquit enim. ἀλλ' αὐτὸν τὸν πράττοντα πότερον μηδὲ πακολάδειν, id est accommodare se illi, & quasi voluntatem ipsius attendere:

Ἐσι μὲν δὲ φοβόρον ηγετὸν εἰς τὸν ὄλεως γίνεσθαι: ἐσι δὲ ηγετὸν εἰς αὐτοῦ τὸν συσάστως τῶν πρεχμάτων, διπότροπον ηγετὸν ποιητὴ αὐτοίνον: δεῖ γέ τοι αὐτὸν τὸ δρᾶν, ὅποια συνεστάνει τὸν μῆδον, διπέτε δὲ τὸν ακούοντα τὰ πρεχμάτα γινόμενα ηγετὸν εἰς τὸν συμβανούτων, διπότροπον πάντας θεοὺς τὸν τὸν Οἰδίποδος μῆδον: τὸ δὲ διὰ τὸν ὄλεως διπέτροπον παρασκοπιδέλειν απεχθότροπον, ηγετὸν γεγονότα διόμενον ἐσι.

Licet quidem igitur formidolosum & miserabile ex apparatu nasci, licet autem & ex ipso constitutione rerum: quod quidem est prius & poëta melioris: oportet enim & quamvis non videat, sic constitutam esse fabulam, vt qui audit res quæ fiunt, & horreat & misericordia moueat ex ijs, quæ contingunt: in quos affectus cadat ille, qui Oedipi fabulam audit: Ope autem apparatus hoc conficere, artificij magis expers est, & magnos sumptus requirit.

Constatbat finem esse tragœdiæ, metum ac misericordiam excitare: cum autem intelligeret diligens magister hoc duobus modis effici posse: quorum alter altero melior esset, expositis primum illis, docet postea vtter vtri anteponendum sit: & causas etiam iudicij sui afferit. Inquit igitur. Fieri sanè potest, vt quod adhibetur ad metum iniiciendum & misericordiam excitandam nascatur ex aspectu: fieri etiam potest vt proficiscatur ex ipso constitutio renum: quod ualeat, vt ostendi, idem duabus rationibus præstari posse. quarum prior est, cum ita scena ornatur: itaque actores ipsi & vestimentis & omnibus alijs rebus ad perterritrefaciendum aptis instruuntur, vt qui in theatro sunt reformident, ac misericordia eorum, qui mala illa patiuntur, moueantur: posterior verò ratio est, cum initio à poëta ita res coagmentatae sunt: itaq; fabula ficta, vt sine apparatu, præsidioq; rerum aduenticiarum, & metu & misericordia, qui audiunt, occupentur. Posteriore autem hoc modo exposito, laudat eum, & anteponendum priori docet his verbis. Quod quidem est prius & poëta melioris. προτρόπων vero valet, vt ipse quoque in categoriis admonuit, aliquando posse hoc verbum, præstantius ac maioris dignitatis. Nam quin melioris etiam id poëta sit, dubitare non possumus, præstare scilicet, quod munus ipsis est, suo ingenio atque artificio, sine auxilio rei alicuius externæ: Reddit autem statim rationem cur id melioris esse poëta affirmari: quodq; effici ab eo debeat, declarat: ait enim. Oportet enim, quamvis ille non videat oculis, quæ gerantur, ita constitutam esse fabulam, vt qui audit res cum fiunt & horreant & misericordia moueatur propter res, quæ illic contingunt. est igitur hæc quasi lex quædam, quæ à bono poëta diligenter custodienda est. Nam quod in Græcis auctoris verbis est, καὶ αὐτὸν τὸ δρᾶν, puto ad eum referri debere, qui audit, quamvis infra ipsum, interiectis non nullis uerbis, appelleret: potest enim ille dum audit, auribusq; percipit voces histriorum, simul res eas geri videre: potest etiam solo sensu aurium vti, nec in theatro versari: aut si illic manet, conniuere.. Illa igitur fabulæ constitutio, quæ hoc præstat, melior est. Εἰς τὸν συμβανούτων valet, cum aliquid in illis rebus nascitur, quod metum injicere possit, aut misericordia dignum sit. Huiuscemodi autem quiddam significare videtur Cicero voluisse: συμβανούτων expressisse, cum inquit in epistola ad L. Lucceium. At viri sæpè excellentis anticipes varijq; casus, habent admirationem, expectationem, letitiam, molestiam, spem, timorem. Adiungit Aristoteles, quod exempli vim habet,

habet; ita penè necessario commoueri, perfundiq; horrore quodam, ac misericordia eum, qui Oedipi, tyranni scilicet, fabulam audit. Patefacere verò ipse volens horrorem, ac misericordiam, quam dixerat, nasci debere in animis eorum qui audiunt ex apta rerum coagmentatione, non potuit illustrius exemplum sumere, quam tragœdiam illam: nemo enim fabulam eam legit, qui non in singularum partium expositione, animo contremiscat: totusq; horrore perfundatur: ac non minus reformidet, ne inueniatur optimus rex, imprimisq; indignus illa graui fortuna, affinis ei culpe, quam imputudens commiserat, quam si in semetipsum id incommodum casurum putaret: ita tero animus omnium suspensus tenetur usque ad extremum, ut quamvis aliquando videatur metus ille leuari, nunquam tamen penitus extinguitur: ad extremum verò totus foras effumpit. ille autem, miser iniquo fato natus, dum liberare alios studet grauissimis malis, semetipsum coniecit in cumulum maximarum molestiarum. Cum iam, quod melius putat esse accuratus doctor, confirmasset, alterius rationis, quam improbat, vitia, incommodaque exponit, hoc pacto. Confidere autem hoc auxilio spectacionis atque apparatus, magis expers est artificij, & magno sumptu eget. Quod vero minorem artem hoc in se habere tradit, intelligit artem eam, quæ propria est poëtae: nam sine arte aliqua illa effici non posse constat: requirit enim scenæ & histriorum ornatus, operam architecti, & pictoris, qui possit oculis imponere, & aliarū eriam non nullarum artium industrias: quibus omnibus in rebus cum magni sumptus fiant, dixit modum hunc requirere pecuniae effusionē.

Oī δὲ μὴ τὸ φόβον διὰ τέλεος, ἀλλὰ τὸ τρόπαιός μόνον παρασκευάζοντες, οὐδὲν τραγῳδίαν κοινωνοῦσιν: οὐ γε πᾶσιν δῆλον λέπτην οὐδὲν τραγῳδίασ, ἀλλὰ τέλον οἰκέτων.

Qui autem non formidolosum ope apparatus, sed monstruosum tantum moluntur, communionem nullam habent cum tragœdia: non enim omnem oportet querere voluptatem e tragœdia, sed suam propriamq;.

Cum priorem modum metus incutieendi in animos spectatorū, misericordiamq; illuc excitandi, meliorem altero esse docuisset: virtuaq; posterioris patefecisset, qui redit fabulam formidolosam ac miserabilem auxilio apparatus, magis adhuc reprehensione dignos esse quosdam affirmat, qui confugientes itidem ad apparatus, non tamen conficerent aliquid formidabile, sed monstruosum tantum: quamvis enim in illis quoque desiderari posset officium boni tragicī poëtae, minus tamen à proprio ipsorum munere discedebant, cum hi penitus inde se remouerent: efficiebant enim illi res formidolosas, aptasq; ad metum iniiciendum, qui tragœdia finis est, quamvis non sua veraq; via id molirentur: hi verò ne id quidem faciunt. quare vere dicti sunt ab optimo harum rerum existimatorenihil communionis habere cum tragœdia. Quia tamen (vt arbitror) aliquis occurtere posset illi sententia hoc pacto: dicereq; non malam esse rationem hanc, nec omnino repudiandam: ope scilicet apparatus efficiendi aliquid, quod esset prodigijs simile, quia hinc quoque voluptas hauriatur: concedit res etiam monstruosas gignere voluptatem: nou tamen voluptatem eam, quæ iure optima à tragœdia postuletur: dicitq; improbe facere eos, qui omne genus voluptatis ab ea requirant: nec sua propriaq; eius poëmatis contenti sint.

Ἐπεὶ δὲ τέλον ἐχεῖ λέσσον, καὶ φόβου διὰ μηδέστως δῆλον παρασκευάζειν τὸν ποιητὸν, φανδρὸν ὡς τοῖς τοῖς πράξιμοις ἐμποιητὸν.

Quia autem quæ à misericordia & metu per imitationem nascitur oportet voluptatem fabricare poetam, manifestum, quod hoc decet in rebus inferere.

Ostendit

Ostendit quæ propria sit voluptas tragœdiæ: vel potius, cum de hoc dubitari non possit: est enim exploratum: supraq; ab ipso traditum, germanam veramq; tragœdiæ voluptatem esse, quæ dicitur à metu & misericordia, vtitur ipso ad confirmandam certamq; esse docendam priorem illam rationem: orta igitur mentione voluptatis, quæ capitur à tragœdia, inde quoque argumentum dicit, quod multum valet ad idem corroborandum: posito enim illo: quod vtitur tanquam firmo ac plano, hoc inde necessario consequitur. Quia autem eam, quæ à misericordia & metu per imitationem nascitur, oportet voluptatem confidere poëtam (nam intelligentiæ gratia verbum addidi, quod in Græca oratione non est) manifestum, quod in rebus hoc moliendum efficiendumq; est. Quod autem addidit, per imitationem, arbitrator valere, quia nisi intercederet imitatio, non possent res terribiles atque ita acerbæ, ut misericordia mouenda apta sint, voluptatem gignere: quod enim illæ delerent, ab imitatione proficiscitur. Si (inquam) illæ ita expressæ fuerint, vt veritatem ipsam reddere videantur: hoc enim est, quod oblectat animum, ac voluptate perfundit. Quod verò inquit, τοῦτο οἱ τοῖς πράξιμοις ἐμποιητοῖ, significat officium esse poëtæ ita res componere, atque huius rei semina in coagmentatione fabulae ea iacere, ut inde voluptas hæc exoriatur, quæ capitur ex rebus terribilibus, ac miserabilibus, cum recte illæ expressæ à poëta sunt: contrariumque eius est, quod significauit deteriores quosdam poëtas facere, qui recurrebant ad apparatus, operaque ipsius studebant res terribiles ac miserabiles efficere. Cum autem particula εἴη, initio huius sententia posita, requireret quippiam: indicium enim illa semper est, quod aliquid consequi debeat, αἰτιώδεσσι ipsius, reddituq; est. φαντάσιον: & quæ sequuntur. Si igitur in coagmentationem rerum hoc inferere oportet, quod plane perspicitur ea ratione, qua docuit: qui aliter fabulam reddunt terribilem ac miserabilem, non seruant officium tragicorum. ita autem loquitur Aristoteles, vt suspicari aliquis non sine causa possit, posse res alias simul & monstruosas, & formidolosas esse: cum reprehendat eos, qui apparatus opera aliquid monstruosum tantum moluntur. Non tam igitur accusat illos, qui reū prodigalem in tragœdiā inserunt, si forte eadem apta est ad metum iniiciendum, quam qui tantum ipsam talē singunt, vt non possit simul timorem gignere, præsentim si faciant id ope apparatus. Sed etiā queri posse puto, an ex coagmentatione rerum existat aliquid aliquando prodigijs simile: & sane rerum constitutionem monstruosam parere arbitror exitum fabulae monstruosum: vt constitutionem rerum terribilium, timoris plenum exitum gignere, nam cum in Homerū poëmatē non pauca prodigijs similia sint, vt quæ significare voluit Horatius; cum inquit de illo: vt sp̄eciosa dehinc miracula promat Antiphatem Scyllamq; & cum Cyclope Carybdis illa manifesto nascuntur è fabula ipsa, non in apparatus consistunt. Ut igitur peccaret, qui voluptatem, quæ capitur ex his rebus à tragœdia peteret, ita iure optimo potest aliquis ab heroico poëmate ipsam postulare: vt enim ipsa, quod admonuit optimus doctor, aliena est ab eo poëmate, ita huius propria, suaq; Aeschylus autem huic culpe, quam hic exagit Aristoteles, existimatus est affinis fuisse: qui apparatu quandoq; monstruoso v̄sus est ad consternandos spectatorēs: & fabulas etiam non nullas prodigijs similes finxit.

Γιοὶ αὖθεν τοῖς οἰκεῖοις φάνεται τὰς συμπιπόντων, λαβεῖσιν. Αὐτὸν καὶ δὲ ἡ φύλων εἶν τρόπος ἀλλήλους ταῖς τοιωταῖς πράξεις, ἡ ἔχειν, ἡ μιθετοφων. ἀλλὰ μὲν εὖ ἔχειν ἔχειν, ἔχειν τοιωτέντι, οὐδὲν εἰλειν, οὐτε ποιῶν οὔτε μέλλων δεινούσι, ταλαιπωταῖς ταῖς πάθοις: οὐδὲν δὲ μιθετοφων ἔχειν. ὅταν δὲ οἱ τοῖς φιλίαις ἐγγένει) τὰ πάθη: οἷον ἡ ἀδελφος ἀδελφον, ἡ γος πατέρα, ἡ μάτηρ γον, ἡ γος μητέρα ἀποτέντι, ἡ μέλη, ἡ τοιοῦτον τε ἀλλο φρά, τῶν ταὶς θυτίσιον.

Qualia igitur atrocia, vel qualia miserabilia apparent eorum, quæ contingunt, capiamus. Necesse autem aut amicorum esse inter se huiuscmodi actiones, aut inimicorum, aut neutrorum. Si quidem igitur inimicus inimicum interficerit, nihil miserabile neque faciens, neque facturus, M ostendit:

ostendit: praterquam in ipso illo malo: neque rursus neutrō modo habentes. Quotiescumque autem in necessitudinibus extiterint hæc mala: Cen vel frater fratrem, vel filius patrem: vel mater filium, vel filius matrem interficerit, aut interfecturus fuerit, aut huicmodi aliquid aliud facit, hæc quærendum est.

Cum multis locis supra tradidisset oportere tragicos poëtas persequi casus quosdam factos ad metum iniisciendum ac misericordiam excitandam: nunc ipsumq; do cuius est posse res huiuscmodi fieri duabus rationibus, quarum tamen alteram improbasset, videbatur requiri ab eo posse, vt semel indicaret, quæ nam facta hominum huiuscmodi forent, ac metum misericordiamq;, cum audirentur, facile mouerent. Voluntati igitur horum satisfacit: ac quod suum officium esset, gerit: inquit enim. Qualia igitur grauia, vel qualia miserabilia apparent eorum, quæ contingunt hominibus, capiamus: qua in sententia animaduertendum est ipsum non vti ijdem nomine, quibus supra semper appellavit res formidolosæ ac miserabiles, quamuis idem significare voluerit, sed pro ~~φοβητικός~~, ~~v~~surpauit ~~δενδρός~~: locoq; vocis ~~δενδρός~~. posuit ~~οὐκτρέα~~. intelligit autem hic ~~δενδρός~~ mala quædam grauia atque acerba: huiuscmodi enim cum fiunt, perturbare homines, timoremq; magnum incutere animis eorum consueuerunt. ~~οὐκτρέα~~ vero, cum idem, quod ~~δενδρός~~ ualeat, eadem etiam habenda sunt ~~οὐκτρέα~~, quæ ~~δενδρός~~. Quod vero Capiamus inquit, ualeat cum harum rerum naturam diligenter indagauerimus, inde quod huiuscmodi esse intelligamus, posthabitis ceteris vt inutilibus, eruemus. Titus autem in his rebus capessendis diuisione, omne genus personarum, inter quas huiuscmodi iniuriæ nasci possunt, perpendens, ac rei- ciens eas, quæ idoneæ non sunt: sumensq; contra huic rei accommodatas. Quia ve-ro nullam hominis condicionem relinquit, quæ non in examen hoc veniat, ait ne-cessè esse, nec fieri aliter posse: aut enim hi amici inter se erunt, caræq; admodum personæ, in quibus hec iniuriæ nascuntur: aut inimici, mutuoq; odio perciti, aut medij interieciq; inter hos: Tribus igitur personarū generibus indicatis: nec enim aliter animo affecti inter se esse possunt, in quos cadunt hæc mala, ostendit primum, qui idonei non sint. Si igitur dicens inimicus inimicum sibi hominem sustulerit, nihil miserabile, neque dum id malum molitur, neque cum statim aggredi id debe-ret, antequam faceret, excitabit, præterquam in ipso facto: quod tamen factum ipse, personam attendens eius qui patitur, malumq; id sustinet, non eius qui facit, ~~πάθος~~ vocavit: Vt autem est eo uerbo, à quo fabulæ, quæ continuerint in se huiuscmodi casus, patheticæ uocantur: cuiusq; ipse supra uim notiōnemq; diligenter expref-sit. Quod uero hoc exceptit, nec inficiatus est gigni misericordiam aliquam tunç etiam, cum hostis hostem perimit, id factum esse puto, quia cum homines simus, propensiq; natura ad hunc affectum, quando cernimus aliquem necari, aut graui aliquo malo vexari, misericordia eius mouemur, illoq; ipso tempore aliquantum perturbabimur: quo tamen perpetrato facto statim motus ille extinguitur. Tollit au-tem medium etiam genus hominum: affirmatq; cum etiam inter hos huiuscmodi aliqua iniuria extiterit, non posse casus illos miserabiles vocari: nec præstare ipsos, quod tragœdia requirit. Quare tertium genus restat, quod huic rei vehementer accommodatum est, vt docet: inquit enim. Quando autem in necessitudinibus ex-titerint huiuscmodi casus, ipse ~~πάθος~~ vocat: quid autem eo nomine capere debeamus, accurate demonstratum est: interq; personas aut sanguine aut benevolentia magna inter se coniunctas: sed potissimum sanguine, vt exemplis, quæ ponit, ma-nifestum fiet, illi casus sunt captandi, & è ueteri etiam memoria sedulo eruendi: hoc enim valere puto, quod extremum hic est ~~πάθος βιτιών~~. Quod verò c' ~~πάθος φίλιας~~ inquit, amorem illum, quo cognati affinesq; inter se flagrant, illo nomine etiam indicari ab ipso, manifestum est: genusq; quoddam amicitiæ est, coniunctio cognatorum affinumq; inter se, vt in libris de moribus differuit. Exemplis autem illu-strare ac patefacere volens, quod significarat hoc nomine, inquit. Ceu quando aut frater

fratrem: quod Oedipi liberis Polynici Eteocliq; contigit: aut filius patrem: quod vñ uenit Oedipo, qui Laium parentem imprudens interfecit: aut mater filium, inquam culpam Merope penè cecidit, quæ errore ducta Cresphontem filium interficeret voluit: aut filius matrem, cuiusmodi fuit factum Orestis, & Alcmæonis. Addit etiam in extremo, quod desiderabatur ad sententiam absoluendam. Aut interfecerit, inquit, aut in animo habuerit interficere, ac paulo post id aggressura fuerit: verum quia non tantum nex, quæ infertur, πατέρα nomine significatur, ac misericordiam excitat, sed etiam vulnera doloresq; corporis acerimi, addit: quod pendet à verbo μίσθιον. Aut huiuscemodi aliquid facere: significat igitur mala, quæ nisi vitam eripiant, maximos tamen cruciatus corporis gignant. nisi potius hoc addidit, quia quamvis aliquis non interficiat aut vulneret, potest tamen non paruam aliam iniuriā iniungere caræ personæ, quæ res penè idem efficeret, quod mores. exempli causa, quod infra ponit ex Helle, cuiuscemodi illud sit: aut huiuscemodi demum aliquid, quod pietatem violet. Animaduertendum vero hac parte in calamo exaratis libris non legi post illa verba αὐτὸν μηδεὶς οὐκέπειρεν, quod sequitur in quibusdam excusis αποτελεῖ: sed ab Aldino quoque exemplari id verbum abest: similiq; modo non legi in ijsdem scriptis δέκχυνσι: quod non multo post in omnibus formis impressis inuenitur: vis tamen notioq; aut horum aut paruum verborum intelligenda est, si forte breuitatis causa illa aliquando omisit auctor: ac quod ad absoluendam sententiam pertinet, reliquit in animo eorum, qui legerent. Quomodo autem graues iniuriæ, atque hæc ipsa ultima mala nascantur inter amicos, exemplis multis cotidie cognoscitur: nec tamen illi continuo vetus nomen amittunt, inimiciq; appellantur: præsertim in eo genere benevolentia, coniunctionisq; de quo loquitur, ut exemplis perspicitur. Sed illi etiam, qui mutuis tantum animis copulati prius fuerint, quamvis dissentire inter se grauiter cooperint, non statim inimici vocantur: cumq; amici appellantur, respicitur pristinus ipsorum animus ac vetus consuetudo, ut cum apud Euripidem Phœnissis Iocasta inquit, admones Eteoclem, ut oculos in fratris vultum conuerteret. ὅταν φίλος τις αὐτῷ θυμωθεῖς φίλος: & quæ sequuntur: quamvis enim hoc generatim prolatum ab ea sit, in communi illo continebantur & Polynices & Eteocles, inter quos atroces iniuriæ iam extiterant,

Τοιὲ μοὶ δὲ παρειλημμένους μόδους λύειν οὐκ ἔστι. λέγω δὲ, οἵον: τὸν Κλυτοφίλον ἀποθανοῦσθαι τὸν τὸν Οὐρανὸν: οὐκ τὸν Εὐεργύλιον τὸν τὸν Αἰλανούς ανοῖς. αὐτὸν δὲ διέρισκεν δῆλον, οὐκ τοῖς παραδεδημένοις χρῆσθαι καλῶς: τὸ δὲ καλῶς, πάλιν, εἴπωμεν Θεοφέστορον. ἔστι μὲν γάρ οὗ τῷ γίνεθαι τὸν παρεξέννιν, ὁπερὶ οἱ παλαιοὶ ἐπίσιμω, ἐδότασθαι γινώσκοντας, καθάπτοντας Εὐεργύλιος ἐποίησεν ἀποκτένοντας τὸν τὸν Μίθεαν. ἔστι δὲ παρεξένναι μοὶ: ἀγνοοῦτας δὲ παρεξέναι, τὸ δεῖνον: διὸ γένορον αἰναγνωσίσαι τὸν φελίαν, ὁπερὶ δὲ Σοφοκλέους Οἰδίποις. ἔστι μὲν δὲ παρεξένω τὸν θράματος: εἰ δὲ αὐτῇ τῇ πραγματίᾳ. διὸν δὲ Αἰλιμανόν Αἰσιδέμαντος, οὐδὲ Τιλέγονος δὲ τῷ βαυματίᾳ Οὐδισσοῖς. ἐπειδὴ τοῖς παρὰ ταῦτα, τὸν μέλλοντα ποιεῖν τη τῶν αἰνικέστων διαχρονοῖς, αἰναγνωσίσαι παρεξέναι: οὐκ παρὰ ταῦτα οὐκ ἔστιν ἀλλως: οὐδὲ παρεξέναι αἰναγνητὴ μή: οὐκ εἰδότας, οὐδὲ εἰδότας.

Acceptas quidem igitur fabulas soluere non licet. Dico autem, ceu Clytaenestram necatam ab Oreste: & Eriphylem ab Alcmæone: ipsum autem inuenire oportet, & traditis uti recte. Recte autem quid dicimus, exponamus apertius: licet quidem enim sic fieri factum, quemadmodum antiqui faciebant, intelligentes ac cognoscentes: veluti & Euripides fecit interficiētē filios Medeam. Licet etiam agere quidem: ignorantes an-

tem facere facinus atrox: deinde postea agnoscere amicitiam, quemadmodum Sophoclis Oedipus: hoc quidem igitur extra fabulam est: in ipsa autem tragœdia, cœu Alcæon Astydamantis, vel Telegonus in Ulysse vulnerato. Adhuc autem tertium præter hæc, eum qui facere debebat sanguinem facinus propter ignorantiam, agnouisse prius quam ficeret: & præter hæc non licet aliter: Aut enim facere oportet, aut non: & scientes, aut non scientes.

Cum ostendisset quæ facta tragœdiæ condendæ idonea sint, quod inde nascantur iij motus animorum, qui in eo poëmate requiruntur: intelligeretq; poëtam, cum animum ad scribendum adplicat, necessario aut vetus aliquod argumentum capere aut nouum fingere: & in utroque posse illum aut peccare aut laudem consequi, admonet quomodo se gerere vtræq; in re debeat: primumq; præcipit ne veteres fabulas, quasq; accepimus à maioribus frangamus, ac dissipemus: hoc enim arbitror valere hoc loco λέπειν, id est dissoluere, ut penitus contrà quam illæ composite sunt à superioribus poëtis, eas fingamus. Significare vero hoc ipsum hic dissoluere, intelligitur exemplis, quæ ponit: testatur enim aperte accuratus magister, se velle ostendere hoc pacto, quid valeat id uerbum: & est hæc manifestè declaratio quedam: cù enim traditum sit à veteribus tragicis Clytemnestram interfactam fuisse ab Oreste, & Eriphylem ab Alcæone, qui aliter rem fingeret: nec matres has opera, manuq; filiorum necatas induceret, dissolueret, ac peruerteret fabulas illas. Quærere vero posset aliquis, an quod aduersarij Terentio obijciebant, qui dicerent ipsum contaminare fabulas Græcorum comicorum, hoc ipsum sit, quod Aristoteles hic λέπει μύθος vocat. quod sanè non puto: quamuis hoc ipsum, quod non decere fieri tradit hic optimus auctor, non malè fortasse illo verbo exprimeretur: qui nanque huiuscmodi etiam quippam tentat in fabulis iam receptis & ipse sine dubio illas contaminat. nam Terentius ipse illic aperit, quod facere sit solitus, nullo modo probatum illis, & vt ipse existimat, sine causa: ostendit enim se in comediis, quæ Greci poëtæ fecerant, vertendis, partem aliquam alicuius fabulæ ex illa, cuius propria erat, in alteram transferre solitum: & ita tanquam è duabus diuulsis, vnam integrum compонere & coagentare. hoc nanque ipse testatur in prologo Andriæ apertè, ubi inquit. Menander fecit Andriam & Perinthiam, & paulo post. Quæ conuenere in Andriam ex Perinthia, Fatetur transtulisse, atque vñum pro suis. Sed etiam in Hæ- auton timorumenu. Nam quod rumores distulerunt maleuoli Multas contami- nasse Græcas, dum facit Paucas Latinas, factum hic esse id non negat. Aristoteles autem capit soluere fabulas pro corrumpere illas, & omnem ipsarum euuentum variare. Exempli causa, cum consensu omnium veterum traditum sit Alcæponem matrem interficisse, qui faceret ipsam ab alio, non à filio necatam, hic fabulam eam dissolueret. at contrà qui fingeret sane ipsam opera filij mortuam, sed ignorantis ipsam matrem esse, hic fabulam non dissolueret, vt narrat paulo post Aristoteles Astydamantem hoc factum in scenā induxisse. Idem etiam poëtæ in quadam fabula fingebant aliquando quippam in aliqua tellure factum esse: in alia vero fabula in alia regione. vt Euripides qui in Hecuba scripsit Polyxenam in Thracia ad bustum Achillis maestatam: in Troasi vero in Troiana tellure. neque tamen hæc loci mutatio potest fabulam illam soluere ac deprauare: ut etiam nihil valet ad tragœdiam meliorem deteriorem ve reddendam: nec est quod Aristoteles hic inquit, χρῆσθαι καλῶς illis rebus, aut contra: longè enim alia commoda secuti poëtæ aliquando hoc committunt. Præterea declarat aliud hic ab Aristotele præcipi: aliud vero à Terentio significari, quia noster doctor μύθος appellat partem tragœdiæ, quæ proprie hoc nomine vocatur, id est coagentationem rerum: Latinus vero comicus intelligit illo verbo comediam: ita enim sœpe à meliore ipsarum parte & comedias & tragœdias appellare Latini scriptores consueuerunt, nam si aliter hæc res inter se non discrepant,

rent, diuersum genus poëmatum, ad quod adhibitæ forent, ipsas non immutaret: & si non tam vñu fortasse venire potest, vt tragœdia aliqua, sicut comedias, dissoluitur: neque enim comici poëtæ, vt tragicis, pendent ab argumentis antiquorum, sed ipsa tota comminiscuntur: cum illi plerunque res factas sequantur, causisq; aliquos acerbos certarum familiarum sumant: Ita etiam cepisse videtur λέπειν Paccius, qui redidit mutare, quod valet apud eum, vt arbitror penitus variare atque alias facere: neque enim loqui potest hic auctor de fabulæ solutione, quam concedit mutari: & quam non solum sine culpa, verum etiam cum laude non parua variari posse uult: cum omnino veter, nec vñlo modo sine reprehensione attingi posse putet, hanc, de quo loquitur, dissolutionem. Idem autem arbitror tragicis suaissime Horatium, cum ait. Aut samam sequere. Cum igitur sustulerit, quod tentari non debet, Aristoteles in coagentatione rerum, ponit nunc quid facere tragicum oporteat: duobus autem modis potest id vitium vitari: aut noua argumenta inueniendo, aut recte ueteribus vtendo. inquit igitur. Ipsum autem inuenire oportet, si maiorum scilicet vestigia sequi non uult: vt facit etiam, præua tamen ratione, qui fabulas eorum dissoluit atque euerit: Et rectè vñ fabulis traditis nobis, quod faciet qui corriget, si quid peccati, aut incuria in illis erat: aut si emendatione ipsæ non egebant, quidquid illic variat, atque aliter fingit, recte, & ordine pertractat. Animaduertendum autem ipsum diuersis vocabulis idem significare: eadem enim sunt fabulæ, quas nunc μύθοις παραλημμένοις: nunc vero παραδόμενοις vocat: primum enim respicit personam eorum, qui quod ipsis traditum erat, accipiebant: postea relictis illis, attendit personam eorum, qui quod ingenio, curaq; sua excogitassent, alijs tradebant. Quos verò hic & παραλημμένοις & παραδόμενοις μύθοις vocat Aristoteles, vi detur Aristophanes βατράχοις appellasse οὐτας, id est qui existerent: & contra quod hic noster vocat λέπειν, ipse vocavit σωθέναι. ita enim finxit Euripidem se purgare, quum ei obijceretur, quod Phædrum impuram & conseleratam mulierem induxisset: non enim se talem eam finxisse dicit, sed fabulam prius conformatam eo modo de ipsa in scenam attulisse. πότερον δὲ τὸν λόγον τοῦτο τὸν φάδρον ἔωθεν κακα; Nam quod χρῆσθαι Aristoteles inquit, contrarium hic est eius, quod dixerat λέπειν: is enim utitur, qui rem iam inuentam ab alio in utilitatem aliquam suam transfert. χρῆσθαι vero καλῶς hic inquit, vt infra quoque, vbi loquitur de agnitionibus, quæ fiunt auxilio norarum: gradus enim quidam in ea quoque re tractanda sunt: potestq; id & melius & deterius administrari. Cum autem obscurum ignotumq; alicui esse posset, quo modo recte ipse vtatur argumentis fabulisq; aliorum, vim eorum verborum declarat, aperitq; diligenter, quid intelligat: primumq; se obscurum breuemq; fuisse satetur, dicens. Quid autem rectè dicimus, apertius explanemus: statimq; toti rei explicandæ incumbit, diuisione vtens: Licet quidem enim sic fieri actionem, quemadmodum antiqui faciebant scientes & cognoscentes. Primum igitur hanc vnam è rationibus esse docet: vt qui inducuntur, aliquid fecisse, ex quo fabula texatur, intelligentes quid agant: vimq; penitus illius rei perspicientes, inducuntur: quod fuisse institutum priscorū tragicorum narrat, cum tragœdia rudis adhuc & impolita erat. Exemplum autē huius rationis ponit Medeam Euripidis, quæ filios sciens volensq; necauit. Nec tamen testimonio Euripidis vñus est, vt vno ē uetus tragicis: neque enim rectè hic in illis numeratur, sed ostendit ea in fabula ipsum fecisse, consilium fortasse suum quoddam secutum, quod tragicis antiqui passim gerebant: propriumq; ipsorum erat: id verò coniunctio etiam indicat, quæ posita est post aduerbum κακά τοπεῖ: hoc enim manifestè ipsa valet. Quare peccauit interpres, qui ipsam non expressit, cum ita verterit. Ut Euripides fecit: his enim verbis comprehenditur Euripides in antiquis tragicis, quod falsum est. Alteram rationem auctor hanc esse uult: licere enim quoque tradit aliquos sanè facere rem atrocem: ignorantes autem facere: post gestam verò iam rem agnoscere coniunctionem, necessitudinemq; quam sci licet violauerint: vel qua deuincti erant cum eo, quem imprudenter graui malo affecerint. Huiuscmodi vero esse factum Oedipi Sophoclei narrat, qui imprudens Laium interfecit, & matrem constupravit. intelligens autem non valde accommodatum hoc exemplum esse: neque enim id factum argumentum fabule est, neque in

is, quæ eō tempore geruntur, continetur, id notat: aliaq; exempla ponit, dicens: Sed hoc extra drama, fabulamq; est, in ipsa autem tragœdia, vt Alcmaeon Astydamantis: qui Alcmaeon eius poëta, longe aliter, atque Alcmaones aliorum poëtarum, vt ex hoc loco intelligere licet, ignoratione eius ductus, interficerat matrem: post autem, tenebris illis pulsis, quo scelere se contaminasset cognouerat: matremq; eam esse, quam necauerat, perspexerat: exemplum tamen hoc irriterum est, quia fabula perijt: ut ea quoque, vnde tertium exemplum sumitur. Sequitur enim. Et Telegonus in Vlyssे vulnerato: hic enim index erat fabulæ, cuius auctor certus nunc non est. Variae autem fabulæ de Vlyssе scriptæ fuere, cum multis casibus hic vir conflictatus esset: variaq; in vita ei contigissent, nam citatur etiam ab antiquis grammaticis Sophoclis Οὐαστὸς ἀκαθητής, quia spina ipse iestus, materiam poëtis dederit scribendæ tragœdia. Telegonus Vlyssis filius fuit ē Circe procreatus, qui à non nullis scriptoribus ferebatur interfecisse patrem. vnde ab Horatio in oda quadam parvicia uocatus est. Eius quoque mentionem fecit Plutarchus in parallelis, qui narrat eum missum, vt aliquid de patre indagaret, condidisse Prænestine oppidum. Sextus etiam, capite, quo querit εἰ συστικὸν τὸ θεοῦ, docens de Vlyssis exitu varia memoriæ prodita esse, cum extiterint etiam qui dixerint, ipsum à Telegono filio imprudenter: &, vt ipse quoque loquitur, εἰ τὰς νύστας imperfectum esse. Adiungit Aristoteles tertium adhuc quiddam esse præter hæc: vt ille scilicet, qui facturus erat aliquod atrox facinus propter imprudentiam, personæq; illius ignorationem, agnosceret eam, antequam faceret. exempla ipse huius casus infra ponet. Tertia uero hac ratione exposita, ostendit præter hæc, quæ docuit: id est præter tres has rationes, aliter fieri rem non posse: nec nouam quamquam rationem restare: quod diuisione partiumq; duarum coniunctione colligit hoc pacto. Aut enim egisse necesse est aut non egisse, & scientes vel non scientes. Et ipse autem alibi, & interpretes ipsius Græci, docent ita prorsus se rem habere, & ex hoc numero terminorum, qui simul connectantur, nasci prorsus has ipsas coniugationes: in primis autem Simplicius in categorias, ubi interpretatur hæc auctoris uerba. Μόντων τὸ μὴ καθ' ὑποκεμένης τὸν λίγην τῷ & que sequuntur: accurate enim totam rem explanat: & uiam hanc omnem, rationemq; tradit, qua, proposito quovis numero terminorum, intelligi statim possit non magno negotio, quot inde existunt huius generis coniunctiones. qui etiam aperuit, cur necessario semper hoc fieret, & ab omni fallacia hæc tanquam norma quedam certa remota esset.

Τούτων δὲ τὸ μὲν γνώσκοντα μελῆσαι, οὐδὲ μὴ πρεξῖαι: χειρού: τό, τε χαρὸς μαροὶ ἔχει, οὐδὲ οὐ πρεχικοὶ: αὐταδέστραχ. διόπθροι οὐδέτες τοιεὶς ὄμοιως, εἰ μὴ ὀλιγάκις. διον εἰ Αὐλέζοντι τὸν Κρέοντα ὁ Αἴμων: τὸ χαρὸς πρεξῖαι, οὐδέτορον. Εἶλπον δὲ τὸ, ἀγνοοῦτα μὲν, πρεξῖαι: πρεξῖαντα δὲ, αἰαγνωσίου: τό τε γραμματοὶ οὐ προστει, οὐδὲ ἀιαγνώσιοι εἰς τολμητοὺς.

Horum autem cognoscentem quidem facturum fuisse & non secisse, pessimum: immane nanque in se habet, & non est tragicum: vacuum enim est ab eo, quod vocatur πάθος. Quapropter nemo facit similiter, nisi raro. Ceu in Antigona Creontem Aemon: egisse enim secundum est: Melius autem imprudentem quidem egisse: cum egerit autem agnouisse: immane enim non adeat, & agnitio stuporem gignit.

Vim nunc trium rationum perpendit, & quæ deterrima ipsarum sit: quæq; optima, docet: nec non quæ medium inter extremas has locum obtineat. Inquit igitur. Harum autem ea, cum aliquis, personam intelligens, facinus facturus iam erat: nec tamen peregit, deterrima est: quibus in uerbis videndum quomodo τούτων dicat: manifesto enim hic nouus quidam modus est, nec unus aliquis trium illorum su-

pra

pra enumeratorum: qui enim tertium locum obtinuit, cum conatus esset efficere, quod scelus in se habebat: nec tamen patrauit, personæ ignoratione ducebatur: primus autem, cui persona nota erat, effecit. videtur igitur ex ambobus his concretus esse: Vitia autem statim huius constitutionis ostendit: rationemq; reddit, cur tantopere ipsam damnarit, declarans eam id in se habere, quod est alienum à tragœdia: carereq; illo, quod proprium ipsius est: inquit enim. Habet nanque in se quod nefarium est, ac conseleratum: ita enim appellemus μισθὸν. Hoc autem ipsum, μισθὸν inquam, alienum esse à tragœdia, supra quoque declarauit, cum coagmentationem illam, in qua maximæ probitatis vir è secundis admodum rebus in valde aduersas cadit, non formidolosam esse, neque miserabilem, sed μισθὸν affirmauit. Cuiusmodi vero facta hoc nomine digna sint, exemplo, quod hic ponit, intelligitur, cum scilicet aliquis se contaminat parricidio, aut huiuscmodi quopiam atrocí scelere. Nec tantum, quum rem iam efficit, sed etiam quum facere aggreditur: uiolatur enim pieetas cogitatione etiam ac voluntate: per ipsum nanque non stetit, quin res illa sceleratum exitum habuerit. Primum igitur hoc nomine improbat hæc ratio: deinde quia nihil tragicum in se habet, vt ipse adiungit: cuius etiam rei causam afferit, care re ipsam dicens eo, quod uocatur πάθος, ut ita nunc nominem, quod ipse uno uerbo appellavit πάθη: ciuius uerbi uis diligenter animaduertenda hoc loco est: quomodo inquam vocet πάθη, factum illud, cum aliquis prudens intelligensq; caram personam interficere uoluit: neque enim uidetur hic πάθη ualere sine affectu, & motu illo animi turbido, qui uocatur πάθος: cum enim id sit, misericordia metusq; in animis eorum, qui uident, excitatur: aliquem scilicet furore impulsu penè eō sceleris peruenisse. Quare arbitror potius illud πάθη uocatum, quia illic non nascitur πάθη, illud, quod est tragœdiæ proprium: & quod ipse supra definiuit, id est aut mors aut uulnus: quomodo etiam paulo antea cepit πάθος, cum inquit, ὅταν δὲ εἰ πάθη φέλει, οὐ πάθη: planum enim est illic ualere hoc uerbum huiuscmodi iniurias. Quod si hoc verum est, ut puto, percipitur hinc etiam à contrario ipsum vocare tragicum factum, in quo existant neces & uulnera, quod ualeat ad confirmandum, significare quod supra de Euripide protulit, τραγῳδία τὸν eum esse πάθη, superare ipsum ceteros poëtas in hac re, id est plures quam alij ulli huiuscmodi acerbos casus in tragœdiis ipsum complecti. Vitia autem huius coagmentationis cognitam esse, & ab omnibus damnata, ostendit, nulla alia de causa affirmans eam repudiatam esse, quum à priscis poëtis frequentaretur, nisi quia illis malis abundaret: nec, quod proprium tragœdiæ est, imprimisq; tales eam reddit, in se haberet, inquit igitur. Quare nemo facit similiter; id est nullus hacestate inuenitur, qui res ita coagmentet, rationemq; illorum probet: nec quisquam est nouorum poëtarum, qui ipsos in hoc imitetur, nisi raro admodum: declinant enim hoc tanquam scopolum, aliquem. Sequitur nanque, Nisi raro atque infreenter: non enim facile vetera vitia atque errata extirpantur: semperq; aliqua eorum vestigia restant. Exemplum vcrò huius rationis afferit Aemonem Sophoclis, qui in Antigona fabula Creontem patrem interficere voluit: nec tamen efficit, quod magno impetu animi conatus est, quia pater istum vitauit, fugaq; sibi salutem quæsivit. Tota res ita se habet. Aemon Antigonæ amore flagrabat, quæ cum à Creonte, quod fratrem illa sepelisset, morti damnata foret, conatus est infelix amator precibus salutem eius à patre impetrare, quæ preces cum duriter nimis ab eo repudiatae fuisse, statuit ille vñā cū virgine mori: & in eundem tumulum se contulit: quo accepto, serd delinitus pater, eō cucurrit, reuocareq; frustra filium studuit ab eo proposito: ille enim nedum persuaderi se passus sit, responderitq; ipsius orationi, despuit in faciem patris: educitoq; gladio interficere ipsum voluit: cum tamen ille periculum id fuga declinasset: Vnde postea uulnus, quo furore percitus, patrem petuit, sibi inflixit, atque ita se uita priuauit: hæc enim sine dubio sententia est eorum versuum: docente hoc etiam summo hoc nostro doctore: quæ nanque excogitata sunt à Græco homine, qui apud poëtam declarare eum locum voluit, inania sunt ac falsa: labitur enim hic, vt in multis aliis locis, quos scholiis illis suis illustrare se putauit. Sequitur apud Aristotelem. Egisse enim secundum est, quo significatur minus peccatum poëtam, si quem induxit

M iiiij atrox

atrox facinus patrare volentem, finxerit ad exitum consilium suum perduxisse, atque effecisse quod nefarie conatus est: quamuis enim hic aliquid sit, quod non satis accommodatum est tragœdiæ, quia hæc constitutio habet μερόν, id est continet in se quod est sceleratum ac nefarium, habet tamen eadem πάθος: quod nascitur ex facto: consilioq; illo nefario impleto & ad finem perducto: vel potius ipsum illud factum est: huiuscmodi enim aliquid vocat auctor hoc in libro plerunque πάθος, de quo paulo supra accuratius disputauit. Adiungit autem statim, quod huic etiam, meliori sane priore, anteponendum est, atque inquit. Melius autem est nescientem quidem egisse: cum egerit autem, agnouisse: nam proximus suicidus casus fuit eius, qui sciens, intelligensq; quid ageret, egisset. Hic autem nesciens aggreditur rem, ac peragit: Rationem verò eius, quod dixerat, reddens ait. Non enim scelus illi factio hæret: & agnitus res est, qua stuporem gignit. Abesse autem scelus inde: nec posse id factum, vt nefarium insinuari, dicit, quia personam ignorans: nec sciens se illi sanguine coniunctum esse, id fecit: qui autem nolentes inuitiq; huiuscmodi aliquid committunt, non se scelere contaminant.

Κράτισον δὲ τὸ πελοποῖον. Λέγω δὲ, οἷον εἰ τῷ Κρεσφούτῃ ἡ Μέροπη μέλει τὸν ύπον ἀποκτένειν: ἀποκτένειν δὲ οὐ: ἀλλ' αὐτηγνώσεται. ηγίει τῇ Γρυγνείᾳ ἡ ἀδελφὴ τὸν ἀδελφὸν. ηγίει τῇ Ελένῃ δέ τοι μητρά εἰδίδονται μέλωσι, αὐτηγνώσεται.

Optimum autem est postremum. Dico autem, ceu in Cresphonte Merope parata erat filium interficere: non interficit autem, sed agnouit. & in Iphigenia soror fratrem: & in Helle filius matrem dediturus, agnouit.

Omnibus iam constitutionibus, modisq; declaratis: nec non gradibus duorum priorum indicatis, cum à deterrimo incéperit, tertij graduni vimq; exponit: qui ceteris omnibus antecellit, atque inquit. Optimum autem est extremum: intelligens constitutionem, quam ultimam posuerat, cuius gradus est altissimus. Ne quis autem error nascatur, tribus exemplis illam declarat: quorum priora duo manifesto sumpta sunt ab Euripide: tertium vero, cuius auctoris sit, non appareat. Euripides enim scripsit fabulam Cresphontem quod testimonio Ciceronis intelligitur, qui in prima Tusculana inquit. Quia est sententia in Cresphonte vsus Euripides: vt auctoritatibus præterea Græcorum scriptorum in re plana superfedeam: nam de secundo, cum fabula in manibus sit, dubitari non potest. inquit igitur. Dico autem ceu in Cresphonte Merope interfictura filium erat: non tamen interfecit, sed agnouit. Huius erroris Meropes, quæ ignoratione ducta filium penè interfecit, putans eum esse hostem, meminit Aristoteles in iij. libro de moribus ad Nicomachum: nec non Plutarchus in libello secundo de carnibus vorandis. Alterum exemplum est, cum inquit, Et in Iphigenia soror fratrem: intelligit autem Iphigeniam, quæ nunc vocatur in Tauris, vt ab altera, eiusdem poëta Iphigenia, distinguitur: illic enim virgo hæc Agamemnonis filia, parata erat Orestem imolare ad aram Dianaæ, vt institutum eorum sacrorum seruaret, quibus ipsa præposita erat, cum eum fratrem suum esse nesciret: antequam tamen id faceret, cognovit ipsum, atque eo periculo liberavit. Eruditus vero & ingeniosus poëta præclarè & ipse vidit vim huius loci, nam fletum inde etiam excitauit, vsus persona Orestis, qui in ea fabula quæsiuit è forore, si, quod factio quodam iniquo penè factum est, ad exitum peruenisset, vt ipsa manibus suis fratre interfecisset, quanta illius misera temeritas futura fuerit. illa autem mente versans, quid périculi subierit, & quanto penè scelere se inquinari, ita respondet: nam necem etiam illam nefarium ac consceleratum futuram fuisse significat. Δέντετλαν, δέντετλαν: μοι σύγχρονο. παρὰ δὲ λήσον ἀμπέφυτον εἰδόσιον ἐμαχαῖρας χρόνον. Tertium exemplum è fabula, quæ uocabatur Helle, acceptum est: illic enim (ut narrat Aristoteles: neque enim quicquam alibi de eo legimus) filius matrem in potestatem hostium traditus, cum eam matrem esse ignoraret, antequam id faceret, eam agnouit.

agnouit. Quid omnino hic valeat ἔκθεται, cum factum ipsum ignotum sit, certò intelligi non potest. Significat autem hoc verbum aliquando dare seruos ad quæstionem: vt contrà ἔκτατον, poscere illos in iudicio ab heris eadem de causa aliquando etiam valer in manum & potestatem aduersariorum tradere. Ni si fabula ipsa rerumq; eius coagmentatio, periisset, quæ notio hoc loco foret eius verbi, non falleret. Ut autem suppleam in locum huius, quod amissum est, exemplum satis elegans. Euripides in Ione fabula eodem pacto res coagmentauit. Ion enim Creusa scelere comperto, cum sensisset eam sibi interitum procurasse, vlcisci iniuriam illam studebat. Creusa verò in aram confugerat: nec tamen cessabat Ion omnia facere, vt dolorem suum exploreret: ac verbis, cum aliud non posset, matrem laedebat: quam tamen matrem esse adhuc nesciebat: vt neque illa Ionem ex se natum: dum autem illic, freta sanctitate loci, maneret, vidit cistellam cum monumentis, quam Pythia ferébat: quibus cognitis: cum illis enim olim Ionem exposuerat, filium agnouit: indeq; fidem filio fecit ipsum ex se natum. quare placauit illum, qui nisi ipsam agnouisset, prorsus immani scelere, maternoq; sanguine se imprudens polluisset. Animaduertendum autem, quomodo affirmet optimum esse postremum argumentum, in quo res ad exitum non peruenit, & antequam aliquis caram sibi personam imprudens occidat: huiuscmodi ve aliqua iniuria afficiat, ipsam agnoscit, cum supra improbarit magnopere rationem illam Sophoclis in Antigona: dixeritq; illud non esse tragicum, quia careat facto. & facto illius generis, quæ sunt materia tragœdiarum. Quomodo igitur hæc constitutio potest ceteris omnibus anteponi, quæ habet in se quod tragicum non est: hoc autem, quia non est impletum, quod geri est cœptum, nec πάθος illic existit. An nihil vetat tragediam optimam esse, quæ tam atroces causas in se non contineat: videmus enim ipsum præclarè sentire de Iphigenia in Tauris, quæ sine dubio huiuscmodi est: id enim quod in ea fabula crudeliter cœptum est fieri, exitum non habuit, sed intercedente agnitione interruptum fuit: quod vetero merito potuit displicere in impetu illo animi Aemonis, tentatum est ab ipso sciente. Siue qui semel aggressus est facinus aliquod in argomento alicuius tragœdiæ, magis seruit illi poëmati, si ad finem consilium suum perducit, non alia de causa, nisi quia saeu illi, & acerbi casus, necesseq; demum, materia sunt tragœdiæ: qui tamen, cum nesciret, quem violaret, cum propè accesserit ad finem illius facti, minus tamen quod voluit, peregit, eodem penè pacto consternat spectatorem, & pietatis simul consulit, quæ violatur aliquo modo, si aliquis etiam errore ductus, sanguine suorum se commaculauit. Quantum verò motum animorum gignant etiam huiuscmodi casus, docuit Plutarchus ipse in facto illo Meropes tradendo, eo loco, quem indicaui: cum enim illa securim in filium sustulisset, vt in interfectorum filij, atque ei plagam infligere properaret, voce etiam edita, quæ odium suum in illum significaret, theatrum omne, ut narrat, cohorruit, ne iectus manum senis, qui impediit, præueniret, atque ita misera mater innocentem filium necaret. Considerandum præterea quomodo velit coagmentationem hanc rerum esse optimam, cum definat in bonis rebus: videtur enim cum hoc vsu uenit, exitus illius durus non malus esse: neque enim conatus ille finem naclitus est: ipse autem magis probauit tragediam, quæ transit è bonis valde rebus, in valde malas, quæ contrariam. Nec tamen non idem intelligitur multis modis non alienus fuisse ab Iphigenia in Tauris, vt eodem redeamus: placuisseq; ipsi mirificè hanc fabulam, in qua manifesto hoc vsu venit: componunturque ad extremum illæ turbæ sine ullo magno malo, constat. nisi aliquis contendat, aliis de causis illam ab ipso in primis laudari.

Διὰ γῆς τῶν, ὅποι πάλαι ἔργοι, οὐ τῷδε πολλὰ γένην αἱ τραγῳδίαι εἰσι: ἡ τοῦτον γῆ, οὐκ ἀπὸ τέχνης, ἀλλ' ἀπὸ τύχης, δύον τὸ ποιῶν τοιοῦτον παρασκευάζειν εἰ τοῖς μύθοις. αὐταγνάλονται δὲ τοῖς πάντας τοῖς οὐκαστοῖς ἀπαντάν, ὅπους τὰ ποιῶντα συμβείνει πάντη. τῷδε μὲν δὲ τοῖς πάντας πρεγμάτων ουσίστοις, μὴ τῷδε οὐδεὶς θεῖται δεῖ τοῦ μύθους, εἴργοι ικενώς.

Propter hoc enim, quod sane iam pridem dictum est, non circa multas familias tragœdia sunt: quarentes enim, non ab arte, sed à casu, inueniunt huiuscemodi conficere in fabulis. Coguntur igitur ad has domos occurere, quibuscunque huiuscemodi casus atroces contigere. De constitutione quidem igitur rerum, & quales quasdam esse oportet fabulas, dictum est satis.

Reddit nunc rationem eius, quod aliquibus admirationem gignere potuisset: quodq; ipse supra fieri in hac re significarat. Cur inquam paucæ familiæ seges & materia sint tragœdiarum: vel potius ostendit hoc è superiore disputatione elici, si quis diligenter illam attendat: causamq; inde intelligi, cur non magnum numerum dormorum illæ comprehendenterent: quam tamen causam ipse explicat: fieri q; id declarat, quia poëta, qui huic studio incumbenter, cum quererent toto animo, quomodo id prästant molirentur q; in tragediis, quod proprium ipsarum est, indeq; expectatur, id est quomodo metum misericordiamq; excitarent in animis spectatorum, non auxilio artis, cuius expertes erant, id inuenierunt: neque ipsius præcepta in eo inuestigando secuti sunt, sed fortuito casuq; in id inciderunt. culpam vero hoc & impenitiam priorum tragicorum declarati illi nanque, si rationem huius rei veram tenuissent: artemq; ducem sequi voluissent, non coacti fuissent tanto studio perscrutari res factas, proposito suo accommodatas, sed ipsi fingere ac comminisci potuissent.. Adiungit autem Aristoteles eos cogi illa de causa, quia scilicet non artem ducēt habent, sed fortunam, recurrere ad easdem domos, quas primo aliqui vidcrunt incidisse in eos casus, qui sunt apti tragœdia conflandæ: neque enim in omni memoria plures familiæ: illustresq; domus, tam grauia mala perpetuae sunt, vt commode inde tragœdia scribi possit: ac si quæ consequentibus temporibus ita à fortuna vexatae sunt, quāvis pauci extiterint, qui huic studio cum laude incubuerint, de illarum quoque non nullis tragœdiae à posterioris etatis poëtis conscriptæ sunt. Quod auté inquit αἰγαλούντι, quo verbo significatur necessitas, quæ ipsi huius rei efficiendæ imposita sit, ostendit eos destitutos arte: neque ipsius præcepta sequentes in his angustiis versari, atque ita se gerere cogi. Quæ sequuntur sunt ab auctore prolata, vt indicaret se ad finem peruenisse huius disputationis: cum enim supra proposuisset tradere, qualis esse debeat constitutio fabulae: ac quæ sequenda in ea, queq; vitanda forent, docet se hoc affatim effecisse. inquit igitur. De constitutione igitur rerum, & quales nam oportet esse fabulas, dictum est satis. idem autem significari videtur vtraq; haec sententia: posterioremq;, declarationem esse prioris. Nisi aliquis putet vno tempore ipsum respondere duobus, magno spatio inter se remotis, locis, quibus in ambobus de fabula differuit: diuerso tamen consilio: nam priore eorū docuit, quomodo res coagmētandæ forent: posteriorē verò de virtute aut vitio huius rei disputationi. Quum igitur hic inquit. ποὺς τῆς θῆρα πραγμάτων συστέψεις, intellexit fortasse locum illum, quū ait. Διορίσμενον δὲ τὰ τούτα λέγω μετὰ τὰ τούτα ποιῶ τινα δὲ τινὰ σύστατιν εἶναι θῆρα πραγμάτων. Cum uero addidit ό ποιέει τινας εἶναι δὲ οὐτὶ μύθους, εἴ τι qui multo post sequitur ἀνδρὸς δὲ σοχάζεισθαι, ό δὲ δὲ οὐλαβεῖσθαι. Probo autem consilium Paccij, qui sustulit hinc coniunctionem uā, quæ interiecta erat inter ποιέει & τινας in Aldino exemplari: arbitrörq; id ipsum fecisse secutum auctoritatem calamo scriptorum librorum. ipse certè in nullo eorum ipsam inueni. abesse uero illam inde debere, declarat, quod frequens usitatusq; hic modus est loquendi apud hunc auctorem: cum enim ποιέει vocet, qualitate tantum insignitos, eo nomine quod additur, ostenditur quæcūnq; illa sit: ac se non statuere tunc, quales omnino illi sint, dummodo quales sint, & è numero eorum aliqui: quamuis hic testetur hoc pacto se superiore disputatione declarasse, reiectis ceteris parum aptis qualitatibus, cuiusmodi esse debeat fabulae.

Πλοὶ δὲ τὰ ιδιαὶ πεπάραται εἰσιν, ὅν δὲ συχέεισθαι. εἰ μὲν οὐκ περιτον, ὅπως χρηστοὶ ἔησιν. εἰ δὲ ιδιοὶ μεν, εἰναι, πεπάραται εἰλέχθη, ταῦτη φανήσεται λόγος, οὐ κατεχ-

εις, προε-

εις, προαιρεσίν τενα: φαῦλον μεν, εἰναι φαῦλων: χρηστὸν δὲ, εἰναι χρηστὸν. Εἰ δὲ εἰ ξέστω γείτει: οὐδὲ γῆρας χρηστὸν, οὐδὲ θύλαξ: καὶ τοι γε ιώσως, τούτων: η μεν, χείρον: τοῦ δὲ, οὐλως φαῦλον εἰσι. Αδύτερον δὲ τὰ αρμότοντα: εἰσι γῆρας αἱρεσίον μεν τοῦ ιδίου: ἀλλ’ οὐχ αρμότον γείται, η δεινοῦ εἴναι. τείτον δὲ η δύμοιο: τοῦτο γαρ εἰ τὸν τοῦ χρηστὸν τοῦ ιδίου, οὐδὲ αρμότον ποιῆσαι, ὥστε δέρηται. τέταρτον δὲ, τὸ δύμαλον: καὶ γαρ αὐτῷ μαλος τοις οὐδὲ τοὺς μέμικον παρέχων, οὐδὲ τοιοῦτον ιδίου τοντοντεῖς, δύμας δύμαλος αὐτῷ μαλον δεῖ εἴναι.

Circa autem mores, quattuor sunt, quæ oportet sibi proponere. Unum quidem ac primum, ut boni sint. Habebit autem mores quidem, si, quemadmodum dictum est, fecerit manifestam oratio vel factum, electionem quandam: malos quidem, si malam: bonos autem si bonam. est autem singulis in generibus: etenim mulier est bona & seruus: & si fortasse horum hoc quidem deterius: hoc autem omnino malum est. Secundum autem conuenientes: est enim fortis quidem in doles ac natura, sed non conueniens mulieri fortem vel acrem esse. Tertium autem similes: hoc enim diuersum ab eo, quod est, probos mores & conuenientes fingere, quemadmodum dictum est. Quartum autem equabiles: quamuis enim inæquabilis quidam fuerit, qui präbet imitationem: taliq; indole ac moribus fictus sit: tamen equabiliter inæquabilem oportet esse.

Traditis iis, quæ pertinent ad optimam fabulae constitutionem: quæq; in ea fingenenda, aut perseguenda aut fugienda sunt, explicat, eundem locum in alia materia virginis, que in moribus animaduerti ac custodiri debent: his enim aut illis moribus prædicta finguntur personæ, que in fabulam inducuntur: ut sane in vita ipsa colenda homines else confuerunt: hi enim natura proclives ad hanc rem sunt: illi verò ad aliam. Docet igitur quattuor esse, quæ in hac re attendenda sint: quæq; poëta toto animo, vt consequatur, prouidere debet. Vnum autem eorum, atque id quidem primum, else dicit, videre ut mores boni sint: eorum scilicet, qui inducuntur in fabulā, quiq; artificio poëta exprimuntur: hoc enim uitæ prodest, nam qui spectant, cum haec in fabulis laudari, plausūq; excipi uident, ad ea facta imitanda excitantur, quæ ab illis moribus proueniunt: conanturq; & ipsi tales euadere. Vnde inquit hoc primum esse omnium, quæ in indole ac moribus attendi debent, quia maiores vtilitates gignit, si seruatim diligenter fuerit: contrāq; nocet, si poëta id neglexerit: malisque moribus prædictas personas induixerit. Quare ea de causa poëta maiorem laudem aut uituperationem afferre potest. Cum autem admonuisset poëtas, quid primum ipsos in hoc facere oporteat, docet quomodo persona aliqua morata ab ipsis fingenda sit, & quæ his aut illis moribus prædicta esse intelligatur, si quis forte hoc nesciret: rationemq; quæ prästari potest, non teneret: hoc enim primum scire opus est. inquit igitur. Habebit autem mores, scilicet aliquis in fabulam inductus: neq; enim tradit nunc Aristoteles qui sermo & quæ actio mores habere dicatur, vt non nulli acceperunt: contra enim illis vtitur ranquam signis quibusdam quæ declarant eius, vnde manauerint, mores. Habebit igitur, inquit, mores aliquis, id est prädictus esse his, aut illis moribus intelligetur, si, ut dictum est, fecerit manifestum oratio ipsius factum ue aliquod, electionem quandam, id est quæ, reiectis ceteris, ille probat: ipsisq; gerendis se dat. Duo igitur sunt indicia ingenij hominum, quod occultum aliter esset, oratio & factum aliquod ipsius: hæcq; sequi & attendere in ea re existimanda debemus. Sed quia ita morata est persona aliqua, si indicat ipsa oratione

tionis factoue aliquo suo sensum animi sui praecipum, ut si probum indicaret, adiungit qui improbam voluntatem ostenderint, improbos esse mores: qui vero probam, probos. Exemplum vero illustre personae moratae, in qua oratio ipsa indicet voluntatem eius qui loquitur ac *προσωπον*, si querat aliquis, inueniet apud Euripidein Iphigenia in Tauris: ubi enim Pylades cum sodali suo ita loquitur: affueratque se Orestem magis mortuum, quam viuum amore prosecuturum, specimen verbis suis dat uera amicitiae: multa autem eo loco adiungit, quae idem aperiant ac testentur. Hippolytus etiam eiusdem poëta in fabula ab ipso vocata, videtur luculentum ex eius plum esse alterius partis: quum scilicet mores alicuius intelliguntur facto aliquo ipsius: temperatem enim se prorsus esse Hippolytus indicauit: abhorreretque ab omnibus amatoria leuitate, quum, intuitus ab ipsa, copiam sui facere pulcherrimam mulieri noluit. Declarat etiam hoc singulis in generibus seruari: genera nunc appellans sexus condicionesque hominum, ut exemplis patet: ait enim. Etenim mulier est proba & seruis: docens hoc repetiri etiam in his, in quibus rarius id est & infrequenter: nam cum bona indoles ac natura plerunque in viris reperiatur, inuenitur tamen aliquando etiam in mulieribus ac seruis. Additautem, quod dixi ostendere volens: id est hoc bonum rarum esse in his generibus, quamvis non eodem pacto ambo illa a virtute remota sint. Et si fortasse horum alterum genus est indole moribusque deuterius: alterum autem omnino malum: mulieres enim viris deteriores natura sunt: seru vero vindiq; malum. In ix. libro de historia animalium ipse multa via mulieribus sexus collegit, in qua illa natura proclives sunt: quod nunc etiam videtur significare voluisse: nam seruos tanta fortunae iniuritate oppressos, nihil gerere plerunque, quod speciem ullam probitatis in se habeat, mirari non debemus: extinti enim sunt in illis omnes igniculi virtutis. Ut autem & hic & supra, ubi docuit quid esset *ἥτη*, inquit *Ἐρευ*: illuc manifesto de oratione loquens: hic vero ut opinor, de persona, quae in fabulam inducit, ita quoque in problematibus, quo loco expedit nodos quosdam, qui ad harmoniam pertinent: cum enim causam quereret, cur ex omni genere sensillum, solum illud quod auribus percipitur, mores refert: eorumque imaginem quandam secum portat, inquit. *Ἔτι τὸ ἀκεσὸν πάνον ἐχεῖδος τῷ αἰσθητῷ*. quod non contingere statim accurate docet in iis, quae aliorum sensuum materia sunt, id est colore, odore, sucto. Sed etiam, quod huic loco illustrando accommodatum est, in extremo illius questionis inquit, actiones esse significationem, indiciumque morum, quia ut arbitror, illa declarant mores, & quasi indolem earum rerum, unde proficiuntur: hi enim videntur esse illi posteriores motus, de quibus illic differit: quos gignit tantum hoc sensibile aurum: nam priores motus non absunt ab ullo genere sensibili: & color enim & odor, & sucus, excitant & ipsi suos singuli sensus longe alia ratione. cui motui in sensibili aurum coimitatur alter ille motus. Secundum, quod præcipit, ut diligenter fertur poëta, est ut mores conuenientes personis indicant, sine quo ostendit superius præceptum fructum nullum ferre: ac posse denique multis modis in hoc a poëta peccari: si quis enim cum viderit indolem, moresque probos laudari: intelligens fortitudinem partem esse virtutis, induxit mulierem fortem, atque omnia pericula pro dignitate subeuntem: bonos quidem mores ei affinget: est enim indoles quidem fortis, ut ait, quae laude digna est: non tamen ipsi conuenientes, & qui congruant ei sexui, ut testatur: Sed non est dicens indoles congruens aptaque mulieri, fortem eam, aut acrem veheimentemque in rebus gerendis esse: hoc enim quod posterius duobus Latinis uocabulis notaui, uidelicet arbitror. *Δεύτη*. Tertium esse inquit, quod seruandum in hac re sit, videre ut mores similes sint. Non docens autem quomodo natura similis accipienda sit, declarat hoc diuersum esse ab iis duobus, quae traditam sunt: quemadmodum supra quoque ostendit indolem congruentem personae alicui diuersam esse ab ea, quae bona ab ipso vocata fuerat. Sed tamen maior est labor tertium hoc a primo secundoque distingue-ri: ipse igitur arbitrator mores similes vocatos, qui diuersi alienique non sunt a moribus eius temporis, quo inducuntur: ac respondent moribus, quibus mulieres vivi, eius seculi praediti sunt. Sic certe supra vocabulum hoc ipse cepit ubi de naturis ac moribus, quos imitantur poëta differens, rei illustrandæ causa similitudine pictorum usus

rum usus est: affirmavitque idem ipsos facere, quod pictores: è numero enim pictorum Dionysium dicit similes ipsos penicillo exprimere solitum, id est quales illi fontent, quos penicillo exprimeret, cum Polygnotus meliores: Pauson autem deteriores ipsos fingeret, quanquam vere essent. Diuersum vero hoc est à secunda natura indoleque: congruentes enim mores sunt, qui conuenient illi personæ, cui affinguntur: non cum viriles mores tribuuntur mulieri alicui, qui autem id committeret, quod visitiosum esse hic docetur, peccaret, quia siue viris siue mulieribus, affingeret mores valde diuersos à moribus eius seculi: Nam quomodo hoc etiam discrepet a primo, apparet: mores enim dissimiles à moribus, quibus prædicti vulgo sunt homines eius seculi, possent probi induci: atque ita primum vitium declinaretur, cum in tertio præcepto offenderetur, si illi longo interuallo superarent probitatem, quae in hominibus eius seculi perspicitur. à quarta autem indole non distinguit tertiam hanc, quia illa nondum tradita erat. Sed ante quam quartam aggrediamur, in tertia hac subtiliter animaduertenda, exortitur scrupulus hic: si nanque simile *ἥτη* vocavit, quod alienum non sit, disparque à moribus hominum, qui tunc viuunt, atque id laudauit: sedulique à poëta exprimi debere dixit, quo modo hoc facere potuit, quum tragicis meliores, quos imitantur, studio suo reddant: quod præter quam quod supra tellatus est, infra quoque præcipit, rationemque eius rei efficiendæ tradit, ubi inquit. *Ἐπεὶ δὲ μίμωσις ἐπὶ τραγῳδίᾳ καὶ τριτῳρῳ* & quæ sequuntur. An ita pellitur hæc difficultas, quia similitudo seruatur, quamvis formæ aliquid addatur. Ut significauit ipse, quū, de instituto pictorum loquens, inquit. *ὅμοιος ποιῶντας κακάς γράφωντι*. Sed his nunc relictis, quartam ita persequitur. Quartum enim quod seruari oportere in moribus inquit, est, ut illi æquabiles sint, ac perpetuo eundem tenorem seruent, neque dissentiant a semetipsis. Non explicat autem hos mores cuiusmodi sint: sed rei augendæ gratia, studensque ostendere, quantopere hoc præceptum custodiendum sit, affirmat, si quis forte in fabula aliqua varius dissimilisque sibi inductus semel sit, eum talem in omni facto totius fabulae seruandum esse, ut æquabilitas à poëta custodiatur in natura illa inæquabili ostendenda: quod non fieret, si aliquis leuis, nec in eodem proposito permanens inductus, paulo postea firmus & obstinati animi fingeretur. Si morum igitur inæqualitas, naturæque inconstantia constanter seruanda est, quanto magis natura indolesque stabilis, par sibi ac iugis ad extremum seruari debet. Animaduertendum verò hic ita ipsum loqui, ut supra locutus est, ubi de recta & visitiosa rerum coagmentatione præcepta dedit. inquit enim. *Ἐπεὶ δὲ σοχαῖσθαι καὶ δέσμους λαβεῖσθαι*, quamvis hic posteriorem partem non addat: & tamen facit hoc, id est ostendit, quæ opus sit cauere paulo post, ubi docet, exemplis positis, qui poëta in hoc aut in illo peccarint. *Μίμωσις* autem *παράτη* dicitur aliquis, cum eius natura vitaque à poëta exprimitur: est enim ille quem sibi summo studio imitandum proposuit. *Ἥτης τοῖς τοι* hic valet varijs mores ac discrepantes a semetipsis, & qui nunquam in eadem voluntate permaneant.

Ἐστὶ δὲ παράτη γραμματονομία μὲν ἡθος μὲν αἰσχυνατον. διονος ο Menelaos ει τῷ Ορέστῃ. τὸ δὲ ἀπειποῦ, οὐκοῦ μὲν αἴματοντος, ο, τε θρύλος ο δυστέλεις τῇ Σκύλλῃ: οὐκοῦ η τῆς Menelaos ταντον εἶσι: τὸ δὲ αἰνωμοίλον, ο ει Αὐλίδι Παραγεία: οὐδὲν γοργός οικεῖ οὐκετέλους τῷ υσόρφῳ.

Est autem exemplum improbitatis quidem morum, non necessarium. Ceu Menelaus in Oreste. Eius vero, quod non deceat & non conueniat sibi ipse, & lamentatio Ulyssis in Scylla & Menalippæ disputatio. Morum autem inæqualium, Iphigenia in Aulide: nullam enim in partem similis est ea, quae suppliciter orat posteriori.

Cum quatuor morum differentias tradidisset: ac quae seruari in illis oportet, docuisset, exempla nunc contrariorum vitiorum ponit, ostendens quantopere peccatum

tum in illis à non nullis tragicis sit, qui ea præcepta neglexerunt. Primum autem indicat Euripidem in primam culpam lapsum, qui in Oreste fabula insigniter improbum fluxerit Menelaum, atque id sine iusta causa, fecerit: sine tanta nanque clari viri turpitudine fabula ad exitum comodè perduci poterat. Quamuis igitur iam præcepisset, quid factò opus esset in hacre, non contentus veritatem explanas, paterfatis etiā virtus reuocare poëtas ab hoc voluit: documento enim nobis sunt peccata aliorum, ne huiuscmodi quicquam cōmittamus. Exemplum igitur valet insigne in ea re peccatum: nihil enim excogitari potest tantopere abhorrens, & quod omnes numeros eius vitij in se contineat, quām quod illic fecit Euripides; tantam in indolis improbitatem affingens honesto viro, & qui reliqua in vita cum laude se gessisset: timidi enim atque ingrati animi illuc inducitur Menelaus: fēdatusq; demum omni macula, qui fratri filio, in tanto periculo constituto, quod pātris fūi necem, eiusdemq; Menelai ipius fratri vltus effet, auxilium non tulerit: eiusq; preces repudiarit. Non necessarium autem id appellat, quia, vt supra testatus sum, fabula finis inueniti poterat sine hoc tanti viri dedecore: neque enim à principio res ita constituta fuerant, vt hoc inde sequi necesse foret. Et sanè Euripides notatus est: maleq; à superioris etiam ætatis grammaticis acceptus, qui hoc in Oreste effecerit: cunctasq; vna excepta, personas improbas illic, culpasq; alicui magnæ affines, induxit: quod tamen non omnino verum est: quin tamen, quod de Menelao memoriae prodiderunt, ita se habeat, dubitari non potest: in omni enim oratione factōq; suo ille signa non parua dedit, quod fratri filium non subleuaturus esset. Infra etiam multo Aristoteles, non longe à fine huius libri, eiusdem huius Euripidis peccati mentionem fecit, affirmans quoque illic Euripidem finxisse in ea fabula Menelaum insignis nequitæ sine ulla necessaria causa... Secundi præcepti & ipsius neglecti, id est morum, qui non deceant personam illam, nec ei ullo modo quadrent, ipsi attributorum exemplum esse inquit lamentationem Vlyssis in Scylla. arbitror autem hoc ab aliquo tragico commissum fuisse, qui cum illac eum nauibus transeuntem induceret Vlyssem, finixerit illum muliebriter lamentantem, nec æquo fortisq; animo malum illud ac periculum tolerantem, cum tamen ut ille ab aliis poëtis omni in vita tradatur patientissimus fuisse laborum: neque enim mihi videtur hoc fuisse Homerus, qui commemorat ipsum magno animo se in illo casu præstissime: auctoremq; fuisse sociis, vt patienter ferrent id incoquidum, ac memoria ueterum laborum illos consolatum esse. Fortasse ita illum in aliqua fabula induxit Euripides: nam alterum huius vitij exemplum sine vlla dubitatione, inde sumptum est: quamvis ne illic quidem poëta nomen positum sit. Videtur autem Cicero penè huius vitij Sophoclem insimulare voluisse, qui in Trachiniis Herculem intoleranter dolentem, vtrit, induxit: nam quod eundem etiam fractum fuisse dolore dicit, habet hoc in se iustum reprehensionem: purgari tamen (nisi fallor) facilius potest Sophocles: magna enim vis est corporis dolorum: nec humana natura par ipsis tolerandis est: illos verò fuisse acerrimos ita significare poëta voluit, cum vir fortissimus, atque omni vita exercitus grauissimis laboribus, illos sine lamentis, vocibusq; lugubribus sustinere non potuerit. Quærere etiam non insulsè, vt arbitror, aliquis posset, cur non hoc exemplo vsus Aristoteles fuerit: magna enim persona est Herculis: nec quicquam minus uidetur conuenire, quām ipsum muliebriter lamentari. Vis posterioris exempli, quo declaratur itidem poëtam peccasse contra decorum, atque id quod conuenit ei personæ, est subtilis accurataq; disputatio Menalippes in tragedia ab ipsa vocata: ut enim illa, quæ à patre falsò virgo putabatur, uitium sibi oblatum à Neptuno, sequitur peperisse tegeter, ex opinione Anaxagoræ, qui omnia in omnibus esse affirmabat, probare studuit infantes in stabulo ab ipso inuentos, quos ipsa illic ediderat, eibus sanè nasci potuisse: nec esse id monstru: quare non oportere ipsos interimi: pater enim prodigium esse putans comburere parabat. Tam acuta autem quæstio, & quæ vix percipitur à uiris, qui multum temporis consumserint in studiis sapientiæ, nullo modo conuenit puellæ. Tota res diligenter exposita est à Dionysio Halicarnasseo, vbi præcipit de oratione figurata. Aptum etiam valde huic vitio declarando argumentum est, quo vsus Orestes apud eundem poëtam, probare voluit initio orationis

tionis sue contra Tyndarum accusatorem se recte fecisse, qui matrem necarit, ut ulcisceretur interitum patris: docet enim se magis patri, quām matri obligatum fuisse, cum ex eius semine procreatus esset: mater autem tantum alimenta præbuisset: magna enim quæstio est inter physicos, an mulieres semine adiuuent generationem, siue exceptum tantum uiri semen foueant, atque ita foetus nutrient. Parum igitur conuenit adolescenti, reconditis literis minime instituto, haec subtilis & obscura quæstio. Perspicitur verò exemplis, quæ ponit, peccari posse duobus modis in hac re, & si quis deteriores mores quām proprij suiq; illius sint, personæ alicui affingat, & si quis etiam meliores. Nam Vlysses, quum inductus esset muliebriter flere, deteriorum morum, quām erat, fingebatur: & Menalippe, quæ subtiliter disputauit de rebus naturalibus, melioris ingenij morumq; quām in muliere sint, inducta erat. Videbatur secundo vitio declarato, exemplum ab Aristotele poni debuisse alicuius, qui non seruasset id, quod ipse seruandum diligenter docuit: sed contra mores dissimiles affinxisset alicui morum, quibus eo tempore condiciones illæ generaç; prædicta sunt, non tamen hic quicquam legitur, quod eò pertineat, cum ceterarum lapisionum accuratè exempla ponat. Quare non stultè aliquis fortasse sentiret, qui suspicaretur hanc partem defecisse. Quarti errati exemplum esse inquit, cum scilicet indoles ualde dissentit à semetipsa: nec seruat eundem, quem cœpit, tenorem, Iphigeniam in Aulide: explicat autem ipsum, causamq; affert, cur uerè indoles illa, moresq; inæquabiles appellari debeant: ait enim illam ipsam virginem, ut primum inducitur à poëta, nullam similitudinem habere cum ea, quæ postea fingitur: primum enim indolis illius inducitur, cuius ferè uirgines sunt, id est timidi animi ac mortem ualde reforinidantis: postea uerò incredibili fortitudine prædicta, ac quanta uix in uiris inuenitur: nam & morti se offert, & gloriæ desiderio flagrat: ranta uerò & tam subita naturæ immutatio consentanea non uidetur. Animaduertendum autem, uno excepto, de quo non constat, cetera omnia exempla horum uitorum sumpta esse ab Euripide: quo magis adhuc nouo hoc arguento, in eadem sententia confirmor, ut putem Vlysem demissè nimis muliebriterq; euulanem, propinquo maximo periculo, ab eodem poëta inductum in fabulam fuisse.

Xρὶ δὲ οὐδὲ τοῖς ἡθεσιν, ὁσα δρ οὐδὲ τῇ τῶν πρεγμάτων συστάσει, ἀλλὰ ζητεῖν ἢ τὸ αἰσχυνόν ἢ τὸ εἴκος. ὡς τε τὸν τοιούτον τὰ τοιαῦτα λέγειν ἢ πρεγμάτειν ἢ αἰσχυνόν ἢ εἴκος: οὐδὲ τοῦ μετὰ τοῦτο γίνεσθαι ἢ αἰσχυνόν ἢ εἴκος.

Oportet autem & in moribus, quemadmodum & in rerum constitutione, semper querere vel necessarium, vel verisimile, adeo ut talem talia dicere vel agere, vel necessarium, vel verisimile sit: & hoc post hoc fieri vel necessarium, vel verisimile.

Cum quattuor esse ostendisset, quæ in moribus personarum fingendis, à poëtis spectanda sint: exemplaque contrariorum his virtutibus vitiorū posuisset, addit nunc idem in hacre, quod in rebus coagmentandis, præceperat, custodiri oportere: illic autem docuerat quidquid sequitur, proficiisci debere à superioribus, aptumq; ab illis rebus esse: ut quod postea fit, nascatur vel necessario, vel verisimiliter ex rebus antea factis: in idem igitur incumbere debere poëtas in his, quæ ad mores pertinent ordinandis, affirmat: vt quod dicitur, agitur ve ab his, quibus hos aut illos mores affinxerit, respondeat illis naturis: necessariumq; sit aut verisimile dici aut agi debuisse ab hominibus præditis illæ indole. Quod inquit dicere vel agere, respondet superiori sententiae, cum dixit, habituram esse personam aliquam mores, si oratio aliqua ipsius, factum ve voluntarem ipsius indicarit: ac quid deniq; ille in animo suo statuerit de rebus expertendis, aut fugiendis: in quo animaduertendum etiam est, vt ambe he res in dicta notaq; sunt eius ingenij, ita ipsas ab illis moribus ingenioq; profici: nisi enim hoc fieret, non essent illæ, signa eorum morum, nec aliquid vale-

rent ad eos significandos. Adiungit autem, postquam tradidit hoc preceptum, que ad ordinem pertinent, quo haec in tragedia gerenda sunt: ipsum enim quoque diligenter custodiendum docet, inquit igitur animaduertendum esse à poëtis, ut quæ facta finguntur, necessarium sit, aut verisimile illo ordine gesta esse. Pertinet verò hoc quoque ad mores, in aliqua persona expressos: quæcunq; enim ab ea finguntur dici aut geri, & ipsa ordinem suum retinere debent, nec vlo modo hic quoque à poëta aliquid commitendum est, quod non aut necessario, aut verisimiliter illo tempore dictum factum ve esse videatur. Hæc autem sunt, quæ sedulo nunc precipiuntur ab Aristotele, in quibus plura verba, maioremq; partem huius sententie, restitui: quæ cuncta verba desiderabantur in excusis libris: accepi autem illa è calamo exarato libro, nulla immutatione facta. Sed eadem etiam leguntur in altero exemplari, parum variata: quæ sanè pusilla varietas, nihil immutet sententiam: vt dubitandum non arbitrer de veritate huius lectionis. Sed origo etiam huius errati appetet: lapsus enim fuit librarius, quia tres comprehensiones in eadem voce definebant. omisit igitur secundam partem: omniaque illa, quæ inter primum ac secundum εκός continebantur.

Φανθρὸν δὲ, διποὺς τὰς λύσεις πῶς μέθων ἐξ αὐτῆς δεῖ τὸ μάθουν συμβαίνειν: καὶ μὴ, ὡστὸς εἰ τῇ Μηδείᾳ, ἀπὸ μηχανῆς: καὶ εἰ τῇ Γλαύκῃ τὰ ταῦθι τὸν ἀπόστολον. ἀλλὰ μηχανῆς χριστὸν τὸν ἔξω τὸν σφάματος, οὐδὲ περὶ τὸν γέρων, οὐδὲ διον τὸν θρωπὸν εἴδεντα, οὐδὲ τοσόν, οὐδὲ ταῖς προαγοράσσοσσας καὶ ἀγγελίαις: ἀπαντά γορὶς ἀποδίδομεν τοῖς θεοῖς ὅραι. ἀλογον δὲ μηδὲν εἶναι εἰς τοιχίγμασιν, εἰ δὲ μή, ἔξω τῆς πραγωδίας. διον τὸν εἰς τῷ Οἰδίποδι τὸ Σοφοκλέους.

Manifestum igitur, quod & solutiones fabularum ex ipsa oportet fabula contingere: & non, quemadmodum in Medea, à machina: & in Iliade, ea, quæ pertinent ad renaigationem. Sed machina vtendum est ad ea, quæ sunt extra drama: siue quæcunq; antea facta fuere, quæ fieri non potest ut homo sciat: siue quæcunq; postea, quæ egent prædictione ac significatione: omnia enim tribuumus djs videre. absurdum autem nihil esse in rebus. Si non, extra tragediam. cuius quod est in Oedipo Sophoclis.

Cum accurate nuper docuisset, quæ pertinent ad mores, ita apta esse debere à superioribus, ut qui hoc aut illo modo moratus inductus est, & dicat & faciat ea, quæ conueniunt illis moribus, atque inde merito expectari poterant, quia aut necessarium sit aut verisimile, talem talia dicturum vel facturum fuisse: quod repetit in constitutione rerum preceptum antea fuisse; adiungit, quod inde liquido elici possit: hoc enim valer quo vitetur. Apertum igitur est: si nanque cetera, quæ illic fiunt, & hoc etiam eodem modo fieri debet. Cum enim affirmasset in moribus non minus, atque in fabula cuncta fieri debere alterutro eorum modorum, verè dicere potuit constare inde talem quoque esse debere exitum fabularum: nam ceterarum partium nulla pertinet ad texturam tragedia: quod igitur in ambabus his contingit, in omni tragedia necessario vsu venit. Præterea si hoc minoribus in rebus diligenter seruari debet, quanto magis in re tanti ponderis ac momenti, quanti est conclusio totius fabulae. Adiungit igitur, exitum etiam fabule & illius quasi nodi dissolutionem nasci itidem debere ē fabula ipsa, ac præterita rerum coagmentatione: & non auxilio machina tractari: ita enim Græci vocant, cum repente deus aliquis in scenam prodit, aut aliqua huiuscemodi ratio adhibetur, quæ supereret humanam vim ac potestate: tunc enim machina necessaria erat, quæ deum ipsum in scenam cœlitus comportaret: id est histriōnem qui personam eius agat: ille enim simulatus non

non verus, deus aliter eò non descendisset. Rationem huius fabularum exitus testigere multi Græci, Latiniq; scriptores, vt Cicero in primo libro de natura deorum: qui existimari potest id accepisse à Platone: ille enim antea acutè lepideq; simili illo vissus fuerat. Sed Demosthenes quoque in eo iocatus est in oratione aduersus Bœotum, cum refelleret testem, quem vnum atque eum quidem subitum & inopinatum in iudicium illud aduersarius adduxerat: nam alterum antea docuerat dignum non esse, qui eo nomine vocaretur: vt merito suspectus ille esse deberet. ait enim. Τιμοχρότης δὲ μόνος, οὐτος ἀπὸ μηχανῆς, μερτυνός μη: & quæ sequuntur. Cum autem quid fieri opus esset, ostendisset, docet etiam atque exemplis confirmat, quid declinandum sit: ait enim exitum fabula non oportere esse, à machina, quod valet extra sumptum: & non cohærens cum superiore fabula, atque inde aptum: quod factum esse narrat in Medea. Ipse autem non dubito, quin Medeam Euripidis, quæ in manibus est, intelligat: quamuis enim illic deus aliquis in scenam non veniat, qui res componat, ac sedet turbas illas, tamen fingitur Medea illinc fugere diuino auxilio: uehiculōq; quod accepit à Sole, qui patrem ipsius Aetam procrearat: aliter enim illa, septa muris Corinthi, & regis eius oppidi, & viri sui impetum declinare non potuisset: nisi autem hoc factum esset, fabula exitum suum non habuisset: salua enim illa, cum ingratum virum ultra fuisse, ex eo periculo exire debebat. Reprehensus autem est hoc nomine poëta, quia semina nulla huius fabulae exitus antea iacta erant: nec quicquam ipsum adiuvant superiores partes tragedia. Scholion autem in Prometheus Äschyli, vel potius ratio ipsa eius fabulae, ac quod finxit poëta, de machina tradit, quod conuenit meq; de illa sententie: docet enim gregem nympharum, è quo chorus constabat, quum loqueretur: cum Prometheus, machine impositum fuisse: Hæc verò declarationis illius ipsius verba sunt. Τάῦτα δέ φασιν αἱρεθεῖσαι διὰ τινὰς μηχανῆς: ἀπὸ πονηρῶν καταρτικῶν τῷ Φρεγανθεῖ πῷ ἐφύγεις ὄντι. Secundum exemplum penè irritum nunc est, quia tragedia, quam citat, perii: tragediam enim fuisse puto Iliadem vocatam: nec intelligere ipsum arbitror Iliadem Homeri, in qua que facta dictaq; sunt, commemorantur: nec persona aliqua, siue dei, siue hominis sit, vlla ratione in medium prodit. Quin autem antiquæ fabulae hic index fuerit, dubitari non potest. Accium certè in Latinis tragicis Iliadem docuisse memoria proditum est, qui existimandus est à Græco aliquo ipsum vertisse. Hæc igitur pars eius fabulae, qua exprimebatur reditus Græcorum cum classe ē Trojano bello (hoc enim ualeat ἀπόπλος) ita tractata fuerat: & huiuscemodi aliquo modo conclusa: eum autem indicare, cum fabula non exteat: quod id multis modis contingere potuerit, sanè non valeo. Meminit tamen Longinus in libro πολλὰ νῦν, huius reditus Græcorum: appellatq; ipsum eodem nomine, quo noster doctor & hic & multo infra, ubi tradit quod tragedia confici possent ex parua Iliade. est autem ubi magnus ille rhetor, & qui plurimum iudicio valuit, celebrat quasdam eximias phantasias poëtarum: cum enim locum ex Oedipo Coloneo mirifice laudasset, addit statim in reditu etiam illo summo ingenio à poëta excogitatum fuisse, repente simulachrum Achillis apparuisse in ipsius busto: petuisseq; ab exercitu, ut imolarent sibi Polycenam. neque tamen perspicitur quomodo fabula illa vocata sit, ἀπόπλος ne: an: Ilias. quemadmodum etiam poëta nomen non certo tenetur. non sine causa tamen putaret aliquis eum fuisse Sophoclem: supra enim ipsum in altera phantasia exponenda nominarat. Quod si, quod illic fingitur ad dissolutionem fabule faceret: ac non potius videretur initium nouarei, & quasi tragedie ipsius caput, putarem eum locum ab Aristotele hic significatum, ut opus fuerit eo tempore machina ad simulachrum illud excitandum, nam subito vimbram illam visam esse narrat etiam Longinus, ac nihil minus tunc exceptantibus cunctis. Verba ipsius sunt. ἀκρος δὲ καὶ ο Σοφοκλῆς ἡ τὸν βύσσοντος Οἰδίπου, καὶ εἰ αὐτὸς μετὰ δισημέστη τίνεις θάψοντος, περασταζει, καὶ κατὰ τὸν ἀπόπλοον θῆκειν τὸν Αχιλλέας περιφερομέστη τοῖς οἰκείοις μούσοις ὑπὲρ τὸν πάφος. Totam verò hanc rem non eleganter expressit Ouidius in xij. metamorphoseos, cuius etiam hi versus sunt. Hic subito, quantus, quum viueret, esse solebat, Exit humo late rupta: similisq; minanti Temporis illius vultum referebat Achilles, Quo ferus iniusto petuit Agamemnona ferro. Immemoresq; mei disceditus, inquit, Achiu, Obrutaq; est mecum virtutis

gratia nostræ. & quæ sequuntur. Cum verò docuissest exitum fabulæ, machina inventum, vitiosum esse, ostendit quando poëta illa vti posint sine reprehensione: neque enim penitus machinam è scena eiicit: nam quædam tempora sunt, quibus illa necessaria est. Oportere igitur vsum illius reseruari affirmat ad ea, quæ sunt extra fabulam. ipse ἄρχων vocat: ἄρχων enim propriè fabulaq; sunt ea, quæ illa die aguntur: in quibus machina locum non habet: cum in tragediis etiam quædam anteagusta, aut post futura narrantur, quæ machina adiuvantur: in duo enim hæc tempora partitur, præteritum scilicet ac futurum, res, quæ extra fabulam positæ, in scena tractantur: nec ad omnia tamen, quæ prius facta sunt, machinam adhiberi vult: quædam enim nota ac peruulgata possunt exponi ab hominibus: nec egent voce diuina: sed è numero earum ad ea tantum, quæ fieri non potest, vt homo sciat: vt ad res etiā, quæ postea fieri debent: quarum cognitio necessaria est in fabula: hoc enim significare voluit, cum ait: Quæ egent prædictione & expositione: requirit enim aliquando fabula aliqua, vt quod factum adhuc non est, sed consequenti tempore fieri debet, narretur, quod humana opera fieri non potest: hominibus enim quod futurum est, incertum est. Contra autem id nullo negotio dī ipsi præstant. rationem tamen reddidit, cur illis rebus prædicendis persona alicuius dei adhibeatur. Omnia enim inquit tribuimus diis immortalibus videre, id est omnes mortales sumus huius opinionis, quod dī omnia ante oculos posita habeant, quæ etiam multis temporibus postea fieri debent. quod nisi ita firmiter sentiremus, de natura diuina, machina etiam aduentusq; dei fructum nullum in hac re ferret. Rechte igitur, & ut fieri oportere censer optimus magister, vñs est machina Sophocles initio Aiacis, vt à dea apere riretur, quod in tenebris factum erat: ac mortal is nemo, vnde factum esset, sciebat. illa autem docuit auctorem illius cedis extitisse Aiacem, ac pessimum ipsius animum in eum ipsum, cui rem totam narrauit: nec non ducem Græcarum copiarum, exposuit: quod sciri ac planè intelligi, ratio eius fabulæ postulabat. Eodem pacto & Euripides in Hippolyto prudenter fecit Venerem sustinere personam prolegi: oportebat enim occultum amorem Phædræ patetieri, morbumq; quo illa affligebatur, ne rudes diutius forent spectatores eius rei. id verò tunc omnes homines fugiebat. Addit autem statim hoc tradito, magnopere cauere debere poëtas, ne quid absolum, ac ratione carens sit in rebus. res uero uidetur hic vocare, si spectes quod sequitur, & ea in quibus fabula manet: & ea etiam, quæ illi exponuntur extra veram fabulam: cum tamen solitus sit appellare res, & constitutionem rerum, quæ in scena aguntur, non quæ antea facta, aut post futura, eò comportantur. Sequitur autem: Sin hoc penitus obtineri non possit, quia arduum admodum sit fabulam omnino liberam hac culpa, maloq; confidere, ferri magis hoc posse, si extra tragediam sit: tragediam enim hic uocat, quod supra ἄρχων appellarat. Hoc autem facit, vt supra putem rerum nomine comprehensas etiam esse eas, quæ sunt extra fabulam: nisi enim hoc esset, non oporteret nunc hoc excipere: dicereque minus incommodum esse, si hic maneat, quod absurdum, nec con sentaneum uidetur: præterquam quod dubitare non possumus, quin absolutior fabula sit, quæ nusquam habeat hoc malum: nam multo infra testatur rursus Aristoteles omnia facienda esse, vt prorsus uacua sit ab hoc vitio tragedia: nec in ulla sui parte vimbram ullam illius mai li habeat: vbi omnia repetit: apertius tamen illi explanatusque. Exemplum autem rei fictæ parum verisimiliter, atque absurdæ, hoc loco posite, esse inquit id, quod est in Oedipo Sophoclis: singulari enim numero ⁷, non, vt in excusis antea erat, ⁷ legi debet: Vnum enim tantum absonum est in ea fabula, non plura: quod etiam confirmatur auctoritate scriptorum librorum: id verò est, quia fingitur illi Oedipus nescisse modum rationemque, qua Laius mortuus foret: non est autem verisimile, cum ipse ei in regno successerit, non statim ipsum auctores illius necis inuestigatum fuisse, præterquam quod modus, quo tam clarus fortunatusq; vir inrefectus sit: locusque, in quo id contigerit, à nullo penè ignorari potuit. Hoc tamen ideo finxit poëta, quia si, recenti adhuc re, studij aliquid in hoc facto indagando posuisset Oedipus, subito se auctorem illius necis extitisse cognouisset: nec fabula de illo argumento condi potuisset. quare ne omnibus uitribus

tutibus ornatum expolitumque argumentum amitteret, a quo animo tulit illam maculam.

E' πὲ δὲ μέμνοις ἐστιν ἡ τραγῳδία Σελπίων, ἥ μᾶς δέ μημεῖθαι τὸν ἀγαθοὺς ἐκονογράφους: οὐδὲ γάρ ἐκεῖνοι ἀποδίδοντες τὴν σκέψαν μορφεύ, δύσιοις τῶν οἰ-
τῶν, καλλίοις γράφουσιν: οὐτοὶ οὐδὲ τοὺς τοιαῦτα μημονύμιον οὐδὲ ὁργίλους, οὐδὲ
ραθύμους οὐδὲ τὰ λαταρισταὶ τοιαῦτα ἔχοντας τὸν τῶν θεῶν, τοιούτοις οὐτασ
ἐπικείμενος τοιαῦν παράδειγμα, ἢ σκηνήρωτος δέ. οἷον τὸν Αὐχελέα Αγά-
θων, οὐδὲ Οὐμηρος.

Quia autem imitatio est tragœdia meliorum, nos oportet imitari bonos formarum expressores: etenim illi, cum tribuerint suam, propriamq; formam, similes facientes, pulchriores pingunt. Sic & poëtam imitantem & iracundos & inertes, & alia huiuscemodi habentes in moribus, tales existentes, probitatis facere exemplum, vel duritiae oportet. Ceu Achillem Agathon & Homerus.

Tradit nunc oportere tragicos poëtas in moribus ac naturis exprimendis, quas imitantur, hoc etiam seruare, ut ea augeant, & quantum res patitur, pleniora & perfectiora in illo genere reddant. Dicit autem hoc præceptum è sententia certa, supraq; probata: atque id nouæ huius animaduersiōnis fundamentum esse vult: posita initio particula illa, quæ indicat, quod sequitur certum esse: aliudq; inde necessario nasci debere: inquit enim. Quoniam autem tragœdia est imitatio meliorum: hoc autem est, quod certum atque exploratum est: cum enim ambæ imitatio sint: tragœdia, inquam, ac comœdia: hoc primum inter eas interest, quod earum altera meliorum hominum: altera deteriorum imitatio est: tragœdia igitur meliorum est imitatio. αὐταπόδοσις autem, redditioq; est illius ^{τοιούτως}: quod sequitur. Nos oportet imitari bonos: artisq; sue ualde peritos iconographos: hoc enim nomine ipse vtitur, quo declarantur non solum pictores, qui penicillo imitantur, sed reliqui etiam omnes opifices, qui quavis ratione atque instrumento, effigies hominum aliarum ve rerum exprimunt. Vel potius hoc iuncto verbo significavit nationis ipsius pictorū non nullos, qui in hoc ipso toto animo versantur: precipueq; operâ suâ ponunt in effigie, vultuq; hominū, summo artificio exprimendo. Quid autem illi facere soleant, adiungit, explanans ipsum simile: illi etenim cum singulis tribuerint suam propriamq; formam, similes ipsos efficientes, pulchriores pingunt. Animaduertēdum autem hic, quod inquit. Similes efficientes, declarationē esse antecedentis sententie, qua tradiderat ipsos suâ propriamq; formam illius rei, quæ exprimunt, operibus suis assignare solitos: hoc nanq; est similes facere. Simili autē explicato, referre se debere ad eorum consilium tragicos docens, ait. Sic & poëtam imitantem & iracundos, & inertes: aliaq; huiuscemodi in moribus habentes, tales existentes, probitatis efficere exemplar, aut duritiae oportet: nam ^{τοιούτως οὐτασ}, quæ uerba ab excusis libris aberant, in Græco exemplari restitui, inuenta à me in calamo exaratis libris: videntur autem illa hic necessaria: respondentq; verbis illis, ὅμοιοις οὐτασ: hoc enim sedulè semper in imaginibus seruari oportet, vt omnia omnibus respondeant. Poëta igitur cum imitatur aut iracundos aut inertes, aut huiuscemodi aliquibus moribus præditos, primum curare debet, vt similes illi sint iis, unde ex emplar sumit: deinde quod adiungit efficere: probitatis inquam exemplar præbere, aut morum duritiei: quod valet ornare & augere eos motus animorum, ut ad summum veriant: ac specimen quoddam aliis eorum rerum sint, siue affines illi motus uirtuti, siue uitio sint: rei q; quæ meritò reprehendi possit: hoc enim valere puto exemplar quoddam reddere probitatis aut duritiei: neque enim quæ supra posui, huiuscemodi sunt, vt penitus referant probitatem animi, aut duritatem asperitatemq; naturæ: iracundos tamen quos uocauit, & inertes,

tes, vitij partes videntur: mores autem, qui virtutem oleant, speciemque eius habent, significantur verbis illis, cum ait: Aliaq; talia in moribus habentes: neque enim ita illud Talia accipere debemus, ut significet similia superioribus illo modo, quia & ipsa sint pars vitiorum: sed tantum, quia habitus quosdam animi, inclinationsq; ad alias res, significant. Notio eius nominis *επιθέτων*, visq; aperta est: quod sequitur σχληρότης, verbum translatum est à corporibus solidis, cum dura sunt; nec facilè frangi possunt, ad animum, qui & ipse cum precibus aut misericordia non mollitur, durus videtur. Eodem etiam pacto Latini, durum & asperum hominem appellant, animi vitia, non corporis habitum, uerbis illis translati significantes. Exemplo uero hoc illustrare cupiens inquit. Ceu Achillem Agathon, & Homerum ipsum enim ambo hi poëtae insignem finixerunt in his motibus animorum, quibus affinis fuit: ut non tantum eum iracundum, durumq; fecerint, sed documentum exemplarq; omnibus illarum rerum ipsum esse voluerint. Quales autem extiterint mores huius herois: & in quos motus natura ille proclivis fuerit, docuit etiam, cum præcepta multa traderet artis poëtarum, Horatius. Nam mendum, quod hunc locum in excusis libris secederat, sustuli, secutus fidem vnius exemplaris: in quo ita legi notaui: ac non minus coniectura ductus, & importunitate eius lectionis admonitus: nihil enim minus quadrabat moribus ac naturæ Achillis, quam id epitheton αγαλλον: coniunctio etiam *νεκτη*, quæ sequebatur, potuit vitium eius sententiae indicare: superuanea enim illic erat, cum esset illo pacto nihil, quod copulareret. Agathonem uero delicias Platonis, familiarémq; Aristotelis, poëtam tragicum fuisse constat: cuius etiam, ut altis in libris, ita in hoc alijs mētēnēm fecit: quare non arbitror de veritate lectionis dubitandum. Videtur autem id, quo tanquam solo ac fundamento nunc vitetur huius sententiae Aristoteles, tentari posse: nam repugnat ei, quod multo supra ad refellendum errorem quorundam protulit: cum enim de ordine partium tragediæ qualium disputaret: doceretq; fabulam antecellere ceteris, inquit: Tragedia nanque imitatio est, non hominum, verum actionis: & quæ sequuntur: hic verò tradit tragediam imitationem esse meliorum, hominum scilicet. Nisi fallor autem ita euellitur hic scrupulus. si quis acutè subtiliterq; rem ipsam cogitet, qui tragediam scribit, propositum habet imitari factum tale, nec primo attendit personam à qua id profectum fuerit. uerum quia homines sunt auctores eorum factorum: indeque ipsa manant, non potest negari, quin tragici hominum etiam imitatores sint, & eorum quidem melioris note.

Ταῦτα δὲ διατησάν: οὐδὲ τρέχει τὰ παράταξις εἰς αὐτάγκης ἀκολουθούσας αὐθίστεις τῇ τομῆσι: οὐδὲ καὶ τὸ αὐτός εἰσιν ἀμφταῖεν πολλάντις. οὐτούτου δὲ τῷτοις αὐτῶν τοῖς εὐδέδοσιν λόγοις ἴσχεντες.

Hæc iam oportet seruare, & præter hac, ea, quæ à sensibus, qui ex necessitate consequuntur poetica: etenim secundum ipsos licet peccare sāpe. Dictum autem est de ipsis in editis sermonibus satis.

Cum docuisset quartuor esse, quæ in moribus, quibus finguntur prædictæ personæ uenientes in scenam, diligenter à poëtis animaduertenda forent, breui multa præcepta edidit, quæ & ipsa valde tragediam adiuuarent: eamque ab omni macula ac vitio remotam præstarent: illa vero à me quanto studio porui, explicata sunt. Nunc autem, cum quasi ad finem eorum peruenisset, repetit hæc esse, quæ sanè opus sit seruare: quæ est tanquam clausula superioris disputationis. Adiungit tamen vnum, quod restare videbatur, quod & ipsum si non accurate custoditum foret, causa sāpe esset magnorum malorum: faceretque ut poëta exploderetur: id autem est, ut poëta diligenter attendar, oculisque semper directos habeat ad ea, quæ nascuntur proueniuntque à sensibus: qui sensus non possunt abesse ab operibus poëtarum, studiisque omnię eorum: in telligit autem ne committat aliquid, in scriptisque suis finiat, quod illis sensibus repugnet aut aduersetur: cum enim aut agi in theatro poë-

ma,

ma, aut recitari debeat, ut finem suum adipiscatur, necessario consequitur, ut quæ agantur illic exponanturque, aut uideantur, aut audiantur: hi enim sensus sunt, qui comitantur poëticæ: siquid autem videtur à spectatoribus, aut auditur, quod non respondeat sententiis, arguit negligentiam poëtarum, existimationiq; eorum obest. & ne hoc mirum alicui videatur, nec dignum, quod tam accurate präcipere tur, quia nullo negotio vitari hoc malum possit, docet non tam hoc leue esse, vt aliquis falsè existimaret: hanq; causam sāpe esse magnorum incommodorum: Male autem factum est, quod cum hanc rem breui obscurèq; hic tangat, quia illam iam planè copioseq; explicarat quibusdam in disputationibus, quæ editæ diuulgatæq; fuerant, illæ periæ: nec difficultati huic illo auxilio obsisti potest: volebat enim Aristoteles inde peti, quæ hic desiderarentur, ne frustra eundem laborem rursus caperet. Infra ipse, vbi exempla cognitionum quarundam ponit, non nulla tradit, quæ huc pertinere videntur. nam quod multo etiam supra, cum de iusta mensura fabularum differeret, quæ non eadem semper est, inquit. Si quis respiciat studium illud, quo inter se contendunt histriones, sensusq;, non posse ab arte definiri longitudinem tragediæ: eodem illic, quo hic, significatu sensus cepit: verba eius sunt. τοῦ δὲ μήκους ὅρος πρᾶγμα μὴ τὸ αὐτόν, οὐ τὸ τὸ μήκος εἶναι. & sanè poëtae cum scribunt: dormique tragediam pangunt, nisi valde diligentes sint, vix possunt huiuscemodi malum vitare: neque enim omnia luminibus ingenij videre possunt, quæ postea in agendo occurruunt. Non arbitror autem quicquam hic à poëta tangi, quod pertineat ad artem histrionum; uitiumq; hoc in persona officioq; poëta manere puto: cum in id negligientia inciditur: nec disputationes librosq;, quos hic intelligit, vlo pacto esse illos puto, quorum initio tertij libri de arte dicendi meminit. Quum autem materia hæc intelligatur facere ad studium poëtarum, verisimile est ipsum de illa accurate egisse in huiuscemodi quapiam scriptione: quæ artem hanc ornaret, coniunctionisque demum aliquid cum ipsa haberet. Quare putari posset Aristotelem hanc pertractasse in libris illis, quos scripsit de poëtis, vt opinor, claris & illustribus. vt ita nunc libros illos vocarit, quia ipsos iam edidisset. Sed cum cognoscatur etiam testimonio Harpocrationis nostrum hunc summū doctorem scripsisse Αἰακούλαν, ille quoque locus non alienus fuisset ab explicatione huius rei. Eius verò operis argumentum existimare licet simile magnopere fuisse superiori huic: notatum enim illic erat (ut opinor) quas fabulas singuli poëti diuersis temporibus simul docuissent: quod enim à Cicerone quoque Latinis verbis expressum est, Αἴακον καμφαῖσαι, & τραγῳδίαι in consuetudine Attici sermonis crebrum erat. vnde etiam διδασκαλοι vocati sunt qui hoc facerent: cuius verbi notionem cum aperiret Harpocration, id, quod ostendi, protulit: inquit enim, probare uolens Pentaclea quendam poëtam fuisse, cuius mentio antea facta fuerat. οτι οὐδὲ Πεντακληποντίς διδασκαλίας Αἴακον λαμβάνει διδασκαλίας. Harum autem διδασκαλίā, non tamen fortasse illarum ab Aristotele literis proditarum, meminit quoque grammaticus ille, qui scripsit argumentum Aiakis ματηρόφρον: cum enim de indice illius fabulæ disputaret: nomineq;, quod Aiaci nunc additum est, inquit. οὐδὲ τοῦ διδασκαλίας Αἴακον αἰακούραπται. qui locus à me multo supra monstratus est. Plutarchus præterea in Cimone noimen hoc, eo sensu, quem ostendi capi etiam ipsum solitum, usurpauit. cum contentiōnem inter spectatorēs aliquando ortam recitatis fabulis Aeschyli & Sophoclis commemoraret, cui malo remedium adhibuit clarus ille uir: res enim penè ad manus uenerat, cum hi, Sophocli: hi verò, Aeschylo fauerent. narrat igitur eam fuisse primam fabulam, quam Sophocles docuerat, cum adulescens adhuc esset. Verba ipsius sunt, quæ huc pertinent. πρώτων γνωσταλίας τοῦ Σοφοκλέος εἰς νέου καθεύτος. & quæ sequuntur. Arbitri etiam possit aliquis: hæc enim prorsus obscura, & incerta sunt, eandem Aristotelis scriptiōnem & vt ipse loqui solet, πραγματέας, duobus nonminibus quondam appellaram fuisse: quia eodem in volumine ille, & ætates claroru poëtarum, & quas etiam ipsi fabulas docuissent, complexus esset. Sustuli autem hinc mendum scripturæ: cum enim prius in excusis esset τὰς παρὰ τὰ εἰς αὐτάγκης, sine dubio depravate: neque enim sensus iubet obseruare, sed ea, quæ à sensibus proficiuntur, correxi τὰ παρὰ τὰ; atque id secutus fidem scriptorum librorum, ac rem ipsam.

Αγανάροισις

Αναγνώσις δὲ τὸ μοῦτον, ἐξηγεῖ περὶ τὸν θόρον. εἴδεις δὲ αἰαγνωσίστως, πρώτη μοὺ, οὐδὲ προχωτάτη, οὐδὲ τολμέσιοι χρώμειοι διὰ ποσείαν, οὐδὲ τῶν σημείων. τάπων δὲ, τὰ μοὺ, σύμφυτα, οἷον, λόγχης, οὐ φρεσοῦσι γηγενεῖς: οὐδὲ πολλα, οἷονς εἰ τῷ Θεῖ Καρκίνῳ: τὰ δὲ, επίκτητα. οὐδὲ τούτων: τὰ μοὺ, οὐ τῷ σώματi, οἷον οὐλάι: τὰ δὲ, εἰ τὸς, τὰ ποθειδέματα. οὐδὲ οἷον οὐ τῇ τυρῷ διὰ τῆς σπάθης.

Agnitio autem quidquidem est, dictum est prius: species autem agnitionis prima quidem, quae maxime est expers artis: & qua plurimi videntur propter penuriam, ea quae per signa: Horum autem, haec quidem innata, ut lanceam, quam ferunt ē terra nati: aut stellas, quales in Thyeste Carcinus. Haec autem aduenticia. & horum haec quidem in corpore, ut sunt cicatrices: haec autem extra, monilia: & vt in Tyrone per cunam.

Traditis iam plurimis, quae magnopere videbantur studium tragici poëtae adiunera: ipsiusq; à multis culpis ac vitis remouere, si custodita forent, explicat quo genera sint agnitionum: nam variis modis aliquis agnoscere potest personam, quae diu ipsum fefellerit: neque enim hic vim huius rei explanat: ac quid hoc nomine continetur docet, cum ab ipso supra diligenter id factum sit, vt refert. Cum autem ordo, quem nunc sequitur, habeat in se difficultatis aliquid, non est alienum, prius quam haec pars explicetur, diligenter de eo querere. Non videtur igitur, quod nunc tradit, satis hærente proximè vicina disputationi, in qua disscerbat de moribus, cum agnitio sit pars fabulae: post moresq; explicatos sequatur agere de dianœa: hec nanq; series rerum est, quam proposuit, id verò ipse facit multo infra, his, quae nunc præcipit, antea explanatis. nam tunc demum inquit. πολλὴ μῆτρα οὐδὲ προστατεύεται τοις διαβόλοις οὐδὲ πειναῖς. Præterea plenam esse & absolutam præceptionem de coagmentatione fabulae multo antea significarat illis verbis. πολλὴ μῆτρα προστατεύεται τοις τινας εἰς τὴν πόλιν, εργατικαὶ οὐδὲ πολλα, ita autem mihi nunc succurrat posse nodum hunc dissolui, ut cum optimus magister tradidisset, quomodo res coagmentari debeant: præcipereq; quae oportet toto animo persequi, & quae caerule, ac tanquam scopulum aliquem declinare, egerit nunc non tam de morum ui, quam de ratione & via, qua res haec magni ponderis ita in tragediis tractari possit, vt cumulata sit omni laude, & à virtute absit: nam multum etiam hoc facit ad elegantem perfectamq; fabulae constitutionem: eadem igitur ratione, qua de morum vtilitate nunc differuit, de agnitione rursus agit: cum enim vt ipse accurate docet, plura genera sint agnitionum, quae acutior, magisq; plena artis ostendere voluit: queq; huic propinqua, vt ceteris reiectis posthabitissq; cum id facere possunt, has potissimum sequentur poëtae. ingeniosa autem, summaq; industria confecta agnitio, quanti ponderis sit ad commendandam tragediam, constat. Postquam autem quid in moribus sequi oporteret poëtas, summi loci cupidos significauit, non statim aggressus est tradere, quae optima omnium esset agnitio: in medio enim quiddam admonuit, quod & ipsum valerer ad poëtas culpa liberandos. intelligo inquam, quod ad sensus, qui comitantur tragediæ, obseruandos facit: vt post explicatas etiam agnitiones: declaratasq; deteriores ac meliores, redit ad non nulla præcipienda, quae & ipsa multum adiuuant coagmentationem rerum: redduntque ipsam politorem ac perfectiorem. Quare his de causis non est existimandus auctor veterem, priusquam monstratum ordinem deserere. Sed hoc nunc relicto. Primam agnitionem, viamq; aliquem agnoscendi, quem multo tempore ignoraueris, esse inquit eam, quae simplex est, & maxime vacua ab arte: quaq; maior pars poëtarum videntur, quia facultate carent acutiorum viam inueniendi: hoc enim manifestò hic valet διαποίειν: quia nequeunt scilicet excogitare subtiliorem agnitionem: id enim ingenium magnum requirit: artificiisq; proprium est. illa inquam, quae fit per signa, huiuscmodi est. Quod autem Graci passim dicunt διὰ σημεῖων, Cicero per notas inquit in iij. de divisione.

natione. Quam scitè per notas nos certiores facit Iuppiter, quamuis de aliis notis illic loquar: nam idem etiam iisdem Græcis verbis id protulit in epistola quadam ad Atticum. Cum verò plura quoque genera herum signorum sint, partitur illa. Prima autem diuisione in duo membra est: signorum enim alterum est ingenitum: alterum autem aduenticum, ac postea partum. posterioris autem huius generis sunt itidem duas partes: signorum enim postea partorum, & non una nobiscum natūrū, quædam sunt in corpore, quædam extra corpus. Quod in altero illo genere signorum visu uenire non potest: signa namque insita non possunt esse extra corpus: homo enim nascitur nudus. Rectè igitur videntur diuisione notarum in corpore & extra corpus sistarum in explicandis tantum signis postea partis. Exemplis autem cuncta illustrat. ingenitorum enim signorum exempla ponit. Primum lanceam formam, quam corpore gerebat Thebis familia ortum dicens ab iis, qui tellure procreati olim erat. cum enim in primis illis extitisset ea nota, indicium eorum originis, multis postea seculis in posteris ipsorum conseruata est. Plutarchus hoc testatus est in libro, quo disputauit de instituto quodam deorum, qui consueuerunt serd animaduertere in improbos non nullos homines. Sed de hoc accuratius disserui in viij. libro meorum variarum lectionum. Huiuscmodi etiam sunt nœvi ac notæ demum omnes corporis, cum quibus nascimur, vt quas mulieres putant referre desideria alicuius cibi, quo ipsæ prægnantes affectæ fuerint. Vnde patro nostro sermone à cupiditate nomen ipsis impositum est: Alterum autem stellas: quales in Thyeste Carcinus poëta. inteligit autem stellarum formas, in corpore alicuius à primo ortu impressas: neque enim constat corpori ne ipsis Thyletis forma hæc hæferit, an alijs, qui in ea fabula, Thyeste uocata, inductus esset: cum enim fabula hæc perierit: nec quicquam apud veteres scriptores, quod sciāt, restet, quod vim habeat ullam hoc explanandi, rem in incerto relinquo. Nec tamen me fallit Franciscum Robortellum, postquam confecit commentarios in hunc librum, diligenter disputasse de hoc loco in annotationibus quibusdam suis, qui sane putat ipsum corruptum esse, legijs debere pro ἀστέρεσσι, ὄντεσσι, vel ἀστέρεσσι: significarijs ab auctore ossum illud eburneum in humero Pelopis, deorum consilio pro vero repositum: cuius historia testem citat interpretem Lycophronis, qui commemoravit hanc notam fuisse familæ Pelopidarum, non minus, atque lanceam illam gentis illius Thebanæ, quam ostendi. Et sane res mirifice conueniret, nisi quædam (ut opinor) repugnarent, quæ libete exponam, non certandi studio, sed veritatis indagandæ: neque enim aliter ab amico, & quem, vt dignus est, honestum undiq; esse cupio, dissentire. Primum autem me mouet, quod vt hoc significetur, oportet scripturam valde iminutare, quod caute semper faciundum est, præsertim in hoc auctore: neque tantum illud ipsum verbum contaminare opus est, uerum etiam illud, quod consequitur. πολλὴ μῆτρα οὐδὲ προστατεύεται τοις διαβόλοις οὐδὲ πειναῖς: ut est consuetudo Græcorum, valet in fabula, ita vocata, non in corpore personaq; Thyletis. quare fieri potest ut illa nota hæretet alij, qui in eam fabulam inducti forent: nec unus aliquis illius generis esset. Arbitror igitur notas aliquas significari, quæ similitudinem stellarum haberent, vnde ita illæ uocata vulgo forent: non menq; id naœta. huiuscmodi autem quasdam in ea fabula, quæ Thyestes vocata foret, finixerat (ut puto.) Carcinus impressas fuisse corpori alicuius, quarum indicio ille agnitus sit. Vt autem notæ quædam ἀστέρεσσι appellari à Græcis potuere, ita sita ætate quasdam rosas à mulieribus vocatas tradit noster Boccaccius, quarum ope pater agnouit filium, qui ad supplicium nudus ducebatur: illæ autem quoque à primo ortu in pectore eius insita fuerant. Tota res exponitur in fabella vij. quintæ diei. Exemplum verò assumptorum signorum, eorundemq; in corpore collocatorum esse dicit ἀστέρεσσι, id est cicatrices: que ex ictu aliquo, vulnereq; in cute remanserint: ita enim à Græcis notæ ille appellantur. Signa extra corporis positæ esse inquit, monilia: huiuscmodi alia, vt anuli sunt, ac vestimenta: quorum indicio persone aliqua aliando,

quando, quæ nos fallebant cognitæ sunt. Huiuscmodi genus signorum intellexit Terentius, cum induxit Thaidem ita cum ancilla loquentem. Abi tu cistellam domo effer cum monumentis: à quo etiam arce genere inditum nomen est Plautinæ fabulae, quod in ea signa hæc seruarentur: in antiquissimo libro declaratio hæc legitur illius Terentianæ uocis, Cum monumentis: crepundiis, quæ infantes gestare solent: neque tamen monumentorum nomine crepundia tantum intelliguntur, sed reliqua etiam omnia, quæ restiterint eiusdem generis. Cicero quoque & cognitionis huius, & signorum mentionem fecit, cum in Bruto ait. Nunc quoniam totum me, non nœvo aliquo, aut crepundiis, sed corpore omni videris uelle cognoscere: & quæ sequuntur. Et primi enim generis & postremi signa sunt. Aristoteles autem significare volens plura esse huius generis, addidit in tragœdia, quæ Tyro vocaretur, cognitionem factam esse per scapham: intelligens (vt arbitror) cunam, in qua infantes habentur: cum enim plures sint notiones huius Græcæ vocis: vt alio loco à me accurate declaratum est, valet etiam hoc ipsum scapha: verisimile autem est huius monumenti auxilio, vt Terentiano verbo utar, eum, qui longo tempore ignoratus sit, cognitionem illic fuisse: nihil enim in veterum commentariis repperi, quod ad hunc locum illustrandum ficeret. Tyro sane prodita memoriæ est filia fuisse Salmonei illius, contumacis & impij hominis, de cuius immanitate, & poena etiam apud inferos Virgilius quoque eleganter cecinit, eademq; amasse Enipeum fluvium Elidis dicta est, cum pater ipsius illic regnaret: quod tetigisse etiam in Aeolo fabula Euripidem testatur Strabo, quamvis de nomine erus telluris non idem senserint inferioris ætatis scriptores, quod prisci, qui de illis rebus egerant, tradente hoc etiam eodem auctore. Vnde poëta noster recentiores sequutus est, qui inquit. mediasque per Elidis urbes. Nullo autem modo est eadem hæc fabula cum ea, quam infra citat, vbi de secundo genere agnitionis agit: illa inquam, in qua ope radij textorij agnitionis facta est: & si auctor ambarum idem est. Scholion quoque in Prometheus vindictum citat Sophoclem τυραι, quamvis in excusis, negligenter librariorum, scriptum sit τηραι. Signorum verò eorum, quæ corpori innata sunt, & eorum qua postea illic aduenere, meminit idem auctor in primo libro de ortu animalium, vbi quærit de semine humano, à toto ne corpore, an à certis ipsius partibus manet: quatuor enim argumentis expositis, quibus videtur credi debere fundi id ab uniuerso corpore, addidit adiuuare opiniones eas, quod non tantum filii similes parentibus sunt in notis corporis insitis, sed etiam in assumptis: iisdem autem, quibus hic nominibus vtitur: hæc enim eius verba sunt. οὐδὲ μάραν τὸ σύμφυτα προσεικότθν τοῖς χρύσοις γίγνονται πάντα, καὶ καὶ τὰ ἐπίκτητα: ἐλάξ περὶ τὸ ἔχοντα τὴν γεννησατον ἡδὺ τηγανέχον τοῖς αὐτοῖς πίνεις. Est præterea diligenter attendendum in verbis auctoris vnde apti sunt casus illi accusandi λόγχω, & ἀσφαλεῖα: videbatur enim nominandi potius casu dicere debuisse. οὐδὲ λόγχη, & infra ἀσφαλεῖα. Sed etiam difficultatis non nihil habet, quod inquit οὐδὲ τοῖς θυσίῃ καρκίνος & non οὐ. vt paulo supra fecerat, cum ait οὐ λόγχω, λαφυροῖς μηλεῖς. ita enim certæ & definitæ stellæ illæ videbantur esse debuisse, ut lancea, quam impressam corpore habebant terra prognati.

Ἐσὶ δὲ οὐ τοῖς χριθαῖς ή βελτιονή χείρον. διον. Ο’ δύνασθαι διὰ τίς οὐλιζεῖς αἱλως αἰεγνωεῖδην τὸν τίς προφοῦ, οὐδὲ αἱλως τὸν τάνα συβοτῶν: εἰσὶ γαρ αἱ μὲν πίστεως ἐνεργεῖα πεποιηθεῖσαν τοιαῦται πάσαι: αἱ δὲ εἰς αἰθλωτείασ, ωστὸν ἐν τοῖς νηπίοις, βελτίους.

Licet autem & his utrū vel melius, vel deterius, cum Ulysses per cicatricem aliter agnitus est à nutrice, & aliter à subulcis: sunt enim quæ fidei facienda causa adhibentur, magis artis expertes. & huiuscmodi omnes. Quæ verò repentinio quodam casu, ut quæ in Niptris, meliores.

Docet nunc expositis tribus signorum generibus, non eundem semper eorum usum esse, sed duplē: & qui gradus etiam in se virtutis habeat: neque enim tantum diuersæ

diuersæ res illis efficiuntur: sed eorum alter, magis artis expertus: alter verò ingenior acutiorq; est. Nam quod inquit licere etiam iis ut melius ac deterius, arbitror ipsum coniunctionem addidisse, quia supra quoque dixerat, quum de fabula differeret, posse poëtas iis, quæ acceptæ forent à maioribus, ut & recte, & vitiose: admonueratq; illos, ut recte veteribus fabulis veterentur. Exemplo vero Ulysses: noteq; in cruce ipsius ab apro, dum in Parnasso venaretur, impressæ, hoc demonstrat: admonetq; interim poëtas, ut subtiliorem viam sequantur: vt tanturq; signis eo pacto, ut gignant rem aliquam admirabilem, subitamq; cōmutationem. Ulysses igitur ope cicatricis, quod signum est medij illius generis, aliter agnitus fuisse dicit à nutrice, & aliter à subulcis: discriminem autem earum agnitionum ponit, cum aliis temporibus seruant: longeq; diuersus sit illarum usus. Ut autem Ulysses apud Homerum auxilio huius notæ agnitus est à nutrice, ita apud Euripidem in Electra Orestes a pastore illo senne: vidit enim cicatricem, quam in fronte habebat, cū puer olim, hinulum domi persequens, cecidisset: eodem etiam illic Euripides, quo hic Aristoteles, verbo ipsam appellavit. Superiorum verò sententiarum explicandarum causa, quæ sequuntur posita fuisse, declarat particula οὐ, quæ illic est: illa enim ratio alicuius rei redditur. Quæ igitur adhibet sunt fidei facienda causa, ut cū Ulysses subulcis, credere nolentibus Ulyssem eum esse, ostendit cicatricē ex vulnere, quod aper ille inflixerat ipsis olim cognitam, ut omne dubium ex animis eorum expelleret, minus artificium in se habere inquit: Quæ verò repente existunt, ac non meditato: ut cum idem à nutrice nolens inuitusq; abluente illius pedes, cognitus est, meliores ingeniosioresq; sunt. Non valet igitur hic προπτέρα, mutationem fortunarū, sed ἐπροπτέρα significat causa, fortuito: & quia ita cecidit. Nam qui notus sibi ipso qui sit, tegens autē alios, periculi alicuius vitandi causa, stirpem suā, cum videt transisse iam malum illud, resq; in tuto positas, aperiret genus suum, planumq; faceret ope quarundam notarum se illum esse, quem dicit, posset magnopere variare statū rerum suarum, & e malis, secundas illas adipisci. Quare nasceretur illic προπτέρα: nec tamen hæc esset acuta illa ratio utendi signis, quam laudat Aristoteles: idq; factum non dici posset ἐπροπτέρα: sed contra consulto & meditato. Contigit autem, ut cum Ulysses, mendici hominis vestitu domi sue versaretur, Euryklea pedes eius lauaret: dumq; id munus obiret, cicatricem eam aspicere: vnde repente eum agnouit. Fingere autem hoc in fabula aliqua acutioris poëta est: nam alterum minus artificium requirit: est enim semper in manu positū eius, qui ignoratur: si ipse scit, qui sit, ut auxilio huiuscmodi alicuius signi probet se eum esse. Nam quod εἰ τοῖς νηπίοις inquit, certum non est an Aristoteles intelligat tragediam ita inscriptam, cuius mentionem etiam Cicero fecit in ejus Tusculana: illa enim in Latinum sermonem à Pacuvio conuersa fuerat. Ait igitur. Non nimis in Niptris ille sapientissimus Græcia sauciūs lamentatur. & paulo post. Itaq; in extremis Niptris alios quoq; obiurgat, siue partē eam Odysseę, in qua id commemoratur. Et sane cū quod supra auctor inquit, aliter Ulyssem agnitus fuisse à nutrice: aliter à subulcis, pertineat manifesto ad loca Homeri, verisimile est ex eodē operae exemplum: hoc quoq; petitum, præfertim quū illustre admiodum, & clarum illic sit.

Διάτροπαι δέ, αἱ πεποιημέναι τὸν τὸ ποιητόν. διὸ ἄπειχοι. οἷον Ο’ πέσης εἰ τῇ Ποιητείᾳ αἰεγνώστε τὸν αἰτελφίν, αἰαγνωειδῆς ὑπ’ ἐκείνης: ἐκείνη μετὰ τοῦ αἴτελφίν: εἰκένος δέ τῶν τὸν αἴτελφίν, & βούλετον διατοπῆς, ἀλλ’ οὐχ διαμοθος. διὸ ἔγγιτος τὸν εἰρηματίους ἀμαρτίαστον: ἐξειδὼν δὲν αἴτα οὐδὲ αἰεγνεῖν: οὐδὲ εἰ τῷ Σοφοκλέους Τηρεῖ ή τίς καρύδας φωνή.

Secundæ autem, quæ factæ sunt à poeta: quare expertes artis. Ceu Orestes in Iphigenia agnouit sororem, agnitus ab ipsa: illa quidem enim per epistolam: ille vero. Hac igitur ipse dicit, quæ vult poeta, sed non fabula. Quare prope dictum peccatum est: licebat enim quædam & portare. & in Sophoclis Tereo radī vox.

Primo genere agnitionis declarato, quod fit per notas, secundum aggreditur. Secundas autem agnitiones esse dicit, que à poëta facte sunt: factas verò à poëta ipsas vocat, quia poëta, ut rem eò deduceret, tribuit quasdam sententias illis personis: fecitq; non nulla ab iis dici, quæ finem eum adiuuent: ita autem appellatae sunt, ut distinguuerentur ab illis, quæ ex intimo artificio deponuntur: huiuscemodi nanque agnitiones ex coagmentatione rerum, non subito studio poëtae nascuntur. Non multo etiam postea, hæc ipsa intelligens opera poëtae fabricata, πεποιημένα signa vocat. addit autem hic, quod exiguum earum laudem indicaret: simulq; sententiam concluderet. Quare expertes artificij sunt: illæ nanque, quas diximus, artis compotes sunt, declarantq; summum ingenium poëtae, illæ inquam, quæ nascuntur ex contextu ipso. Rectè autem concludit agnitiones factas à poëta arte carere: nullum enim magnū artificium poëtae requirit, hoc aut illud ponere in ore alicuius personæ, quod valeat ad efficiendum, quod illi voluit: faciuntq; hoc pañim ipsi nullo negotio. ars eorum acumenq; possum est in rebus ita texendis, ut id nascatur, erumpatq; ex antecedentibus rebus, sine villa ipsorum tunc in ea re adhibita opera. Exemplo verò rem explanare volens, locum Euripidis adducit, in quo duæ diuersorum generum agnitiones tractantur: illa scilicet, quæ artificium ingens in se habet: & hæc, quæ expertis ipsius est. Ceu inquit Orestes in Iphigenia agnouit sororem, ratione scilicet illa, quæ plena est artis. agnitus autem & ipse postea fuit ab ea deteriore via (ita enim accipi locus debet, non credi ab auctore dictum esse agnatum prius Orestem, sororem deinde agnouisse, quod ex verbis ipsius falsò aliquis putaret) sed Aristoteles ipse totam rem explanat: ait enim illam ab Oreste cognitam fuisse per epistolam, quam dederat illi in Græcam portandam: cuius etiam epistolæ, cum ipsa, verita maris pericula, argumentum narraret, manifesto intellecta est esse filia Agamemnonis: hoc autem ita fieri ex præteritis rebus, primaq; fabulæ textura, necessarium, aut saltem verisimile erat. sed exemplum in hoc positum non est. Incommode autem acceptum est, quod infra verba quædam defecerunt, quibus tradebatur, quomodo cognitus foret: quarumq; rerum auxilio, Orestes à sorore: neque enim illa statim credere voluit, cum Orestes se fratrem eius esse prædicauit: ac ne dolus aliquis subfasset, timuit. Antiquus sane liber habet in spatio illo, quod in excusis olim inane relictum fuit, διασπείρων: cui tamen lectioni non confido: cum enim pluribus argumentis Orestes probare conetur se fratrem eius esse, non omnia sunt eius generis, ut signa vocari merito debeant. Vel potius nihil illic monstratur, quod valeat ad fidem faciendam, ut cognoscantur personæ aliquæ diu ignotæ, signis. præterea si ope notarum posterius hoc genus agnitionis conficeretur, nulla re differret à priore. Quare cum liquido intelligatur ex loco ipso poëta, quomodo fidem fecerit sorori Orestes se eum esse, qui erat, quo pacto vocavit Aristoteles concursum eorum argumentorum non appetat: Alij autem aliter in scriptis libris se inuenisse testantur, quod non oportet mirari: hoc enim vulgo fit, cum, veritate incerta: hi hoc modo: alij alio, ex ingenio, quod defecit supplere conantur. Verba, quæ statim sequuntur docent merito hanc agnitionem expertem artis vocatam. ait enim: Hec igitur ipse dicit, quæ vult poëta: id est Orestes ita cum sorore agit: eaq; verba ad illam edit, quæ poëta in ore eius ponit, non quæ fabula, contextusq; rerum præteritarum, iubet cogitq; eum pronuntiare: quod in altero illo genere agnitionis factum est. Adiungit autem accuratus magister, quod valet ad declarandum, non valde probari posse rationem hanc. Quare propè dictum peccatum est: quia si illa, quibus usus est Orestes, non omnino signa fuerunt: neque enim ostendi potuerunt, propè tamen illa accesserunt: atque ita propè, ut quedam ex ipsis illius prorsus generis fuerint, quamvis ita ipsis ille usus non sit: hoc enim arbitror valere. Licebat enim quedam etiam portare: id est manu tenere, & iubere ut ipsa videaret ac reminisceretur. E numero inquam eorum, quæ protulit Orestes ad probandum se esse Orestem, quedam huiuscemodi erant, ut liceret illa oculis exponere, & quasi è finu deponere. Peccatum igitur vocat superius genus agnitionis, quod constat signis. Peccatum autem, ut opinor, quia maxime artis expers est: & quia eò se conferunt, qui veram rationem ob ingenij tarditatem non vident: aut suscipere laborem in subtiliore excogitanda agni-

agnitione nolunt. Quod ad lectionis integratatem pertinet, quid hic esse putarim, indicaui: ceteris in partibus consentientes inter se scriptos libros inueni, ut verear ne qui coniectura emendare uoluerint, magis contaminariint. Alterum exemplum adducere volens huius cognitionis Aristoteles, sumpsi illud à Sophocle, qui in fabula, quæ Tereus vocabatur: illa autem perii, ut vim penè nullam habeat rem illustrandi posterius hoc exemplum, radij uoce fecit quendam, qui ignorabatur cognosci: illic enim quoque, quod allatum est, conformatum à poëta est, & non ex fabula, contextuq; primo terum, profectum: hanc puto fuisse vim huius exempli, quantum suspicari licet.

Τέττη ἡ διὰ μηνύματος, οὐδὲ θεοῖ τι ιδούτα, φάσθη ἡ εἰ κωμῳδίας τοῖς Δικαιογένεσι: ιδὼν γράπτην γραφίων, έκλαυσε: οὐ δὲ Αἰλίνου ἀπολόγῳ: ἀκούων γαρ τὸ μηδαιρίου, καὶ μηνύθεις ἐδέκεντον. Θεοὶ αἰαγνωστοί.

Tertia, quæ per memoriam, sentire aliquid videntem: quemadmodum quæ in Cypris Dicæogenis: cum enim vidi set picturam, luxit: & quæ in Alcini narratione: audiens enim cithara dñm & recor datus, lacrimauit. Unde agnitus est.

Tertium gentis agnitionis tradit, quod auxilio memoriæ tractatur: id autem huiuscemodi est, ut exemplis, quæ ponit, pote existimari: quoniam alterum illorum non fructum iuuet, cum tragœdia, quæ ipso vtebatur, perierit: sed verba etiam, quibus id explicare voluit, hoc ostendere videntur: in quibus tamen obscuritatis non nihil est. Est igitur, ut opinor, huiuscemodi. Qui agnoscit debet, cum videt aut audit quippiam, recordatus inde sui ipsius, veterumq; suarum fortunarum, gerit aliiquid, unde cognosci possit: quod spectans, quæ eum ignorabat, agnoscit hominem: atque ita agnitus fit per memoriam, quia nisi ille in memoriam sui ipsius rediisset, nō lacrimasset: aliud ué quid fecisset: cuius rei auxilio cognosci ab astantibus potuisset. Initio huius partis hoc discrimen inueni in scripto quodam exemplari: quod τῷ αὐτῷ διώρῳ, dandi casu, non τῷ nominandi, illud habet. Attendum autem, an τῷ αὐτῷ referri debat ad eum, qui paulo post agnoscit debet: ut ipsum dicat cum videbit quippiam, recordari alicuius rei, in memoriamq; redire sui ipsius atque ita agnoscit: sed repugnare videatur, quia posterior cognitio non à sensu oculorum, sed aurium proficiscitur: recordatus enim est suarum rerum Ulysses auditio citharae, An cernentem eum, qui affat, ipsum tunc aliquid recordatum, ope alicuius sensus intelligere ipsum, qui prius ignorabatur: Valet autem hic, ut opinor, αὐτῷ attendeat, animaduertere, illum scilicet, qui anteā quis esset, ignorabatur cernentem aliiquid attente: hoc enim mihi verius videtur: inclinatq; magis animus in hanc partem: contingit enim ut ille ex ea aspectatione recordetur aliquam rem, unde quippiam gerat, id est aut ploret, aut ingemiscat, aut rideat: quod quum aspergit ille, inde agnoscit hominem: nam recordationem in illum cadere intelligere licet ex verbis auctoris, qui in secundo exemplo hoc aperit: quoniam alius sensus mentio illic sit. Huius generis fuisse dicit agnitionem quandam, quæ in Cypris Dicæogenis continebatur. Cum autem poëma hoc vetustate interierit, nihil penè lucis huc afferit: hoc exemplum: tantum ex verbis eius intelligimus, fuisse illic quempiam, qui pictura spectata, luxerit: quæ origo fuerit cognitionis. Cypria uero epicum carmen fuisse putaret, non tragœdiam aliquam, qui testimonium Pausaniæ sequeretur: ille nanque, auctorem eius operis significans, ait. ὁ ποίησας τὸ ἔπον τὴν πρᾶξιν, si tamen eadem Cypria intelligit: neque enim poëta nomen ponit, sed ita loquitur, ut fieri solitum erat de operibus non nullis, quorum auctor incertus erat. Eustathius quoque in primum librum Iliadis, eodem pacto poëma hoc citat, vbi de Briseidis patria disserit. Si idem igitur opus hī omnes intelligebant, longe aliter de auctore iphus sentiebant, cum eum nomine appelleret Aristoteles: illi autem in ambiguo id relinqueret: sed magis verisimile est fuisse quo Cypria: ita enim loquitur hic noster: ut non sine causa

hoc suspicari liceat: quasi enim distinguere ipsa volens, videret addidisse τοῖς δινοῖς ψέματα: & Cypria hęc fuisse tragōdiam: memoriae nanque proditum est ab antiquis Græcis grammaticis Dicæogenem tragicum poëtam fuisse: qui tamen in dithyrambicis quoque ab illis numeratur. Cognitionem quoque eam, quæ in apolo Alcinoi fit, eodem pacto natain esse narrat. Locum autem Homeri notum, qui ita vocabatur, intelligit: cuius etiam aliis in libris mentionem fecit. Inquit autem, significare volens eam per memoriam tractatam: Audiens enim citharistam: intelligit autem Demodocum, qui in epulis Alcinoi canebat. Et recordatus: suorum scilicet malorum, quæ in Troiano bello pertulerat, lacrimas edidit: Vnde, inquit, agnitus est: atque hoc, si legimus αἰνειαὶ πάρθη, nam ita quoque à me in vetere exemplari inuentum est, quamvis quod excusi libri habebant, penitus improbari non possit, vt respondeat superiori etiam agnitioni. Animaduertendum autem, quamvis apud Virgilium Aeneas, cum Carthagine spectauit in pariete templi pictum bellum Troianum, vsus fuerit verbo proprio huius rei: dixeritq;. Nec procul hinc Rhesi niueis tentoria velis Agnoscit lacrimans: & post. Se quoque principibus permixtum agnouit Achius, Eoasq; acies & nigri Memnonis arma: non esse tamen illam agnitionē hanc, de qua nunc sedulo præcipit Aristoteles. nam si forte fuisset illuc aliquis, exempli causa Dido, quæ animaduerso motu illo animi Aeneas ac gemitu, existimasset inde picturam illam valde ad eum pertinere: cognossetq; tandem, aliis etiam coniecturis adiuta, illum esse Aeneam, hæc sanè vera cognitio extitisset: & hunc ipsum sanguinem ortum habuisset. nunc vero, cum tradatur tantum à poëta Aeneam imagine illarum rerum captum, recordatum fuisse veterum malorum: cumq; recordatio illa perfectus ipsius pupugisset, fleuisse: nec praesentes aliqui adfuerint, qui id notarint, facit hoc potius adid, quod multo ante docuit noster hic magister: vbi aperuit fontem eius voluptatis, quæ nascitur ex rebus accurata imitatione extessis: Aeneas enim agnouit, coloribus formisq; eximiè redditas, res, quibus olim, cum gererentur, ipse interfuerat: atq; inde, vt singuli illi casus poscebant, affectus est animo ac perturbatus.

Τεταρτη δὲ οὐκ εἰ συλλογούσι. διὸν, τινα φόροις: ὅποιοις οὐς ἐλύτουθαι. οὐδεὶς δὲ οὐδεῖς, ἀλλ' οὐρανοῖς: οὐδεὶς αὐταὶ ἐλύτουθαι. οὐδὲ Πολυδίου τῆς συμβουλῆς τις ἐφιγενέσθαι: εἴκος γάρ τιν οὐρανοῖς συλλογεῖσθαι, ὅπιτ' ἀδελφὴ έτείσθη, οὐδὲ αὐτῷ συμβαίνει θύεσθαι. οὐδὲ οὐ τῷ Θεοδέκτου Τυλῇ, ὅπιτελθῶν, ὡς οὐρανοῖς γάρ, αὐτὸς απολύτου. οὐδὲ οὐ τοῖς φειδιοῖς: ιδούσαις γῆς τὸν τόπον σωτελούσθαι τὸν ἔμαρτιλον, ὅποι τούτῳ ἔμπροτο ἀποδανεῖν αὐτοῖς: οὐδὲ οὐτε θεῖσθαι οὐταῦθα.

Quarta autem est, quæ ex syllogismo. cœn in Choëphoribus, quod similis quidam venit: similis autem nullus præterquam Orestes: hic igitur venit. Et agnitus Polyidis sophistæ de Iphigenia: verisimile nanque Orestem rationem hanc subduxisse, quod soror imolata est, & ipsi contingit imolari. Et in Theodectis Tydeo: quod cum venisset vt filium inuenturus, ipse periret: Et quæ in Phinis: cum enim vidissent locum, rationem fati subduxerunt: quod in hoc fato editum fuerat ipsi mori debere: etenim exposita hic fuere.

Quartum genus agnitionis esse inquit, quod syllogismo efficitur, cum qui in cognitionem alicuius, quem paulo ante ignoraret, redit, subducta diligenter alicuius rei ratione id facit. Primum ipsius exemplum ponit agnitionem Choëphorarum, quæ fabula est Åschyli: cui fabulæ nunc verum nomen redditum est, cum illa diu alieno appellata esset: quæ res causa fuit, ut acuti & diligentes interpretes maculam, quæ hic prius erat, non viderint; nec versari in manibus tragōdiam eam cognorint:

id vero

id vero mendum olim à duobus eruditis & ingeniosis adolescentibus, familiaribus meis: Bartholoméo Barbadoro & Hieronymo Meo ope antiquissimi exemplaris correctum est: quos ego nunc, toto animo in huius libri declarationem incumbens, eo libentius appello, quia cum ipsis iam pridem me ducem in sententiis eius interpretandis præbuissem, illi postea assidua ipsius lectione atque omnium Græcarum tragōdiarum evolutione tantum profecerunt, vt mihi sèpè viles in hoc meo labore esse potuerint: & studia illa mea veteta erga ipsos, benevolentiamq; singularem, opera sedulitatēq; sua compensarint. Sed in illis nunc testimonio meo commendandis non ero longior, tantum officij gratia nunc tangere volui, quod mihi visus sum, occasionem huius rei nactus, non posse præterire: confusa igitur erant Choëphoræ cum Agamemnonem: sed cum diligentia ipsorum quæ deerant Agamemnonis restituta illuc poëta fuissent in lucemq; edita postea studio meo, vt seorsum nunc sio nomine vocata fabula, quæ sequebatur, excusa sit: prima tantum sui parte mutilata: locusq; omnis integer maneat, vbi cognitio facta est, non ero longior in re ipsa accurate explicanda: cuncta enim nullo negotio apud poëtam ipsum legi possunt: paucis tantum, quod necesse hic est, commemorabo. Cum Electra ad bustum Agamemnonis venisset, portans ea vñā cum grege auxiliarum, quibus placari manes Agamemnonis possent, inuenit illuc cæsarium, quam cum similem esse suæ cognouisset ex colore capillorum, argumentata est venisse fratrem suum Orestem, vt ait Aristoteles: inquit enim. Venit quidam similis mihi (similitudo autem perspecta est ex coma) similis autem mihi nullus est præter Orestem: Orestes igitur venit. Apparet igitur cognitionem esse factam ratiocinatione. Secundi exempli vis, vt arbitror, hęc est: qua ratione vsum dicit Polydemus sophistam, qui & ipse tragōdias aliquando scripsérat, quamvis ab altero potius studio, quo itidem teneretur, ab Aristotele nunc ostendatur. Cum Orestes venisset in eas terras, vbi Diana humanis hostiis faceret captusq; ab incolis foret, ac paulo postea imolari deberet, inductus est à poëta, verisimile secuto, rationem huius rei subduxisse, atque ita quasi exclamasse. O fatum iniquum nostræ familie. Soror maestata est, & me quoque contingit mactari: qua voce accepit Iphigenia, quæ astabat ministatrix eorum sacrorum, cœpit suspicari Orestem illum esse, atque hęc origo fuit agnitionis: in hac enim verba erupisse Orestem puto, cum pené iam aræ admotus esset, illuc deprehensum, non multis antea temporibus accepto nuntio de sacrificio sororis: neque enim tunc diuinare potuit, idem sibi vñū venturum, quod sorori: elicitorq; hoc ex loco, qui infra positus est, vbi iterum argumento fabulæ huius exposito, docet variatum esse in hoc ab Euripide, & Polyide, qui diuersis rationibus eam agnitionem finixerunt. Tertium exemplum è fabula Theodectis, quæ Tydeo vocabatur, sumit. Cum autem argumentum eius tragōdia incognitum sit, planè rem tradere non possum: arbitror tamen, vt conjectura consequi licet, ita illuc cognitionem factam: vt is qui domo discesserat animo inueniendi, conseruandiq; filium: quum in eum locum venisse se videret, vt dum ei salutem dare vult, ipse suam amitteret, dixerit hoc ipsum palam. Veni filio salutem daturus, propriam autem amisi. Questus nanque ille accipi debet aperte de illo exitu contrario fini ac consilio suo. Vnde cognitus sit ab illo ipso, quæ querrebat, cum præsens adesset: atque vt ipse ab eo ignoraretur, ita etiam prius patrem ignoraret: verisimile nanque est, hoc eum dixisse, cui id contigisset. Eandem rationem fuisse tradit Aristoteles illius agnitionis, quæ facta est in Phinis: illuc enim quoque conjectura locum habuit. Quarti autem huius exempli explicatio durior adhuc est: quia ne fabulæ quidem nomen certum est: cum enim excusi olim habeant muliebri genere φίνισ, & scripti etiam quidam: in aliis calamo exaratis virili genere legitur φίνιδαι. A Phineo autem rege, qui oculis priuatus fuit, personæ natæ, videntur huic fabulæ nomen dedisse. Sophocles vero, ut testimonio antiquorum scriptorum percipitur, Phineum fabulam scripsérat: ipse certe Phinidarum mentionem fecit, paucisq; sècum illum casum exponit in Antigonæ choro, cuius initium est ἔτηται καὶ Δαρεῖας αὐγάστος φῶς. Fieri autem potest, vt duo illi fratres, Phinei filii, nomen fabulæ dederint, in qua sororibus ipsorum hoc, quod tradit hic Aristoteles, contingisset: quin autem mulieres fuerint, quæ ratione subducta, letum sibi propinquum

O iij esē

esse cognorint, vocemq; eam ediderint, dubitari non potest: hoc enim aperte ex verbis Gracis intelligitur. Inquit igitur. Cum enim vidissent locum, ratione subducta perceperunt fatum, quod ipsis editum fuerat: in hoc enim loco fato statutum erat ipsis mori debere: etenim illic exposita fuerant: videtur autem sors ipsis edita fuisse, vitam eas finituras illo in loco, in quo primum, ut natæ sunt, exposita fuerint: quod factum initio fuerat consilio eas perdiendi: illud igitur periculum cum eo tempore vitassent, aliquando tamen fore putabant, ut cum eò rediissent, necessario illic interirent. Existimare autem debemus vocem hanc earum acceptam causam fuisse, ut illæ, quæ prius ignorabantur, agnoscerentur: aut deinceps huiuscmodi aliquid evenisse, quod eas notas faceret: exemplum enim hoc est agnitionis: in omnibus namq; his quattuor exemplis auctor ratiocinante tantum exposuit, opera cuius agnitione postea facta sit: de hoc vero nihil egit, sed in mente cogitatione eius, qui leggeret, reliquit.

E'si δὲ τις οὐκὶ σωθῆτος εἰπεὶ παραλογισμὸν τῷ θεάτρῳ. οἷον ἐν τῷ Οδυσσεῖ τῷ Φύσιογγέλῳ. διὰ μὲν γῆς τὸ δέον ἐφι μάστιθαι, διὰ οὐχ ἐωράνει: διὰ δέ οὐσίαν οὐαγνωμεῖντος. διὰ τούτου εἰποῦσα παραλογισμὸν.

Est autem quedam & composita ex paralogismo theatri, ut in Ulyssse falso nuntio: hic quidem enim arcum inquit futurum ut cognoscat, quem non viderat: hic autem ut per illum agnituero. per hoc fecit paralogismum.

In hoc loco explicando coniectore aliquo opus esset, tanta ipsum vndeque caligo tegit: cunctaque, quæ ad ipsum illustrandum faciebant veritate amissa sunt. non video igitur quomodo possim ipsi aliquid opis ferre, ut euperem: neque enim in declarandis scriptis antiquorum divinatione uti consuevi: nec oportere puto à me hoc aliquid fictum ac commenticium afferri. Qui autem ante mē librum hunc interpretati sunt, plurimum diligentiae adhibuerunt in nodo hoc expediendo: nec ipse, posito in hoc magno studio, quicquam postea invenire potui, quod magnopere valerer ad eum diffoluendum, aut ad illorum industriae villo modo superandam. ne tamen videar silentio ipsum præterisse, quid excogitarim, in medium afferam, & si sentio illa exigua esse ac pusilla, potiusq; apta ad difficultatem ipsam magis patefaciendam, quam ad tenebras has discutiendas. Tradit igitur diligens magister, (in cuius tamen animum vbiq; inflatum studio docendi, incurrit hoc loco iniqua fortuna superiorum temporum,) extare etiam quandam agnitionem, quæ iuncta concretaq; sit ex paralogismo theatri, atque his paucis verbis nouum hoc ipsius genus, vel potius simile propinquum, ac penè idem quod illud, nisi quod spectatorum persona hanc agnitionem adiuvuit, fallaci syllogismo vfa. quod in illa ipsa factum nō est: illic enim actores personæq; quæ in scena versarentur ut docuit, ratione aliquid concluserunt. Huic breuitati verborum succurrebat exemplum, quod omnia tunc ante oculos colloocabat: erat enim notum & illustri loco positum. id vero cum è manibus eruptum sit, quasi omnis lux hinc simul pulsa est: nec extat (vt arbitror) ratio vlla, qua huic malo remedium adhiberi possit. nam & poëta nomen, si quid etiam hoc, ad ré faceret, qui hæc confinxerat, notum non est: & index etiam fabulæ ipsius non omnino planus: cum enim hoc factum esse tradat in Ulyssse falso nuntio, non perspicitur, an Ulysses ipse venerit, qui astutè alium se esse finxerit, ut facilius impone posset inimicis, & consilium suum ad exitum perducere: atque ea de causa falsa quædam Penelopæ narrat, ut significari videtur his verbis: primum enim Ulysses ipsius nomen positum est, & sanè ita ille, consilioq; hoc vsus, inducit ab Homero in patriam tellurem rediisse. Siue alius quispiam, qui falsò quædam commemorabit de Ulyssse, quales non nulli ad Penelopam venerant, sollicitam de salute viri, atq; omnia audiēt audientem: hæc enim ita incerta sunt, ut stultum esse videatur aliquid ipsorum affirmare. Sequitur etiam scrupulus non'paruuus, quia dubia variaq; scriptura est; cum enim excusi olim libri haberent. διὰ μηδὲ: & infra eodem genere, ui-

rili

tili scilicet. διὰ μηδὲ in omnibus, quos vidi, calamo exaratis neutro genere legitur ambobus in locis. τὸ μὴ. & τὸ δὲ. quod sanè ponderis alicuius effet ad ueritatē ipsam indagandam, si historia teneretur, vel potius cognita illa, quomodo legi deberet exploratum effet. nam superius lectionis discrimen sententiam non uariat, quod in quibusdam exemplaribus pro σωθῆτος, legitur σωθεῖται. Priore autem loco si legimus τὸ, aptum illud erit à uerbo, quod consequitur, τὸτον, hoc sensu. Ulysses, qui alias uideri uolebat, siue falsus ille nuntius, affirmauit se arcum agniturum. Quod uero additum est. διὰ έπειραν: ualeatq; nisi aliquid subest, quem non uiderat, uideatur repugnare: si nanque arcum eum oculis contemplatus nunquam fuerat, quomodo poterat ipsum agnoscere? nisi putamus hoc alio sensu ab auctore prolatum: si significareq; illius uanitatem, qui pollicitus erat se id facturum, quod præstare non poterat. Siue Ulysses, qui clam esse studebat, aiebat se cognitum arcum, quā uis ipsum non uidisset, conjecturis quibusdam. nam si crux sūs esset, se illum ante uideisse, non fallere potuisset. nam alterum τὸ refertur ad theatrum: uideturq; omnis hæc pars significare, spectatores ita accepisse illam uicem, tanquam si ipsi rei illius auxilio ipsum agnitiuri essent. unde statim Aristoteles adiungit. inde natam esse captionem, quæ origo caputq; fuerit illius agnitionis. hic uero est etiam uarietas uerborum: cum enim olim excusi habeant, ἐπινοεῖ, in scriptis exemplaribus legitur ποιητας, quam lectionem, ut superiores etiam omnes, quas hoc loco indicaui, receperit liber qui Parisius à Guil. Morelio excusus est: secuto fidem, ut testatur, veteris exemplaris. Quædam autem mihi in mente uenerunt, quomodo constare potuerit hæc captio ac fallacia. quæ tamen, quia ualde incerta sunt: totaq; in conjectura posita, malo reticere. pluribus autem modis: magnoperq; inter se discrepantibus, posse confici fallaciam, quæ παραλογισμός uocatur, apertum est: multo quoque infra Aristoteles usus est hoc nomine, ubi laudat Homerum, qui apte docuerit quomodo oporteat uti mendaciis: tradit enim illam omnem rem, ne facile dolus intelligatur, constare paralogismo: fallaciq; conclusione, quam totam accuratè explanat.

Πασῶν δὲ Βελτίστη αἰναγνώσιος ἡ ἐξ αὐτῶν τῶν πρεγμάτων τις εἰστιν· ξεως μήγαροις διέκπετον. οἷον δὲ ἐν Σοφοκλέες Οἰδίποδι οὐκὶ τῇ Γριγενείᾳ: εἴκος γαρ θεοὺς θεοὺς ἐπιθένται χειρίματα: οἱ δέ τοιαῦται μόναι αὖτις τῶν ποιημάτων σκηνεῖσιν οὐκὶ ποιεῦσθαι. Λεύτραι δὲ αἱ εἰς συλλογοῦ.

Omnium autem optima agnitione est, quæ ex ipsis rebus, consternatione nata per verisimilia. (eu ea que in Sophoclis Oedipo, & Iphigenia: verisimile enim velle dare literas: huiuscmodi enim sole, sine factis signis, & monilibus. Secunda vero, quæ ex syllogismo constant.

Expositis iam cunctis rationibus, quibus in fabulis personæ aliquæ, diu ignoratae, agnoscuntur: quæ agnitione ceteris anteponenda sit, principatumque in reliquis obtineat docet: nec non quæ huic proxima dignitate sit, relictis ceteris, quæ aut minus multo artificium, aut nullum habent. Has autem, quæ maiorem uirtutem in se continent, potissimum ostendit, ut ad illas imitandas poëtas excitet. Omnia igitur agnitionum, quæ traditæ sunt, optimam esse dicit illam, quæ proficiscitur ex ipsis rebus, id est ex coagmentatione fabulæ, quia à principio res illæ ita constitutæ sunt, ut necessario uel uerisimiliter hoc fieri debuerit: ita enim reiicit illas, quæ in re ipsa à poëta concinnantur. Addit autem, Nata consternatione ex uerisimilibus: sic nanque appello, quam ipse ἐκπληξιν uocauit: cum enim huiuscmodi quicquam nascitur, ut persona, quæ diu fefellerit, repente cognoscatur, qui audiunt propter admirationem consternantur, ac stupidi penè fiunt. ἐκπληξιν igitur uocauit ingentem illam uim admirationis. supra quoque, uoce ab eodem hoc uocabulo conformata, dixit agnitionem esse ἐκπληξιν, id est efficere in animis eorum qui audiunt hanc admirationem ac pauorem: quæ autem agnitiones apud poëtas huius generis forent,

O iiiij nominibus

nominibus duarum positis, declarauit: eamq; quæ in Oedipo Sophoclis facta est, huiuscmodi esse inquit. intelligit autem Oedipum, qui nunc tyrannus inscribitur: nam in Coloneo nulla persona agnoscitur. Sed illam quoque Euripidis in Iphigenia, apud Tauros scilicet barbaram nationem, manente, eiusdem generis esse inquit: cum autem in ea fabula geminæ tractentur agnitiones: quarum altera multum alteri virtute præstet, utram intelligat perspicitur verbis, quæ statim adiungit: in priore nanq; id contingit: illud vero ab Aristotele additum fuit, ut probaret agnitionem eam ortum habere ex statu præteritarum rerum: verisimile enim (inquit) est, voluisse Iphigeniam, quæ inuita illuc manebat: iniquoque animo ferebat, se illi sacrificio saeuo præesse, noctam egregiam eius rei facultatem, dare Græcis illis literas: domumq; ad suos scribere. Adiungit autem quod penitus illas constituit: vimque ipsarum ac laudem aperit. Huiuscmodi enim solæ sine factis signis & monilibus: quanto enim magis se quælibet remouet ab usu signorum, tanto magis laude digna est. Has autem ex omnibus agnitionum generibus, solas ait manere, atque efficere quod volunt, sine signis à poëta scilicet factis & excogitatis. & monilibus, id est notis extra corpus positis, ut analis, vestimentis, aliisq; eiusdem generis. Quod vero solas has non ut signis inquit, verum esse ex eo etiam patet, quia quæ primum dignitatis locum post has habent, id est quæ syllogismo constant, utuntur sane signis: habentq; fundamentum suarum conclusionum signa quædam, ut manifesto perspicitur ex agnitione Chœphorarum: Electra enim inuenta casarie in busto Agamemnonis, inde argumentata est, propter similitudinem capillorum, uenisse Orestem. Non dubito autem, quin πεποιησα, factaq; signa vocari: excogitata: & ut ei commodum fuit, facta & conformata tunc à poëta, non nata ex præcedentibus rebus, atque illius ortum ducentia: cuius modi fuerunt etiam signa illa, quibus Electra ratiocinata est, fratrem eò aduenisse: sunt nanque orta ex antecedentibus. Secundum gradum honoris tribuit agnitionibus, quæ syllogismo constant, dignasq; eas esse tradidit, quæ post primas illas recipiantur: nec ultra de illis quicquam agit, ut in primo gradu assignando fecit: diligenter enim illic consilij sui rationem reddidit.

Δέ τὸν μὲν μάθους σωματικού, οὐ τὴν λέξει σωματικά ξεθαύ, δηλαδόντες ὅμηρον τὸν θεόμηρον: οὐ τὸν μάθητα ἐναργέστατα ἔρων, ὁ τοῦ πατρὸς αὐτοῖς γνώμηνος τοῖς ωρχέτοις, θέρευοι τὸν πέπτον: οὐδὲ τοὺς δὲ λανθανότα τὰ ὑπεραρτία.

Oportet autem fabulas constituere, & oratione confidere, quam maximè ante oculos sibi ponentem: sic enim utiq; evidentissime cernens, tanquam rebus ipsis præsens adfuerit, cum gerebantur, inueniret id quod decet: & minime ipsum refellerint ea, quæ subcontraria sunt.

Cum & quot genera agnitionum essent: & quæ agnitiones ceteris meliores forent, docuisset, quia magnam laudem poëtis fert seruare in fabulis scribendis id, quod decet singulas personas: liberatq; eos magna culpa, non committere, ut in ipsis quicquam inueniatur, quod repugnet & aduersetur sibi ipsi, admonet quomodo haec obtineri possint: sedulo autem hoc præcipit, quia in tam longa actione: tantaq; rerum ac vocum expositione, difficile admodum est hoc penitus cauere, iubet igitur poëtas, & cum fabulas componunt: & cum oratione postea ipsas peragunt, ac scribunt deniq; quibus verbis singula personæ in animi sui sententiis edendis, usæ furent, operam dare, ut quam maximè fieri potest, res illas sibi ante oculos ponant. Res enim intelligere debemus, quamvis verbum, quod hoc valet, apud auctorem positum non sit, inclusum tamen illud est in nomine illo μήτρα: quod uidetur sententiam absoluere: fabula nanque nihil aliud est, nisi res illo modo coagmentata. Cum vero oportere hoc ipsos facere illis temporibus, diligentiaq; eorum esse id tradiderit, exponit, quæ commoda inde nasci debeant: sunt autem ea, quæ supra indicaui:

vt con-

ut consequantur scilicet illud magnum bonum tribuendi vnicuiq; id, quod ipsum decet: (in quo saepe negligentes poëtæ labuntur) & declinent id malum incidenti in res leuiter contrarias & sibi non nihil repugnantes, quod aliter vix vitati potest: sed non tantum commoda, quæ inde oriantur, ostendit, verum etiam quare illa ita comparentur, declarat: in quo etiam rei illustranda causa, simili vtitur. inquit igitur. Sic enim cum apertissime: in primisq; perspicue cuncta contemplatur, tanquam præsens adsit illis rebus dum geruntur, inuenire poterit, quod decorum vocant: & minime ipsum fugient, quæ illuc speciem aliquam contrariorum habent. Quin autem, qui præsens adeat, dum aliqua res geritur, subtiliter omnia perspiciat, quæ illuc eueniunt, dubium non est. unde hoc ipse usus est, ad rem non tam apertam illustrandam: facilis enim aliquid fugere potest in his rebus mentis aciem, quam lumina oculosq;. Υπεραρτία uero inquit, & non οἰκετία, quia quæ penitus repugnant, nullum negotium est intelligere, nec facile in tam apertum uitium laberetur poëta: quæ uero similia illis sunt, facilis fallunt. Valet autem Sic, cum in fabula componenda, & sententia etiam uerbisq; illa texenda, utetur hac cura, diligentiq; omnium earum rerum, quæ fiunt, sibi ante oculos collocatione: quod consequetur fixa cogitatione & toto animo ad eas res conuerso.

Σημεῖον δὲ τούτου, δὲ πλευρῆ τῷ Καρκίνῳ: δὲ καὶ Αὐτοφράξ εὖ ιόρου αὐτέν, δὲ μὴ ὄρδινται τὸν θεατὴν, ἐλαύνειν: Γέτι δὲ τοὺς σκλητούς εὖ περιτοτες, συγχρανάντων τοῦ τὸν θεατῶν.

Signum autem huius, quod reprehensionem afferebat Carcino: Amphiarus enim è fano exiit, quod non videntem spectatorem refellit: in scena autem lapsus, atque explosus est, stomachantibus hoc spectatoribus.

Vt magis utilitatem, quam in se hoc studium diligenter, haberet, ostenderet, commemorat quid incommodi euenerit ueteri poëtæ, qui hac diligentia usus non fuerit: nec sibi cum ad fabulam componendam, eandemq; postea scribendam accessit, res ipsas ante oculos accurate collocauit. puto enim hoc exemplum esse incommodi, in quod sæpè incidit ab eo, qui id, quod præcipit Aristoteles, non seruauit. existunt nanque in fabula aliquando loca non nulla contraria, quæ non apparenti, qui non omnia propè oculis notarit, dum res coagmentaret, ac uerbis postea explicaret: ut hoc ipsum fuit, quod narrat. Hoc uero ualere hunc locum arbitror, diligenter ponderatis uerbis auctoris, nam cum fabula amissa sit: nec quicquam alibi de hoc legatur, nihil certi huc afferri potest: hoc inquam ualere opinor, ut fabule ratio, quam scriptis Carcinus, postularit, ut Amphiarus exiret e fano nō animaduersus, neque cognitus hoc facere ab iis, qui aderant quod sane fingi potuit, & à poëta facile domi conformari: in fabula tamen postea agenda, & cum ipsa in scenam uenit, commentum illud exitum non habuit, quia spectatores, qui mente & oculis in scenam conuersi stabant, hoc uiderunt, & poëtam ipsum exploserunt: indigne hoc ipsum ferentes, atque id tentatum ab eo stomachantes. Quia autem uitium huius rei declaratur à consequenti, & à malo quod natum est in fabula, in qua hoc, quod similitudinem contrarij habebat, quia res ipsa repugnat consilio poëtæ, uocat illud signum: dicitq; indicium & argumentum esse eius rei, id quod fraudi fuit Carcino: & de quo ille insimulatus est: nam hoc requirere videtur sententia, ut dictum fuerit ab Aristotele, quamvis in uerbis Græcis uitij fortasse aliquid sit: non sine causa enim illa suspecta sunt: quod scilicet illic est, δὲ πτημάτων καρκίνων. Vt non temere suspicetur aliquis legi debere δὲ πτημάτων καρκίνων: cuius sententia fuit magni nomen philosophus: idemq; accuratus huius libri interpres, Madius. Ita igitur uidetur corrigi debere, siue δὲ πτημάτων pro δὲ πτημάτων, quemadmodum locutus est non longè ab extremo huius libri, vbi δὲ πτημάτων καρκίνων inquit. Nisi aliquis putet, ualere hic δὲ πτημάτων καρκίνων, culpam & reprehensionem illi affert, ut hoc nomine ipse vulgo

vulgo insimuletur. Sed ne verbum quidem illud *αἰσθάνειν* certum puto: vereorq; ne illic etiam maculae aliquid sit: cum præsertim ea parte parum sibi constent scripti libri, ut melius fortasse legi possit *αἰσθάνειν*: quod in margine etiam quorundam calamo exaratorum adnotatum inueni. *Ἐξιστεῖ* quod inquit, certum fanum facellumq; significat, dicatum, inquam, ipsi illi Amphiarao: vocatumq; vulgo *Ἄμφιαρεων*: non enim est huic, ut summum auguri, maximos honores habitos post mortem: hominesq; inde oracula petere solitos: in ipsum uero hoc fanum configuisse illum in prælio aduerso Argiutorum cecinit etiam Sophocles, si quid fortasse hoc ad hunc locum aliquo modo illustrandum faciat. Indicat autem hoc Strabo in ix. libro, qui etiam poëte ipsius id exponentis duos versus ponit. Quod sequitur. *δὴ μὴ δημόσῃ τὸν θεάτρον ἐλεύθερον*, valere puto, quæ res fallere potuit spectatorem, si aliò conuerbos oculos habuisset: consiliumq; poëte, qui id clam esse volebat, nec intelligi, ita existum habuisset. Sed in scena hoc optineri non potest, ut scilicet omnes qui in theatro sedent, aliò spectent: cum contra illi, intentis oculis semper ea, quæ illic fiunt, aspiciant: nec quicquam ipsos fugiat. Quod verò inquit: hoc ipsos indignatos, arbitror ea de causa id factum esse, quantum de re incerta, & valde obscura proferre licet, quia x̄egre tulerint illud de se iudicium à poëta factum: ac tam negligentes stolidosq; ipsos ab eo existimat, vt id clam esse posse putauerit.

Οὐαὶ δὲ σύνης καὶ τοῖς γέλυσι σωκράτης γαλέρυμον ποιεῖν: ποθανώτα τοι γέλη τοὺς αὐτοὺς φύσεις οἱ ἐν τοῖς πάθεσιν εἰσι: καὶ χειράνει ὁ χειραξόμυνος: καὶ χελεωτάνει ὁ ὄγηλόμυνος, ἀλιθινώτατα. διὸ διφοῖς οὐ ποιητική ἐστιν, οὐ μανικοῦς: Σύνην γέλη οὐ μεῖν, διπλασίαι: οὐ δέ, ἐξετασικοῖς εἰσι.

Quæcumq; autem possibile & figuris confidentem facere: maximè enim apti ad persuadendum ab eadem natura, qui in perturbationibus sunt. & fluctuare facit alium, qui ipse fluctibus agitatur: & ad irām commouet, qui ira commotus est verissime. Quare ingeniosi hominis poëtica est, aut furiosi: horum enim hi quidem facile formantur: hi autem facti sunt ad inquirendum.

Admonet nunc poëtas, postquam docuit, quomodo ipsi facile videre possint, quod deceat singulas personas, & cauere tanquam scopulum, ne in fabulis sit, quod sibi ipsi repugnet, qua uia optinere possint, ut personæ, quæ inducuntur in fabulas, facile fidem faciant: & in eodem motus, quibus ipsæ affecta sunt, traducant eos, qui audiunt. Iuber igitur, ut cum scribunt, carminiq; pangendo dant operam, exprimant etiam corpore gestus eorum personarum, quas tunc singunt: & tanquam illi ipsi fiant: nihil prætermittentes, quod non ipsi primum præbeant, eorum quæ in illis oratione effingunt. Verum quia hoc difficile esse sentit: nec in omnibus rebus præstari posse intelligit, excipit illas res, quæ hoc non patiuntur: sed tamen, vt appareat, nihil relinqui vult, quod exprimi illa ratione posfit. Valet igitur (nisi fallor) *καὶ τοῖς χειράσι σωκράτης γαλέρυμον*, ut poëta addat superiori diligentia, qua iussit illum cuncta sibi ante oculos collocare, hanc etiam sedulitatem, ut scilicet ipse omnes corpore gestus agat, quos affingit personis illis: nam hoc quoque ad veritatem rei cognoscendam: acutosq; sensus & idoneos rebus illis monstrandis excogitandos, multum adiuuat: neque enim hic puto Aristotelem quicquam præcipere, quod faciat ad histriones instruendos: artemq; eorum tradendam: sed ad poëtas ornandos, & in arte sua eruditiores reddendos. Rationem autem huius rei reddit: & quare utile sit in hoc elaborare docet, hoc pacto. Sunt enim (inquit) maxime apti ad persuadendum ab eadem natura, qui in perturbationibus sunt. Cum igitur, ut ipse affirmat, ac res ipsa testatur, maximè accommodati sint ad fidem faciendam, qui commoto animo sunt, atque ita affecti aliquid pronuntiant, poëtae ipsi qui in locis quibusdam tractandis

tractandis animo commouentur, conuertuntq; se in personas illas, quas oratione extimunt, egregie idem præstabunt. Licet autem intelligere ex eo, quod commemorat Cicero in Bruto, narratum à P. Rutilio, Ser. Galbam, grauem illum ac vehementem oratorem, naturę suę vi, suo illo in studio hoc facere solitum: eaq; de causa curam hanc ipsius magnos saepē fructus tulisse illis, qui ad eloquentiam eius confugerant: ita enim in consideranda causa, componendaq; se gerebat, vt si in foro minus cum aduersario tunc congressus esset: ac nō in remoto soloq; loco, quid postea in agendo sibi faciendum esset, meditaretur: vnde postea in contentione ipsa fortis acerq; apparebat. Quum autem semel hoc ipsum fecisse ostendere vellet cum magna utilitate publicanorum, qui ad eum causam detulerant, vsus est his tanquam signis. Interim quum esset ei nuntiatum tempus esse, exisse in ædes eo colore, & iis oculis, vt egisse causam, non commentatum putares. addebat etiam, idq; ad rem pertinere purabat, scriptores illos male mulcatos exisse cum Galba: ex quo significabat illum non in agendo solum, sed etiam in meditando vehementem atque incensum fuisse. Restat, vt videamus, quid valeant hic verba illa, *ἀπὸ τῆς ωτῆς φύσεως*, que Robortellus quoque aliquid in se scrupuli habere: diligenterq; esse perpendenda, rectè existimauit. Cum autem superiorum omnem locum eximiè ab eo, subtiliterq; declaratum putem, in hoc liberè ab eo vt amicus ab amico, de veritate dissentiam: arbitror enim potius conferre inter se Aristotelem homines pari natura ingenioq; præditos: quorum tamen alteri vacui ab omni motu animi sint: alteri vero vehementer commoti: dicereq; illos, qui correpti perturbationibus sint, magis id, quod hic queritur, præstare posse quam alteros: id est multo facilius imprimere in animos auditorum, quod volunt, quam alteros, qui sedato animo dicunt. Hunc verò sensum esse huius loci (nisi fallor) elicitur ex iis, quæ sequuntur: neque enim comparationem, quæ proficiscitur à natura, cum ea, quæ ab arte prouenit: nam præter alia argumenta, non inquit. *ἀπὸ τῆς ωτῆς φύσεως*, sed *ἀπὸ τῆς ωτῆς φύσεως*: neque sane sermones habitos inter se confert: sed personas, quales ego descripsi. Quare non video vnde manare potuerit illud λόγον, quod legitur apud eum in explicatione huius loci: in contextu sanè verborum auctoris illud non est. Cum igitur quantopere persuasione adiuuarent animi motus ostendere ueller, ut utilitatem eius præcepti explanaret, affirmauit qui perturbationibus tenentur maxime omnium aptos esse ad persuadendum. Sed quia hoc ita sine exceptione prolatum, verum fortasse non fuisset, quia possunt reperiiri aliqui maiore ingenio, quam ipsi prædicti, qui in hoc ipsos vincent: inquit se loqui de hominibus eodem pariq; ingenio prædictis: in quibus res dubitationem nullam habet. Addit autem, quod est declaratio confirmatioq; eiusdem sententiae. Et excitat fluctus in animis auditorum, qui ipse quoque fluctibus agitat: cum enim ipse vsus sit ad rem illustrandam, magnitudinemq; ipsius indicandam; verbis translatis, ego quoque unitari ipsum studui. Adiungit etiam. Qui ipse iratus est, exasperare alios, & in eundem animi motum trahere verissime: cui sententia adnectit tanquam corollarium: posse inde, inquam, intelligi, poëticam esse, id est studium condendi carmina aut ingeniosi viri, aut infani: nam quin ingeniosus quoque multum in hoc studio valeat: possitq; cum laude præstare, quod illic requiritur, dubium non est. Id vero, quia ingenij acuminis perspicit, quid singula tempora, rationesq; personarum postulent: atque ea sibi asciscit in condendo carmine, ut infra auctor ipse docet. Qui autem vehementi motu animi, & tanquam furore quadam percitus sit, posse etiam egregie hoc tractare, supra quasi declaratum fuerat. Quare potuit hoc certo affirmare: sed tamen id explanare uoluit: causamq; attulit vtriusq; sententia: inquit enim. Horum nanque hi facile in quodlibet finguntur: & omnem formam nullo negotio recipiunt: hoc enim valet *διπλασίαι*: non qui ipsi fingunt aliquid ac comminiscuntur, sed qui quasi cera, in omnes formas transeunt. intelligit vero *μανικοῦς*: id est proclives ad infaniam ac furem. Sequitur autem. Hi verò sunt facti ad inquirendum, atque omnes omnium mores motusq; animi perscrutandos: omnino enim puto legi debere *ἐπειράσματα*, quamvis & ipse in calamo exarato quodam inuenerim *ἐπειράσματα*: quod verbum habere locum hic (nisi fallor) non potest: cum enim superior sententia prolata sit de proclivibus

ad insania, necessario hoc pertinet ad ingeniosos: nam proclues ad insaniam & qui semina non parua eius fei in se habent, transiunt facile in omnes habitus animorum, & finguntur tanquam cerā. ingeniosi ipsi non huiuscemodi sunt: neque se induunt facile omnibus motibus animorum: sed cum facti à natura sint acerrimi rerum perscrutatores, ob vim illam eximiam ingenij, qua prædicti sunt, aciem mentis omnia perlustrant: vtunturque illo habitu animi ad excogitandas sententias aptas omnibus personis: diuersisque earum perturbationibus, dicere autem *μέντος* esse *ἐπειστηκός*. vt verbis Græcis utar, quod necesse esset, si lectionem illam sequeremur: præter quam quod frigidum & insulsum esset: idem enim proflus utraq; vocē significatur, nihil præ se ferret, quod ad artem studiumq; poëtarum pertineret. Ut vero hic perulgatam lectionem retinendam censeo, ita sustuli, securus auctoritatem plurium scriptorum librorum, è superiori parte particulam dō, quæ antea in excusis legebatur ante locum illum *καὶ χειράνθος χειράνθους*: neq; enim arbitror hoc inferri, & quasi elici è superiore sententia, sed potius, vt tradidi, ad illam explanandam constituendamq; positum esse. nec volo etiam omittere, quin admodum illud *πολὺ*, quod paulo antea positum est, ab iisdem libris abesse, vt fortasse tanquam declaratio quedam additum sit: si manet autem illuc (vt opinor) ualeat pangere ac versus condere. Similis uero est hic locus illi in iij. libro de arte dicendi, vbi incipit differere de uocibus urbanis, rationemq; illarum accuratè tradit: inquit enim excogitare ipsas esse aut ingeniosi hominis, aut exercitati, quemadmodum monstrare, quomodo conformatur, eset artis illius, quam tunc tradebat. Utitur etiam eodem nomine in eodem genere hominum significando: dixit enim *πολὺ μὴ οὐδὲ τὸν διάφυσεν τὸν καρκινούς*, & quæ sequuntur. Vocati autem hic sunt ab Aristotele. *οἱ τοις πάτερισιν τοῖς* homines illi, qui tunc aliquo animi motu turbido tenentur. Exempli causa metu, ira, amore: Ita quoque locutus est, atque eodem pacto ipsos vocauit in libro de informiis, quo loco tradidit eos, qui huiuscmodi aliqua perturbatione correpti sunt, facile decipi eo tempore in rebus sensu aliquo existimandis, vt si forte rem quampiam videant, quæ paruum modo similitudinem eius habeat, quod animum ipsorum perturbatum tenet, illud ipsum esse statim assuerenter. Exemplis verò multis rem explanat, quibus in omnibus eadem locutio est. inquit igitur. *Πατέρες ἀπετάμενα πολὺ τὰς αἰσθήσας: οἱ τοις πάτερισιν οὐτοις: ἀλλοι δὲ οἱ ἄλλοις, οἷοι δὲν λέγοις, οἱ φίβαι: οἱ δὲ φωτικοὶ, οἱ φωτι.* & quæ sequuntur.

Τούτοις τε λόγοις, καὶ ὅτε πεποιημένοις δέ τις καὶ σὸν ποιοῦντα εἰπεῖθενται καθόλου. Εἴδούτοις ἐπεισοδιοῦ καὶ παρατείνεν. Λέγω δέ οὖτας δὲν θεωρήθει τὸ καθόλου. οἶν τοῖς Ἀριστοτείοσ, τιθέσθι τινος καρκίνους αὐτοῖς λέγεται τοῖς θύσεσιν: ισρωθείσκες δέ εἰς ἄλλου χώραν, καὶ οὐ νόμος λεῖψεν εἰς τὸν θεόν, τούτῳ ἔχει τὴν ισρωσίλεων. χρόνῳ δὲν ὑστόρον τῷ αὐτελφῷ σωέθει ἐλθεῖν τοῖς ισρέασ, διατί; οἱ αἰνέλευ δὲν θεός, διά θεας αἰτίαν, ἔξω τῷ καθόλου, ἐλθεῖν ἐκεῖ: οὐδὲν φότι δέ, ἔξω τῷ μέθον. ἐλθὼν δέ, οὐδὲ λιθθεῖς, θύεθαι μέλλων, αἰνεγνώσκει: εἴθως Εὔεπίδης, εἴθως Πολυνίδης ἐποίησε κατὰ τὸ έικος. ἐπώλεις, οἱ οὐκ αἴτα μόνον τὴν αὐτελφίαν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ἔδει τυδεῖναι. καὶ αὐτόν-θεν ἡ σωτηρία.

Hosq; sermones & factos oportet, & ipsum facientem, exponere uniuerso: deinde sic episodia inserere & producere. Dico autem sic utiq; spe-ctari, quod uniuersum est. ceu Iphigenia. Cum imolata esset quedam virgo, sublataq; foret è medio, ita ut qui imolauerant, videre non potuerint: eademq; comportata in aliam regionem esset, in qua lex erat hospites imolare deæ, hoc nacta est sacerdotium. Sequenti autem tempore fratri con-

tigit

tigit eò venire, sacrorum eorum causa. cur? quia responsum dedit deus, quandam ob causam, quæ extra uniuersum, venire eo: & quod utiq; vt con-sequeretur, extra fabulam est. Cum venisset vero & captus foret, imola-ri debens, agnouit: siue vt Euripides, siue vt Polydes fecit, vt verisimile erat dicens. Quod profecto non solum sororem, sed & ipsum oportuit imo-lari, & hinc salus.

Cum præcepisset non nulla hoc loco, quæ poëtas instruerent: viamq; ipsis mon-strarent, quæ possent consequi suo in studio summam laudem; & ab omni culpa ab-esse: extremum autem eorum fuerat, vt gestibus etiam omniq; motu corporis ex-primerent personas illas, quibus sententias affingerent, adiungit nunc oportere illos hoc quoque diligentia adhibere, vt argumenta, quæ aut antea ab aliis facta fue-rint, aut quæ ipsi primi finixerint sui comimodi causa, antequam episodiis illa augeant, inculcentq; eo quicquam, quod fabulae proprium non sit, uniuersè expónant: quod cum fecerint, posse illos ostendit rebus aduenticiis argumentum ornare: corpusq; ipsius extendere. Animaduertendum tamen oportere priusquam hoc faciant, ipsos personis nomina imponere: neque enim aliter apta episodia eò inserere possent: quod paulo infra ipse declarat: & quasi à se nunc relictum admonet: ita enim illi lo-quitur, vt facile aliquis hoc suspicari queat. Ne autem quempiam fallat, quid in fa-bula quapiam commiune uniuersumq; sit, exemplo Iphigeniae id demonstrat: cuius fabulae argumentum, demptis omnibus, quæ aut certa definitaç: aut eò ornatus gratia comportata sint, commemorat: sed antequam, si quid illuc est, quod explicatio-ne egeat, declarem, non nulla, quæ superiore hac in parte animaduertenda vi-dentur, adnotabo. Primum enim quos λόγοι appellavit, arbitror significare ipsum voluisse argumenta: quamuis non me fallat, quæ Latini argumenta vocant, gram-maticos appellare solitos ὑπολίτες. eodem certe sensu, quo hic Aristoteles, videtur cepisse hoc verbum Antiphanes comicus, cuius plures versus apud Athenæum ini-tio sexti libri leguntur: in quibus queritur studium illud suum multis modis vinci ac superari ab opere tragicorum. initium igitur illius carminis est. μακαρίον ἐστιν ἡ τραγῳδία Ιφίγεια κατὰ πατέρα, οὐκέ πρῶτην οὐδέ την θυσίαν τοιούτην. Πρήτα τοιούτοις δέ οὐ πομπῆσαι πόσον Δῆτην ποιητώ. ille autem locus eius poëtae, cum plura in se ha-beat cognitu digna, & quæ intelligentiam non nullorum huius libri locorum adiu-uant, sepe à me citandus est. Aut igitur λόγοι dicentes & Aristoteles & Antiphanes, intellexerunt argumenta, aut fabulas: nam λόγοι fictam etiam aliquam narra-tionem, fabellamq; significare apertum est. fabulas tamen si accipimus, non, ut vul-gò fabulae poëtarum intelliguntur, accipere debemus, id est auctas episodiis, sed sim-plices atque illis carentes: nam quod Et ipsum, scilicet poëtam, dixit oportere hoc facere coniunctione addita, non sine illa, ipsum, arbitror id factum: quia hoc alij po-tius facere consuerant, qui fabulam eam diligenter lecturi essent, ut nunc videamus argumen-ta fabularum ante fabulas ipsas scribi, maioris intelligentiae causa: quamuis argumen-ta hæc ipsa tragœdiarum comediarumq; non solum quod in uniuersum est, complectantur. ipse igitur poëtam etiam ipsum hoc facere iubet: quod nouum erat & inusitatum. Deinde quod in excusis antea erat ἐπεισοδιοῦ καὶ παρατείνεν, immu-tauit posterius verbum, ac pro παρατείνεν, excudi uolui παρατείνεν, quomodo fere leg-itur in omnibus, quæ uidi, scriptis exemplaribus. in illis enim est παρατείνεν: quia quod contigit infinitis locis, librarius aliquis ut existimare licet, lapsus olim fuit in præpositione illa reddenda, quæ fortasse ita perperam *παρατείνεν* scripta fuerat. παρατείνεν sanè multo supra ipse inquit, cum (ut opinor) idem, quod hic significare veller: ait enim. λγωνισμούς ποιῶντος, καὶ παρὰ διάχειρι παρατείνετο μέθον: & quæ sequun-tur: nam quod prius erat παρατείνεν, potius ordinem texturamq; uidetur significa-re, quāmad porrigendam fabulam, supplendamq; aliqua re externa pertinere. Est præterea aliud, quod admonuisse oportuit, cum illuc communem lectionem varia-uerim: initio enim huius partis cuncti calamo exarati τούτοις habent pro ἄτο: qui ta-

men statim in aliis pusillis rebus inter se dissentunt: quidam enim ipsorum habet. τούτους περιέχει: alius verò τούτους περιέχει: nec deest etiam in quo legatur τούτους περιέχει. Sequitur autem. Dico autem sic spectari, quod in vniuersum est. Ceu Iphigeniae: neque enim contentus fuit optimus magister praecepisse quid hic opus factum esset, sed exemplo etiam id illustrare uoluit. necesse autem habuit sumere argumentum aliquod, fabulamq; notam. Quare sumpsit casum illum, qui continetur tragedia, quæ vocata postea est Iphigenia: neque tamen Iphigeniam Euripidis intelligit, sed omnis poëta, qui leuiter etiam immutatum argumentum illud persecutus esset. non tamen facere potuit, quin argumentum aliquod certum appellaret: ostenderetq; cuius fabulae vniuersale exponeret: quod enim in vniuersum est in hac fabula, nullo modo est in alia. in eo autem postea exponendo nomen virginis reticuit: quia quod Iphigeniae contigit, alij etiam virginis vñu venire potuit. Iphigeniae igitur exemplo rem explanare voluit: atque inquit τυπεσθε τινός καρης, id est cum imolata esset: hoc enim tempore res factas, & ad exitum perductas significare solent: hoc tamen repugnat, quia si maestata fuisset, in alias terras comportari non potuisset: quare uidetur hic valere cum deduceta ad aras esset, ut imolaretur: ac sacerdos iam, quod muneris sui erat, peregriset, illa subito e conspectu omnium sublata est, ita, ut nemo ministrorum illorum, quomodo id factum sit, videre potuerit. addit autem, Quamvis ratio ipsa omnes fugerit, eam comportatam fuisse in aliam tellurem, in qua cum institutum esset peregrinos atque externos homines imolare deæ, huic ipsam sacerdotio ministerioque præpositam fuisse. Animaduertendum vero hinc omnia remouere Aristotelem, quæ rem definiunt: nec nomen regionis eius pone-re, nec deæ: idem enim contingere potuit, si in aliam terram virgo illa deuecta fuisset, in qua idem mos sacrificandi extitisset. Adiungit autem post spatium temporis, quod consecutum est, vñu uenisse fratri ipsius, cuius etiam nomen non ponit, sed tantum, quod res postulabat, fratrem eum fuisse narrat, ut eò ueniret illorum sa-crorum causa: quod factum docet, ut iter (inquam) illud susciperet, quia deus ius-ferat, eò accedere: sed ne causam quidem eius itineris ponit oportere dicit, quia id extra vñiuersale foret: ut enim illò accessit, ut expiaret scelus, quod commiserat, Orestes, ita alia de causa, aut ipse, aut alia persona proficiisci potuit. Ostendit etiam causam, quæ eum impulerit, ut eò accederet, extra fabulam esse: quia id non fuit è numero eorum rerum, quæ ea die geri debuerunt, sed quæ superiore tempore gestæ sunt. Sequitur autem. Cum eò venisset, captusq; foret. Omnibus iam paratis, ut ex consu etudine eius regionis imolaretur, ipsum fororem agnouisse: cuius agnitio-nis gemina iam rationes traditæ fuerant, & ea, qua vñus est Euripides, quam non commemorat: ille enim epistolam, quam dedit alteri eorum captiuorum Iphigenia, ut eam in urbem Argos ferret, originem agnitionis fuisse voluit. Et ea, quam Polyides excogitauit, qui verisimilis auxilio id factum narrauit: quia verisimile erat Orestem, cum eò loci venisset: vidissetq; sibi tanquam victimæ alicui paratam necem, recordatum eiusdem interitus, quo vitam finierat ipsius soror, cum gemitu in ea verba prorupturum. Non solum igitur sororem meam, sed me quoque ipsum fa-to datum erat imolari debere. Extremum autem huius in vniuersum: atque sub-latis & personis certis & locis & temporibus narrationis, hinc salutem, naectum atque è tam magno periculo illum conseruatum fuisse. hinc verò, id est è cognitione hac. Animaduertendum autem, præter quādum quod aliud initium ponit agnitionis Polyides ab Euripide, in hoc etiam ipsos inter se dissensisse: quod Eu-ripides facit fratrem sororem primum agnouisse: Iphigenia enim indicauit, quæ for-ret, cum argumentum epistola exposuit: Polyides verò sororem primam fratrem suū illum esse perspexisse: audita nanque voce illa suspicata est esse illum Orestem.

Μετὰ δὲ τῶν ταχαίνων τὰ οὐδέματα, ἐπεισόδιαν. ὅπως δὲ ἔσαι οὐδέματα ἐπεισόδια, σκοπεῖν. διὸν εἰ τῷ Οὐρανῷ μανία, διέλεξε ληφθή, ηγὸν οὐδεμία διὰ τοῦ ιεράρχοτεως.

Post hanc autem, cum iam supposuerit nomina, episodia inserere: quo-modo

modo autem erunt sua propriaq; illarum rerum, episodia videre. Ceu in Oreste insania, per quam captus est, & salus per expiationem.

Officium omne diligentis & eruditæ tragici tradit Aristoteles, instruitq; ipsum accuratè, ut plurimam ē suo studio gloriam adipiscatur: cum enim supra docuisse oportere ipsum primum exponere in vniuersum fabulam atque argumentum: deinde illo facto episodiis ipsam augere, tradita ratione, qua cognosci possit id, quod suū propriumq; est omnis fabulæ: exemplo nanq; vnius, quomodo ceterarum omnium argumenta intelligentur, explanavit, nunc quæ restant, atque ordine consequuntur, præcipit. Primum igitur, cum in expositione illa fabulæ in vniuersum nomina, ut patesactum est, defuerint, affirmat oportere poëtam nomina personis imponere: ita enim personas certas definendo discedere incipit à narratione illa, quæ in vniuersum facta erat. Sed hoc munere ipsius tantum indicato: temporeq; quo ei rei opera danda est, monstrato, id, quod maiorem curam requirit, diligenter præcipit, ut impositis scilicet nominibus omnibus personis, episodia fabulæ adnectat: cuius etiam rei tempore indicato, cuiusmodi illa esse debeant, docet: neque enim omnia episodia eodem pacto laudantur, aut improbantr, nec cuncta deniq; sunt eiusdem tenoris: quædam enim cū vera fabula admodum coniuncta sunt, propriaq; illarum rerum: quædam contra inde aliena, valdeq; ab ipsa remota, ubi igitur, ut sua propriaq; illarum rerum, quæ continentur in fabula, episodia captentur. Cur autem non prius oportere putet, quādum nomina imposita sint personis, episodia inserere, facile intelligitur, si quis accuratè attendat: cum enim velit, ut sua propriaq; illa sint, si personæ incerta adhuc fuissent, id effici nullo pacto potuisset, quum inde ipsa du-cantur, ut statim declarat: necesse igitur fuit, ut hoc præstari posset, id expectare: Exemplis verò ostendit: quæ episodia eius generis existimari debeant, dicens. Ceu in Oreste insania, per quam captus est, id est in potestatem venit pastorum eorum, qui captiuum illum ad Thoantem regem ut imolarentur, duxerunt: hoc enim valer ληφθή, quo verbo etiam vñus est supra, in re generatim exponenda: inquit enim ληφθή, καὶ ληφθή: non, ut quidam videntur accepisse, qua captus fuit, quasi signifi-carit, quæ ipsum inuasit: hoc enim nullo modo verum est: ostendit enim Aristoteles, quæ sint episodia illius ipsius tragedie, cuius vñiuersale iam exposuit. Nec ta-men me fallit ληφθή, illo intellectu dici, quum morbo aliquo quispiam tentatur: ita enim quoque Sophocles hoc verbo locutus est. Sed quæstio nunc est de re ipsa, non de verbis, & sermonis ipsius proprietate: Quomodo autem Orestes vñà cum sodali suo Pylada captiuus factus sit: & quomodo infatia causa fuerit eius inco-modi, accuratè illic exponit bubulus Iphigeniae. Nam cum furore Orestes agitarī cœpisset, postquam in Tauricam regionem venit, dum tempus consilio suo peragen-do expectaret, impetum fecit in greges & armenta, quæ in vicinum litus compule-rant pastores, districto gladio: vnde malo coacti quidam pastores buccina reliquos conuocarunt: citoq; magnum numerum & pastorum & agricolarum coegerunt: qui omnes ægre & post magnam concertationem illos fessos ceperunt. Hoc igitur mani-festo valer hic locus. Nam in eo etiam quod sequitur, id est in altero episodio, suo & ipso illius personæ ac rerum, eodem modo idem lapsi videntur: neq; enim quod auctor inquit, Et salus per purgationem, valet eum infaniam liberatum esse, quia sce-lus ipsius maternæ necis expiatum est: hoc enim in ea fabula non efficitur: sed signi-ficat cū cognitum iam à se Orestem Iphigenia periculo illo liberare vellet: erat enim neci destinatus: vrgebatq; rex eius telluris, ut peregrinos illos ex more maestaret, il-la hanc rationem excogitauit: dixitq; oportere prius purgare simulacrum inquinatum aspectu matricidæ, sed hostiam etiam illam impuram prius abluerre necesse esse: illo enim modo nō posse vlo pacto idoneam victimam esse Diana, cum statim etiam vñus à se ipsa eum auersata esset. ad hoc autem mirifice aptam esse, quæ ablueret il-las omnes maculas, aquam nauis. Quare statuisse se & Orestem, & simulacrum eius deæ impositum in nauim longe à terra asportare, ne aliquis aspectaret: ita enim astu-te regi illi imposuit: fratrisq; salutem dedit; quem sine huiuscmodi aliquo callido

commento eripere morti non poterat. Autigitur hoc significat hoc in loco στοιχία: idem scilicet, quod superiore loco, quo itidem vñus est hoc verbo, aut valet eum conseruatum esse, saluumq; ex ea regione dimissum: duabus enim rationibus eguit Orestes, quæ ambæ salutem ipsi darent: neque enim satis illi erat non madatum in ara Dianaæ esse, sed in columnis ex ea tellure, manibusq; dñi regis dimitti debuit. In fabula etiam hac ipsa Euripides, vbi inducit Iphigeniam fratri narrantem, quemadmodum saluum illum inde abducere cogitaret, ac quid in mentem ipsi venisset, aptū ad regem decipiendum, hoc penè uerbo vñus est, nam inquit. Οὐ καθάρην ὅντα τούτον δύον δύον φίλων. Significat igitur εἰς τὸ Ορέστην hic in persona illius adolescentis: neq; enim intelligit tragediam Euripidis ab ipso appellatam, in qua nihil agitur, quod ad expiandum scelus ipsius, aut aliam ullam rem purgandam faciat: nam in ea etiam episodium ex insania ipsius depromptum est: ita enim illic quoque fingitur insanire, ut Electra nulla ratione eum consolari posset: demereq; ipsi illum inanem metum: notum enim est Orestem, statim vt matrem interfecit, genere quodam insaniam vexari coepit: falsisq; imaginibus perterriti: putabat enim furias se persequi tardis ardentibus, vt scelus illius necis vlciscerentur: nam hoc alterum genus insaniam esse testatus etiam est Celsus, positis exemplis ipsius & Aiacis. Ita igitur accipi debet εἰς τὸ Ορέστην: nisi forte, quia hoc durum videtur, quod ad locutionem pertinet, aliquis credit abundare hic præpositionem εἰς, inculcatam temere ab aliquo, qui falso putat intelligi hic debere tragediam ab ipso uocatam, non personam Orestis: nam illo modo moris est potius fabulam significare: existimetq; si remoueat illa, locutionem plenam vñitatemq; esse, quia intelligatur οἰκεῖα: sine dubio enim insaniam, quæ conficit episodium, conuenit personæ ipsius: fecisseq; ea ipsum, quæ gessit, furore corruptum, cadit in hominem eum.

Ἐν μὲν οὐδὲ τοῖς δράμασι τὰ ἐπεισόδια (ώπομα: ἢ δὲ ποτοῦ α τούτοις μηκάνεται. τοῦτο γάρ Οὐδυσσέας μακρὸς ὁ λόγος δέν, ἀποδημοῦ τὸς Ήνος ἐπιπολλάκ, καὶ παραφυλαπομένου τὸν τὸ Ποσειδῶνος, καὶ μένον οὗτος. ἐπὶ δὲ τούτοις οὐ τοις ἐχοῖτων, ὡς τε τὰ χρήματα τὸν μυνισκέων αινάλιονεθαι: καὶ δὴν ήδη ἐπιβουλόνεθαι: αὐτὸς δὲ αὐτινέται ταχειμαθεῖς, καὶ αναγνωρίσας Ζεναῖ, αὐτοῖς ἐπιθέμαντος, αὐτὸς μὲν οἴστης: τὸ δὲ χρηματοδότης διέφερε. η μὲν δινέσιον δέρε: τὰ δὲ ἄλλα, ἐπεισόδια.

In dramatibus igitur episodia concisa: epopœia autem his producitur. Odyssea namque longum argumentum est, Peregrinantis cuiusdam annos multos, & obseruati à Neptuno, & solius existentis. Adhuc autem domesticis rebus sic se habentibus, vt fortunæ ipsius à procis absumerentur: & filius insidijs appeteretur. ipse aurem venit tempestatibus vexatus, & cum agnouisset quosdam, ipsi imponens, ipse quidem conservatus est: inimicos autem perdidit. Proprium quidem igitur hoc est: alia autem, episodia.

Cum episodia tragœdiarum comœdiarumq; propria non sint, sed communia ipsi cum epico carmine: nec tamen omnino paria in his diuersis poëmatum generibus, quid discriminis inter illa ueretur, admonet: affirmatq; in dramatibus: ita enim poëmata illa omnia appellantur, in quibus inducuntur personæ ipsæ, quæ gerunt aliquid, non eorum facta à poëta commemorantur, episodia concisa breviaq; esse debere: in epopœia autem, prolixa: genus enim illud carminis porrigitur, longitudinemq; acquirit, ope horum episodiorum: Nam quin epopœia longum fusumque poëma sit, dubitari non potest; hoc enim manifestò tenetur ex Iliade, atque Odyssea: nec non aliis etiam operibus eius generis poëtatum. Non multo etiam infra significauit hoc poëma longum esse: de ipsoq; loquens, usurpauit vocabulum, vnde hoc

hoc verbum conformiatum est: inquit enim. οὐ μὴ γένεται τὸ μῆκος λαμβάνει τὸ μέρον τὸ πρέπον μήνεος. Sed etiam multo infra huius ipsius poëmatis coagmentationem dixit habere μῆκος: discrimina ostendens, quæ inter ipsum sunt & tragediam. & non multo post eum locum, vocavit μακρὰ coagmentationem omnis operis, quod carmine heroico scriberetur, cuiusmodi in primis epopœia foret. quare videtur, si quis hos tres locos attendat, quos vt aptos huic sententiae confirmandæ, indicaui, non tantum poëma ipsum, refertum episodiis, posse vocari, de quo dubium non est, longum atque prolixum, verum etiam στρατική coagmentatione: illius longa esse rectè dici. cum tamen ex iis ipsis verbis, quæ in manibus habemus, aliter acceptis, possit alius suspicari rem contra se habere: cum enim tradat epopœiam episodiorum ope extendi, longamq; reddi (valet enim ἡ ἐποποεία τούτοις μηνιάτην (nisi fallor) contrarium eius quod dixerat in drama in episodio esse concisa: significat igitur in epopeia illa esse prolixa) videtur simul ostendere ipsam sua ui breuem pusillamq; esse. & sane omnis difficultas in hoc manet: cum inquit scilicet. τῆς γένεταις μακρὰ ὁ λόγος ἐπί, cuius rei rationem reddere voluerit, probare ne ac constitueret longitudinem ipsius, siue confirmare Odysseam, non adhuc ornatam episodiis, exilem esse ac minutam: quamvis in ea quoque tali, id est in fabula illa simplici & argumento ipso, appareat prolixitas quædam, propter spatum saltem temporis, & varietatem illam rerum. Quare si accipimus vt supra feci, reddit planè rationem eius, quod uerba illa significant. id est probat epopœiam ope episodiorum in iustum longitudinem portigi. Si vero credimus ipsum causam afferre eius, quod inde etiam elici potest, id est probare velle sine episodiis pusillam futuram epopœiam, ita quoque vt arbitrari sententia aliena non erit, vt significare voluerit longitudinem illam, quæ certnitur in omni opere epico, competitari eō ab episodiis: nec propriam esse argumenti: imperitus enim aliquis, & qui distingue non posset episodia ab argumento eius poëmatis, prolixitatem illam oriri putaret ab argumento. Verum oportebit lectio nem immutare, ac pro μακρῷ scribere μηκός. quæ sane peruersio scripturæ, cum magno non sit: possitque sine multa licentia corrigi, tamen conjectura ntitur: omnes nanque & excusos, & scriptos libros constat μακρός habere. Posset autem aliquis falsum esse putare, quod illis verbis significatur. Odyssea inquam λόγον esse prolixum, qui acciperet illud verbum λόγον, vt accipi sine dubio debet, pro argumento eius operis, ac fabula ipsa, vnde remota sint episodia, atque existimaret Odyssea argumentum pusillum esse. ideoq; à me conjectura restitutam lectionem probaret. Hoc verò verum esse videtur in primis ostendere, quod statim exposito illo, quasi hoc ipsum monstrare vellet, inquit. τὸ μῆκος οὐδὲ τὸ πότον, tanquam enim affirmat hoc, quod paucis narravit, suum ac proprium esse eius fabulæ. Sed etiam in principio ipsius videtur auctor ipse idem significare, qui inquit. Peregrinantis inquam cuiusdam annos multos: in quo animaduertendum est, cum quod uniuersum est eius operis narrat, non ponere ipsum illius nomen, qui tam longo temporis spatio errauit: quamvis supra Odysseam appellari, cum poëma ipsum refertum, ornatumq; omnibus rebus intelligeret, vt supra quoque fecerat, cum tragedia argumentum exponere vellet. Iphigeniæ enim illic inquit. Vnde certo perspicitur, quomodo locus ille accipiens sit: sed non tantum Vlyssis nomen inde remouet, sed reliqua etiam omnia, quæ definire res illas potuissent. Peregrinantis igitur tantum cuiusdam narrationem illic esse docet, & obseruati à Neptuno, qui illi iratus redditum eius impediébat. Hoc enim vt opinor, ostendit præpositio παρά, quæ adnexa est huic verbo iunctio: ualeat enim illa, dolum astutumq; consilium in ea re adhibitum: quam rem verbum illud, cum quo coniuncta est, significat. Ostendit igitur hic Neptunum semper Vlyensem post mortem Cyclopis seruasse, animo nocendi. Nam qui φυλάσσονται, simpliciter, vt adiungentur, defendanturq; à malo, plerunque custodiuntur. Sequitur autem. Et solius existentis: quo declaratur illum amisisse socios, variis casibus conflictatum: relictumq; solum, tamen uix iniuenisse finem tantorum laborum. Quibus ipsius maris adiuncta est narrat, quod res ipsius domesticæ ac priuatæ pessimè se habebant. nam patrimonium illius à delicata iuentute, amatoribusq; vxoris dissipabatur: ac filio insidijs fiebant: ipse igitur in hoc statu rerum suarum domum rediit tempestate

iactatus, ac cum quosdam agnouisset, procul illis imposuit: ipseque ex eo certamine saluus euasit: inimicis interfectis. Quod autem apud auctorem est. *καὶ αὐτοὶ μεριστοὶ τινὲς ἀπό τοις ἐπέμβησαν*, videndum est an valeat, eum insidiatum fuisse procul, cum ē procorum ipsorum numero quosdam agnouisset: siue potius cum ē suis quosdam agnouisset, omnibus procul imposuisse. in extremo uero posuit, exposito iam in uniuersum argumento eius operis: quod ostenderet id quod proxime fecisset, rationēmq; traditam esse significaret, qua distinguerentur episodia à rebus propriis eius poëmatis. inquit enim. Proprium igitur Odysseæ hoc est, quod scilicet paucis narranti: reliquæ autem omnes partes sunt episodia, id est res alienæ, & augendi ornamenti: poëmatis eius causa ē in ueste. Auxilio vero huius distinctionis intelligi poterit, quod suum propriumque eius fabula est, & quod extrinsecum atque aduenticium, in alio quolibet poëmate. Animaduertendum autem, quod inquit. *ἱπποῖς ποίᾳ τούτοις μικώπου*: neque enim epopeia tantum episodiorum ope porrigitur, sed tragedia quoque eadem ratione crescit. Cur igitur hoc epopeia soli tribuitur? An μικώπου cum dixerit, ostendere uoluit immensam ipsius longitudinem: quamuis enim tragedia quoque ab episodiis incrementi aliquid accipiat, non tamen ad eandem longitudinem peruenit. Quare supra de illa differens, usus est verbo παρατέλειν, quod ualeat porrigitre & extendere. Nolo etiam præterire, quin indicem me suspiciari verba illa. *Ἐπεὶ δὲ οὐκοιστοις οὐτοις χόρων*, mendi aliquid continere: arbitriarique ita de legi debere: nam quod infra coniunctionem & restitui, cum prius excusi tantum haberent, *ἀδέονταις ἀφικνέσθαι*, id feci secutus fidem, consensumque plurium scriptorum librorum.

Ἐπεὶ δὲ πάσις πραγματίας: τὸ μὲν, δέοις: τὸ δὲ, λύσις. τὰ μὲν ἔξωθεν, νοὲ εἴα *τὰ δὲ ἔσωθεν τολμάνεις καὶ δέοις: τὸ δὲ λοιπὸν, καὶ λύσις. Λέγω δὲ δέοιν μὲν* *Ἐπεὶ τὸν ἀπ' αρχῆς μέχρι τούτου τὸ μέρος, δὲ ἔχαστον ἐστιν, εἰς οὐ μεταβάσιν εἰς* δύναμιν: *λύσιν δὲ, τὸν ἀπ' αρχῆς τοῦ μεταβάσεως μέχει τέλος,* *ῶστε εἰ τῷ Λυγκεῖ τῷ Θεοδέκτῳ: δέοις μὲν τὰ τε προτοτερεργάμια, νοὴ* καὶ τὸ σωδίον λύσις. *λύσις δὲ οὐ ἀπ' τοῦ αὐτόσων τῷ θαύματον μέχει τὸ* τέλον.

Est autem omnis tragœdia: hoc quidem, nexus: hoc autem, solutio. Ea quidem quoque extrinsecus, ac non nulla eorum, quoque intrinsecus, sape sunt colligatio. reliquum autem est dissolutio. Dico autem colligationem quidem esse eam, quoque à principio est, usque ad hanc partem, quoque postrema est, ex qua transit in res secundas. dissolutiō autem, quoque à principio transitus usque ad finem, quemadmodum in Lynceo Theodectis, nexus sunt ea omnia, quoque ante gesta sunt, & pueri sumptio: dissolutio autem à loco illo, quo causa mortis obicitur usque ad finem.

Cum longe aliud esse in tragœdiis docuisset veram materiam atque argumentum ab episodiis: & episodiorum etiam ipsorum discrimina posuisset: neque enim eadem est longitudine episodiorum, quibus producuntur tragœdia, cum longitudine episodiorum, quibus epopeia corpus extenditur, atque in immensum trahitur, tradit nunc quod commune est omnis tragœdia, & illius, quoque complicata vocari potest: ab ipso enim πεπληρωμά appellata est: & illius etiam, quoque simplex: ut altera ipsarum pars ligatio nexusque sit, qua res perturbata confusaque, inter se continentur: & nondum, quoque ad alteram partem veniant, nodus aliquis dissoluatur, potius semper magis implicatur: altera vero cum paulatim explicatur, ac nodi illi dissoluuntur. Cum hoc igitur à nulla tragœdia abesse posse tradat, quoque pars ipsius hoc, ac quoque illo nomine vocetur, declarat: primumque quoque ordine procedit, explanat, affirmans,

quoque

qua sumpta sunt extra, & non nulla etiam corum, quoque condita intus sunt, sape numero esse colligationem: quo significare videtur, cuncta, quoque ascita illuc sunt, adiuvare nexum fabule, ac parti illi seruire. cui tamen etiam rei aliquando pars eorum, quoque posita sunt in fabula, seruat. Neque enim videntur manere posse externa hęc & aduenticia, nisi habeant, in quo tanquam in solo quodam hærent, aliquid fabulae proprium. Cum vero docuerit, quid plerunque fiat, ac ratio ipsa postulet, non ostendit quomodo hōc aliter geratur. arbitror autem intelligi debere, quum hoc, quod verius est negligitur, ac res deniq; quauis ratione aliter administratur: quare videtur constare nexus ē genere duarum harum rerum: cum dissolutio tota conformata sit ē rebus fabulae propriis, & quoque fixae sint in visceribus ipsius: ut cum poëta ē uenerit, toto animo inculcat in dissolutionem ipsius: nihilque illuc inculcat, quod alienum sit: sed non ita aperte tradit Aristoteles, ē quibus dissolutio conflata sit, ut fecit, cum docuit, quoque foret materia connexionis, quia fortasse ipsa non permixta est, confusaque ē duobus generibus: inquit enim solum. Reliquum autem fabula est dissolutio. Cum autem quasi materiam ostendisset, e quibus ipse manent, alia ratione: à locoque, quem illæ occupant, ambas demonstrat: inquit enim primum priorem aggrediens, significansque se hoc facere animo rem magis explanandi. Dico autem colligationem quidem esse, quoque à principio usque ad hanc partem, quoque ultima est, ex qua migrat in res secundas. illam igitur nexionem esse ait, quoque ab initio ipso fabula incipit, & extenditur usque ad partem eam, quoque postrema est: neque enim terminus ipsius fixus certusque est: sunt enim quædam breuiores, quædam vero productiores connexiones. postremam autem non fabula ipsius: sed, ut ipse docet, post quain statim immutatur vis fabulae: cumque res omnes aduersæ antea in ea fuissent, plenæque magnorum malorum, lux incipit apparere: ratioque, quomodo inde exiri possit, & in contrarium fortunæ statum transiri: exemplo enim utitur tragiciarum illarum, quarum initium triste erat: exitus vero latus. Hac autem parte ita quoque explica-ta, alteram explanat: aitque dissolutiō esse eam, quoque incipit ab initio non fabula, sed transitus ac migrationis, id est quoque ducit originem ab eo loco, ubi terminatur connexionio: tunc enim incipit fabula solui, cum variatur natura earum rerum, ita, ut contraria paulatim fiat. Cum vero omnia exemplo illustrasset bonus & eruditus magister, male factum est, quod fabula illa, unde ipsum sumpsit, perire, ut quod inde expectari debuit, lucis nobis nihil afferat. Lynceus autem illa vocabatur: Theodectesque Phaselites auctor eius tragœdia fuerat: pauca vero, quoque de illa tradit, & ipsa obscura sunt: cum amissio argumento eius fabulae, omnia in incerto restent illuc igitur inquit connexionem esse omnia, quoque ante gesta sunt: & præterea pueri acceptiōem: secutus enim ipse quoque consensum scriptorum librorum, προπεπραγμένη lego: nam quomodo hic accipi debeat, cum plures eius nominis notiones sint, λύσις: resque de qua agitur penitus incerta, affirmare non ausim: ualeat ne cum puer est sumptus in manus, siue cum in potestatem inimicorum venit, ut putauit Paccius, qui captiuitatem reddidit. & sane πόλις χαλεπή λαβεῖ dicta est à Demosthenè, quoque inuita foret, ac vix expugnari posset. & paulo supra, ubi episodiorum, quoque conuenienter personæ Orestis, mentionem fecit, ἐλέφθη eodem pacto ab auctore usurpatum est. Sed quamvis de hoc liquido aliquid affirmare possemus, non tamen ea de causa vim exempli teneremus. Dissolutiōem vero in ea fabula elīt inquit, omnem eam partem, quoque à loco illo incipit: in quo quidam reus agitur mortis: cædisque: cri menque, id ipsi obiicitur: usque ad finem tragœdia. nam ἀτίστων hoc quod dixi, valeat arbitror. Polynices quoque apud Euripidem, cum se patriæ purgare vellet: docereque causam eorum malorum, quoque ipsi impendebant, apud fratrem manere, diresto ad eam sermone, ait. *καὶ τίστοι πόλις ψινταί, μή με: τόν δ' ατίστων*. Cum autem interpres, qui ante me commentarios in hunc librum confererunt, viderent exemplum ab Aristotele positum, irritum esse, remedium huic malo adhibere volentes, accesserunt ad nobilissimam Sophoclis fabulam: in Oedipoque ipso monstrare conati sunt, qui connexus illic esset, ac quoque dissolutio. Dissentit vero Madius à Robortello in solutionis initio existinando, seduloque contra ipsum disputauit: ipse igitur quoque arbitror me debere, quid mei iudicij de hacre sit, patefacere: & cum aperte ab au-

Store traditum sit dissolutionem incipere ex eo loco, vbi initium ac fons est migrationis, puto dissoluti nodum illic coepisse, statim, vt Oedipus cognovit ex sermone Iocasta interfectum fuisse Laium à viatoribus: subito enim timere coepit, ne ipse auctor eius cædis fuisset, qui in prætereuntem olim fortunatum hominem, impetu facto, iniuria à famulo eius in via accepta, eum comitésq; ipsius, uno excepto, omnes interfecit: hæc enim hoc exponentis ipsius verba sunt: οὐ νῦ ἔχοντας τὸ πρᾶγμα εἰχείνειν τὰ πάντα, καὶ αὐτὸν τοὺς φρεστούς. Quin autem tantus animi motus: suspicioque ingens, ne se magno scelere contaminarit, perturbare statum fortunatum ipsius, ac conuellere uitam antea beatam debuerit, dubitare non possumus.

Τραγῳδίας δὲ εἴδη εἰσὶ πέντε: τοξῖτα καὶ ηὔτα μέρη ἐλέχθη: οὐ μὲν τὰ πατέρων, οὐδὲ τὰ δέσμων πάτερα ηὔτα αἰνιγνώσκοις: οὐδὲ πατέρων. οὐδὲ Αἰαντός, ηὔτη οἱ Γένοντες: οὐδὲ θυτικά. οὐδὲ οἱ Φθιώποις, οὐδὲ οἱ Πηλίδαι. οὐδὲ τέταρτον. οὐδὲ οἱ Φόρκιδαι ηὔτα Περσικῶν, ηὔτη οὐδὲ εἰς ἄλλη.

Tragœdias autem species sunt quatuor: tot enim & partes dictæ sunt: hæc quidem perplexa: cuius totum est peripetia & agnitione: hæc autem pathetica. Cen Aiacesq; & Ixiones: hæc autem morata, vt Phthiotides, & Pelus. Quartum autem, vt Phorcidesq; & Prometheus, & quæcumq; apud inferos.

Cum affirmasset, nullam inueniri tragœdiam, in qua non esset & nodus ille vinculumq; quod ipse nunc uocat θέσην: alibi uero πάντα appellavit: & dissolutio eius nodi, & quæ in tragœdia partes hæ forent, & ubi manerent, docuisset, nunc tradit quot species ipsius inueniantur, & quibus qualitatibus ipsæ inter se distinctæ sint. Finis tamen ipsius nunc est, non solum hæ tradeſe, sed etiam admonere poëtam & instruere, ut possit in omnibus his diuersis fabularum generibus egregieſe gerere, ac summam in illis tractandis laudem adipisci: cum enī explicatis iam penè iis, quæ ad fabulam pertinent, cogitet ad alias partes tranſire, colligit prius non nulla, quæ ſedulo ſint à poëtis ſeruanda, & vim præceptorum quorundam habeant. Vnde ſep̄e his vocabulis utitur, quæ ad hoc efficiendum valent, & initium plerūq; ſunt θέσης θεά, & χρή. Cum tamen aliquando hæ præceptiones requirant, ante quām tradatur quid facto opus ſit, explanationem aliquam, ut prima hæc; non in principio statim hoc ponit, ſed infra, expofita iam re. Vbi uero res ſatis certa eſt, orditū à uoce hac, quæ præcipit & mandat, quid facere opus ſit. Cum autem ſuperiores duas partes, locis separatas in omni tragœdia inueniri neceffe ſit. Contra hic ſe res habet, ut tragœdia, quæ una harum ſpecierum prædicta ſit, careat reliquis: neq; enim eadem & pathetica & morata eſt, quamuis in parte quæpiam fabulæ contingere poſſit, ut mores personarum egregieſe exprimantur, in alia uero acerbæ non nullæ res continueantur: tragœdia enim non uocantur morata, aut pathetica, ſi leuiter, puſillaq; ſua in parte illa continuuerint: uero ſi tote aut magis ex parte, illiusmodi fuerint: eadem ratio eſt reliquarum partium. Quid ſit in tragœdia implicita, aut ſimpli exanimuntur: etiam appositæ, magnōq; cum ſtudio mores personarum, aut illa tota plena ſit malorum atrocium, erit eadem duabus qualitatibus insignita: duæq; species in ea ſpectari poterint: nam cum tragœdia nulla extet, quæ non aut ſimplex aut implicita eſt, necſarium videtur, vt in altero horum generum aut mores declarantur, aut ſequi acerbiq; caſus referantur. Cum autem initio huius partiſ difficultas quædam exoriatur: nam ſtatiu dixit tragœdia species eſe quatuor: quaſi probare hoc uellē: rationēmq; eius afferre, inquit: Tot enim & partes dictæ ſunt eſe. nec aperte tradit quæ ſit res illa, cuius dictæ ſint eſe eodem numero partes: inter pretēsq; ſedulo de hoc quæſiuerint, ipſe quoq; quomodo accipi putem debere hunc locum, ostendam. Primum igitur arbitror ipsum partes quales intelligere: ſignificareq; locum eum, cum fabularum, quasdam ſimplices: alias uero, implicitas eſe dixit:

dixit: ac demum diuifit fabulas ipsas in suas species, quamuis illic fabulas ſe in suas species diuidere ſignificet: hic de tragœdiæ ſpeciebus agat: quod enim in praefanti ipsius parte eſt, idem etiam in tragœdia verè existere dici poſteſt. Nec impedit, quod illic quartam ſpeciem, id eſt mores non addidit, ſed tertiam tantum, quæ foret declarauit, id eſt πάτητος: atque id, ubi diligenter definita & peripetia & agnitione, cum ostendiffet etiam in quadam agnitione, ſi altera tantum persona cognoscatur, impletam eſe: in alia uero requiri, vt ambae cognoscantur, addidit, duas fabulæ partes manere in illis rebus, quæ ſanè illæ ipſe ſint: reſtare autem πάτητος, quod ſtatiu definit. nam inſra, inculcata in medium explicatione partium quantarum: cum decoagmentatione etiam rerum ſtudiva disputaſſet, ac quales eſe debeat fabulæ docuiſſet, de moribus diuerſiuit: hoc enim quoque multum valet ad fabulas expoliendas, & magna virtute imbuendas: ſi moribus iis personæ in iphis prædictis fuerint, qui omnibus modis probari poſſint. omnia tamen planiora eſent, ſi hanc quartam fabulæ partem eſe indicabit, ut fecit, quum πάτητος superioribus duobus addidit: aut ſi non tam longe ab illis de hac, quæ coniuncta cum iphis aliquo modo eſt, precepif-ſet. nam non eſt dubium quin, quemadmodum factum quoddam ſimplex eſt: aliud uero implicitum: nec non tertium quoddam patheticum, ita quartum etiam ipsius genus reperiatur moratum, quod ſcilicet ita inſtructum ſit, ut tradiſit illic optimus magiſter, habeatq; eos tales, quales maximè oportet. Sed inſra etiam, vbi de epo-œiæ ſpeciebus diuerſiuit, ipſam nomine appellat: qui locus valde hunc illustrat: & cum multis modis, quem nunc in manibus habemus, obſcurus locus ſit, non pa- rum lucis ipſi ab eo affertur: quod vidit etiam acute Vincentius Madius. Nam quamuis μῆτη appellat, intelligere ipſum partes, quæ uerius ἀδην vocarentur, conſi-ſtatur etiam exemplis illius ipſius, qui aliis quoque locis eodem pacto locutus eſt: inſra enim cum inquit, καὶ τὰ μέρη τοῦ μελοποίας καὶ οὐκέτι ταῦτα, manifestò intellexit has ipſas partes, quæ vim & naturam formarum habent. Sed etiam non multo in-ſra hunc locum eodem pacto uetus eſt hac voce, ubi ait: οὐκέτι τον θεόν καὶ τὴν μάρτυραν ποιητὴν: dubitari enim illic non poſteſt, quin intelligat tragœdias implicatas, ſim- plices, moratas, & patheticas. Valet etiam ad ostendendum accipi debere partes quales, quamuis quatuor eas eſe nunc dicat, cum ſupra ſex ipſas eſe docuerit: quod in explicatione ipſarum, quatuor has tantum ponit: ac relinquit διάνυ, & αρχαιον. Cum autem cognosci facile poſſe tragœdiæ ſpecies quatuor eſe diuifit Aristote-les, quia totidem numero dictæ ſint eſe ipſius partes, exponit ipſas: affertq; diſcri-mina hec tragœdiarum. Primum igitur tragœdiam quandam inueniri tradit, quæ implicata ſit: nec contentus nomine eam indicabit, quod in aliis facit, ut ueritatem breui ipſius explanatione: ostenditq; huiuscmodi eam eſe, cuius totum, ſummaq; eſt pe- ripetia & agnitione: totum autem, quia hec res luce & admiratione ſua obſcurant reli- quas tragœdię illius partes: ac multo maioris ponderis, quām ipſe ſunt: quæ autem illæ ſint, cum ſupra tam accurate ab ipſo explanatae fuerint, ſuperuacaneum foret de- monſtrare. Secundum genus tragœdiæ eſe inquit patheticas: nam inueniuntur quādām tragœdię, quæ propter rerum, quæ illic continentur atrocitatē, inde no- men capiunt. quod autem genus rerum facile poſſit hoc preſtare, ipſe ſupra de- clarauit, ubi πάτητος eſe dixit factum, quod aut perdendi uim habeat, aut acerrimos do- lores inurat. argumenta uero huiuscmodi, personasque ad hoc aptas eſe inquit, Aiaces & Ixiones: cum enim Aiace ſibi manus attulerit, & ob ingentem uim doloris eſt poſteſt exierit, qui hoc factum in ſcenam feret, mero re & gemitu omnia complebat. Aeschylus autem Ixionem ſcripſit, vt ex indice fabularum ipſius, & testimo- niis ueterum grammaticorum perſpicitur. Sed Euripides quoque fertur eodem no- mine fabulam edidiſſe: cuius etiam acuta uox à Plutarcho recitat: cum enim Ixion, quem finixerat, vt impius & conſceleratus à non nullis accusaretur, reprehendere- turq; poëta, qui tantam vim improbitatis in uno mortali collocaſſet, quaſi hoc mo- ribus noceret: uidistiſ (inquit) ea de cauſa me non prius illum eſt ſcena abduxif- ſe, quām rotæ adfixus ſit: nam Aiace ſibi Sophocle illo modo traſtatuum: fabulamq; eam in primis patheticam eſe, cum in manibus ea ſit, omnes nouerunt. Non alienum etiam eſe puto admonere, poſquam auctor non aperuit, cuiusmodi ſint tragœdiæ, & pathe-

& patheticæ, & moratæ, sed exemplis tantum ipsas monstrauit, vt videant studiosi huius libri, an intelligi debeant & tanquam ἀπόχοις repeti & hic & infra, verba illa, quæ in explicatione fabulae perplexæ posuit. intelligo, inquam, hæc ή τὸ δόλον ζητεῖ. & quod præterea vitroque loco conuenit, inde sumptum, vt quemadmodum inquit in discribenda illa perplexa. ή τὸ δόλον ητα προσπέτεια και αἰσχυνθίστε. ita in pathetica ή τὸ δόλον έστι πάθη, & in morata ή τὸ δόλον έστων ήδη. Tertium genus fabularum inquit esse, quæ moratæ sint: cum autem quæ huiuscemodi forent indicare vellet, Phthiotides & Peleum appellauit: quæ vero fuerint mulieres, Phthiotides à loco patriaque Phthia vocatæ: & quomodo illæ inductæ sint, quibus ve moribus ornatæ: boni nanque multis modis homines esse possunt, mihi comperatum non est. Peleum autem probum virum fuisse, & insignis castitatis, memorie proditum est, vt eo etiam nomine valde acceptus fuerit diis immortalibus & magnis periculis auxilio coelesti liberatus. Quare eius persona in primis apta est indoli tali, moribusq; exprimendis: vt qui exemplar temperantiae ponere ante oculos velint, commode ipsa vti possint. Significauit hoc etiam obscurè Euripides Iphigenia in Tauris, vbi illam ipsam virginem induxit atrocem illum suum casum, memoria repetente: narrat enim ipsa in aliis, quemadmodum antequam dolum intellexisset, fictasq; nuptias eas esse, sibi temperarit ab honestis etiam quibusdam officiis, ne pudorem ullam in partem violaret, vt quæ se stultæ putaret in Pelei domum venturam. Animaduertendum autem tragœdiam illam vocari moratam, quæ non solum accuratè mores exprimit, sed eos etiam inducit probos: quod ipse significauit supra, vbi de moribus differuit: primum enim precepit, vt χρηστὴ δια fingerentur: hoc vero exemplis quoque declarabatur vt opinor: licet enim suspicari Phthiotidas fuisse fœminas castas atq; integras: nam de Peleo dubitari non potest. In quarto, quod restat, genere explicando plus negotij est, cum defecerit illic nomen, quod cuiusmodi ipsum foret, indicaret: & sanè non sine causa existimari potest ex inferiore loco, quo auctor tradit easdem species oportere habere epopeiam quas habuit tragœdia: easq; enumerat, legi hic debere ἀπόθεν: reliqua sanè nomina eadem sunt. Quare verisimile est, idem etiam hic fuisse: atque idem illo significauit: neque enim potuit hic non appellare tragœdias simplices, cum manifesto plures tales reperiantur: omnes scilicet, quæ contrariae sunt complicatis: à quibusq; absunt agitio & peripetia. ex libris calamo exaratis cognoscitur tantum hic aliquid desiderari: vestigia enim quæ restant eius vocis ita obscura & perturbata sunt, vt ope illorum indagari non possit verbum, quod hic erat: sic enim in duobus offendit, οὐδε. tertium quoddam exemplar habet δικλῶν, quod quomodo hic manere possit, non video: suspicorq; aliquem, cum supplere hanc lacunam vellet, coniectura duetur, ac satis quidem illa infirma, vel potius falsa, reposuisse è superiore loco δικλῶν: supra enim cum quattuor morum discrimina explicaret quæ summo studio oportet poëtas exprimere, tribus eorum iam explanatis, inquit. οὐταρπον δὲ τὸ δικλῶν. vt autem verbum hoc distinguendis moribus aptum est, ita diuerso generi fabule ostendendo nullo modo quadrat. Exempla vero ponit Aristoteles huius quarti generis Phorcidas & Prometheus. Phorcides fuit fabula Æschyli, quæ periiit. Virginum autem harum quæ à patre ita vocatæ sunt, mentionem ipse fecit in Prometheus, cum Prometheus ipsum induxit monstrantem Inoni errorem, quo longo vexari illa debebat: initio enim illius narrationis, cum meminisset Gorgoniorum Cisthines camporū inquit - Ήντα Αἴφορκίδας γάλακτος θλωμαὶ κάρων Τρεῖς, κυκνόμορφοι κοινὸν δικλῶν ἐκπιμόσου Μονάδωντας, οἵ τε θύλιοι προστέρχεται Αὔτησιν, οἵ τε γύνηπρος μετ' ποτὲ. declaratio eius loci in antiquo libro docet ita vocatas Phorcidis filias, qui Phorcis è Ponto & terra natus fuit: numeroq; illas tres extitisse, quarum etiam nomina ponit, sunt autem hec, Enyò, Pephysdò, & Dinò: reliqua, quæ exponit, è poëta verbis accepta sunt. Prometheus vero cum indicet Aristoteles exemplum esse huius quarti generis: pluresq; de eo fabula scriptæ forent, quæ diuersa ipsius facta complectentur: cognominibusq; adiectis essent distinctæ, quam potissimum ex illis intelligat, quærendum. De ipso arctis vinculis in Caucaso illigato: vnde προμηθέως διημέρης vocatus est, fabulam composuit Æschylus, quæ vna è tribus restat: tres nanque de illo scripsisse hunc poëtam certum est: vnde ipse in indice fabularum ipsius addidi, προ-

μηδέλλογενος: cuius fabulæ nomen in excusis prius desiderabatur: securus autem in ea re sum & antiquissimi libri fidem, & auctoritatem veterum grammaticorum, qui ipsam citant: ut enim de ipso, cum vinciretur, fabulam scripsit Aeschylus, ita etiā de eodem, cum solueretur: nam tertia, quæ, ut appareat ordine ac tempore superiores duas antecedebat, προμηθεύς πυρφόρος appellabatur, ob hoc enim quod ignem ille attulit mortalibus, supplicio eo affectus est. Cunctis autem fortasse is in hoc conueniebat, ut essent argumenta simplicia, & eodem tenore ab initio ad exitum perducta: quare non oportuit ipsas distinguere. Quod autem his exemplis positis: definitisq; personis, de quibus huiuscemodi fabulæ forent, communiter, ac genus quoddam complecti uolens, inquit (si uerè dici potest hæc ipsum protulisse, cum contaminata videantur) Et quæcumq; in inferorum locis, difficultatem non paruum habet: primum enim in dubium uenit lectio: incertumque est, an hoc, quod expressi, significare vñquam voluerit Aristoteles. deinde cuiusmodi fuerint he tragediæ: si modo ullæ aliquando extitere, quæ tale argumentum habuerint, non facile possum iudicare: exemplumq; ipsarum requiro. Durum autem in primis est locum tantum posse, ut cunctæ, quæ illic finguntur, res gestæ, vnius generis sint: hoc enim non à loco videbatur expectari debere, sed ab aliqua ipsarum qualitate. Quod verò ad primum illum, qui mihi iniectus est, scrupulum facit, in libro olim ab Aldo excuso legitur. οὐδὲν τὸν αὐτὸν: quorum verborum sensus valde discrepat à superiore sententia: & si non video qui locus hic sit pudori: nec scripturam hanc ueram ullo modo esse arbitror: in pluribus calamo exaratis exemplaribus aliter legitur, quamvis nec in iis etiam omnibus eodem pacto: quadam enim habent αὐτὸν: non nulla, quæ lectio irrepsit in quosdam Lutetiarum excusos libros, imminuto eo uerbo, αὐτὸν: in alio vero est αὐτὸν: cui lectioni magis accederem, si mihi pateret scriptas aliquando esse tragœdias, quæ persequerentur res gestas apud inferos. Quin tamen Aristophanis comœdia, cui à ranis nomen impositum est, huiuscemodi sit, dubitandum non est: notum verò est argumentum ipsius. præcipue autem me impellit, ut hoc non inane falsumq; penitus esse putem, fides huius exemplaris, vel potius modus hic loquendi vetustus: propriusq; Atticorum, cū αὐτὸν: cui absoluendo, cum præcisus sit, adiungitur extra nomen noto casu, & quem præpositiō illa postulat. Nam Plato quoq; in sermone, vocato Ione, eodem pacto locutus est: qui locus fortasse valet etiam non nihil ad sententiam explanandam: inquit enim. οὐ ποὺς τῷ θραύσιν πανημάτων, οὐ ποὺς τῷ αὐτὸν, οὐ γένεσις οὐ διών οὐ ἡρώων. Valde autem Platonico huic similes sunt duo loci alijs scriptoris, quos etiam indicabo, siquid inde quoque auxilij capi possit ad has tenebras discutiendas: Lucianus enim in libello de saltatione, cum enumerasset plurimas fabulas, res gestas apud superos continent, quæ materia illius artis essent, attingere volens etiam eas, quæ apud inferos erant fictæ, inquit. οὐτε ποὺς δὲ οὐ τὴν τῷ αὐτὸν ἀπασχολεῖ τραγῳδίαν. οὐ τὰς κολάσεις, οὐ πάχη εἰρήνας αὐτίας οὐ τὴν Φερίδην οὐ Θυσέως αὐχρι τῷ αὐτὸν ἐπιφέρειν. Idemq; in eo, cuius index est Φιλοθουδίης, iisdem verbis ait. οὐ πολάκις αὐδεῖσθαι ἐπὶ αὐτῆν ἐπεστίν, διότα τοιούτην πομπὴν τῷ Φροντίδεως δεσμὸς διηγῶσται, οὐ γιγάντων ἐπαγάπεσσιν οὐ τὴν τῷ αὐτὸν πᾶσσαν τραγῳδίαν. quamuis tamen illic dicta sit τραγῳδία οὐ αὐτὸν, non puto significari ab ipso veram tragœdiam, sed casus illos tragicos, id est horribiles ac fænos, quales eorum erant, qui à poëtis fingebantur illic grauiter plecti, ob ea quæ nefariæ, conscelerateq; gesserant, dum in vita manerent: tragœdia enim ita quoque capi solet ab optimis auctoribus, nam hoc etiam admonere uolui, ut penitus sensum animi mei, de omni hac re, aperirem.

Μάλιστα μὲν οὐδὲ ἀπανταὶ δέ τι περιέθεσε ἔχειν : εἰ δὲ μή, τὰ μέγιστα καὶ αὐτοῖς
σα, ἀλλως τε οὐδὲ ὡς νωῦ συκοφαντούσι τότε τῶνητούσι : γεγονότων καρπὸν ἐκα-
τονταί μέρος ἀγράθων τῶνητούσι, ἐκεῖνον τῆς ιδίου ἀγράθου ἀξιοῦνται τὸν εἶτα οὐ ποθε-
βάλλεις .

Principue quidem igitur omnia oportet conari habere: si autem, maxima & plurima: praesertim & ut nunc criminantur poetas: cum enim extiterint

*extiterint vnaquaq; in parte boni poëtae, singulos proprio in bono postulans
vnus superare.*

Non hortatur Aristoteles tragicos poëtas, vt vna in tragœdia ea complectantur, quæ coniungi non possunt: neque auctor est illis, vt in eo efficiendo omnes neruos contendant, quod præstare non valeant: sed quod præcipit huiuscemodi est (nunc enim demum explanata iam omni re, quæ declarari debuit, præcipit, quod officium illorum sit, in hoc loco persequendo) Oportere tragicum poëtam curare, vt prædictus sit facultate præclarè tractandi omnes has coagmentationes, & diuersas species fabularum, vt cum opus sit, valeat egregiè mores exprimere: & argumentum, in quo præcipue requiratur hæc industria poëtae, cum laude exequi: alioq; tempore res sœuas & luctuosas, & in quibus existant vehementes crebriq; motus animorum, exiguae itidem conficere: vt simplices etiam, nexusq; coagmentationes ita tractare, vt probetur iudicio eorum, qui existimare possunt in illis rebus aptè componendis. Siquis ita locum hunc capiet, effugiet omnes difficultates, quæ aliter explicari non possunt: neque enim arbitror hic ipsum loqui de epopœia, aut alio vlo genere poëmati. Qui igitur diligenter verba attenderet, plane hunc fuisse sensum auctoris intelliget: inquit enim. Præcipue quidem igitur omnia oportet tentare habere. Speciat autem hortandum hæc oratio: extremo verò horum verborum declaratur, quod dixi: ait enim habere, id est instruētum esse ac præditum hac facultate: ac tenere deniq; vim illam: non ipsam vna eademq; in fabula explicare: nam quod tentare & experiri inquit, id protulit cognoscens quād arduum sit hoc efficere, vt idem homo tam diuersas res satiū mode posse: absoluere: vnum enim ingenium vni rei perficiendæ vix sufficit. Sequitur vero quod idem & ipsum demonstrat. Siu autem, maxima & plurima: id est si inde excluderis, nec obtinere potes, vt omnibus eodem pacto ornatus sis, saltem studere debes, vt meliorem maioremq; eorum partem consequare, id est ea, quæ fuerint maioris ponderis, ac quanto plura illorum portueris. Quod deinde adiungit, stimuli vim habet: valetq; ad necessitatem ostendendam, quæ quasi poëte ipsi imponitur tanto studio se ornandi, & facultatem hanc, si vlo modo potest, adipiscendi. illa autem fundatur in instituto eius temporis, ac fortasse parum æquo iudicio eorum, qui tunc de tragœdiis existimabant. Significat enim Aristoteles id per se pulchrum, ac præclarum esse, & omni tempore, si obtineri posset, laudem mereri: sed ea ætate propè necessarium: magisq; ab omni poëta tragico tunc ei rei studendum, vt reprehensionem fugiat, & non incurrat in uoces criminosorum. Inquit igitur. Præfertim & vt nunc insimulant poëtas: quibus verbis declaratur quod dixi: parum æquos illos esse in iudicando: quasi enim inquit. cum hac ætate sit omnino hic mos, plurimiq; reperiantur, qui libenter poëtas accusent, & quidquid non omni ex parte perfectum atque absolutum in illis notarint, reprehendant: uerbo enim *συκοφάντησιν* indicauit eos hoc studio delectari, & appetere omnia, quæ possint ad reprehendendum. Vnde autem mala hæc consuetudo fluxerit, declarat, dicens. Cum enim extiterint singulis in partibus boni poëtae, id est cum inuenti sint tragici, qui singulas species tragœdiarum egregie tractarint, meritoq; laudati in illis sint: μόνοι enim hic ipsum arbitror vocare vt supra quoque fecit, quæ propriè ἀνθρώπου appellantur, id est, cum iam extiterint non nulli, qui mirifice mores exprefserint: aliqui, qui argumenta turbulenta, plenaq; acerborum malorum cum laude peregerint: eademq; ratione cum hac ætate inuenti sint, qui reliquias duas species commode persecuti sint: hoc enim significare voluit, cum appellauit illos bonos poëtas: hi inquit postulant, vt unusquisq; poëta, unus ipse superet omnes illos in iis rebus bonisq; quæ propria sunt singulorum illorum: nam hinc etiam perspicitur, quād indignum hoc putet: neque enim inquit æqualem se illis ac parem præbere, sed vincere ipsos ac longe superare: hoc enim valet *περιβαλλειν*, quo vñs est. Sed etiam verbo illo *ἀγέλεσθαι*, idem significatur. Ostendit enim id ipsos pertere tanquam æquum & rectum: quod tamen huiuscemodi non est. Nam *ἀριστος* valere dotem aliquam, & quasi virtutem apertum est. infra multo ipse vñtur eodem nomine

nominis eodē significatu: ἵκασσον verò hic accusandi casu, nō generandi īκασσον, vt antea in excusis erat, legi debere cognoscitur etiam testimonio omnium scriptorū libroru.

*Δίκαιον δὲ οὐδὲ τραγῳδίαι ἔλλων, οὐδὲ πλὴν αὐτῶν λέγειν οὐδὲν ιστος τῷ μύθῳ:
ἔπειον δὲ, ὃν οὐ κατὰ τὸν οὐδὲν λέγειν.*

Iustum autem & tragœdiam aliam & eandem dicere nihil fortasse ob fabulam: Hoc autem, quarum eadem plicatio & solutio.

Pergit explicare animaduersiones quasdam, quæ cognitæ poëtas ipsos instruunt: & præterea eos, qui de ipsorum scriptis iudicium facturi sunt, erudiunt. Hoc autem præceptum huiusmodi est: Nam quod dixit: Iustum autem, & ipsum nota est huius rei: valetq; ad officium ostendendum. Docet igitur quomodo intelligatur, quæ tragœdia eadem cum alia sit, & quæ diuersa: nam possent in hoc multi falli, qui putarent tragœdiam eandem esse omnem illam, quæ idem argumentum habet: aliam uero diuersamq; semper, eam, cuius discrepans est argumentum: cum res aliter se habeat: longeq; aliud nos in statuendo de hac re spectare oporteat. Si uerè igitur de hoc existimare volumus, nō oportere nos inquit fabulam argumentumq; ipsum spectare: vtiq; ipsa tanquam norma quadam certa: sed attendere potius, an plicatio ipsius, dissolutioq; eadem aut diuersa sit: tragœdiasq; eas, quæ eundem nodum, eandemq; explicationem eius nodi habeant, quamuis personæ diuersæ sint, factaq; discrepancia, vnam eandemq; putare: quæ vero diuersum nodum, longeq; aliam dissolutiōnem habuerint, quamuis & personæ & res eadem sint, alias ac diuersas inter se fabulas existimare: nam cum intelligeret accuratus huius artis magister aduersari se opinioni multorum, posséq; aliquo modo non sine ratione, de hac re illo pæsto sentiri, caute locutus est: ac fortasse addidit, & tamen ueritate fretus protulit, quod in animo habebat: & cum illi fabulam tantum spectarent, id est factum ipsum ac personas, ausus est dicere, tota linea dislentiens ab illis, nihil fortasse oportere nos hoc spectare. τῷ μύθῳ autem dandi casu cum dixerit, significauit ob fabulam: quia illa tanti ponderis non sit, vt nos secuti eam, rectè de hoc existimare possimus: quam verò supra *ἵκασσον* vocavit, hic *πλούτων* appellat: duobus enim his nominibus idem significatur. Verba verò illa *τοῦτο δέ*, habent (vt opinor) hanc uim: nos uerè tragœdias illas vnam dicturos, in quibus est, quod adiungit: & quod, secuti superiorē normam, rectè facere nō possumus, si huc oculos direxerimus, sine vlo errore facturos. Cum autem præceptum hoc satis (ut arbitror) explicatum sit, videndum est, an forte possum ipsum exemplis quoque illustrare. Sophocles igitur & Euripides ambo Eleætram scripsierunt, id est ex facto illo, quo Orestes, socia sibi illius facti adiuncta Eleætra, interfecit Ægisthum & Clytemnestram, tragœdiam confecerunt. nodus eius fabulæ non est idem, quamvis ambæ ducant initium à rebus malis, & desinant in bonas, quia Sophocles finxit Eleætram ad id temporis uirginem domi sedisse: Euripides fecit illam, ab Ægistro cum colono quodam in matrimonium collocatam, extra urbem uiuere. Sophocles meminit illius somnij, quod uehementer perturbauit Clytemnestram, quare misit munera illa, quibus moris tunc erat placare manes mortuorum, ad bustum Agamemnonis, ministerio Chrysothemidis, alterius ipsius filia, in hac re vñs. Huius verò somnij mentionem nullam fecit Euripides: neque enim Eleætra, quæ in agrum amandata erat, quicquam scire poterat eorum, quæ matri subito contigissent. Fingitur apud Sophoclem Orestem mortuum, cuius rei falsò nuntio facilius & ipse, &, socius illius facti, pædagogus efficere potuerunt, quod cogitant: letitia enim affecta Clytemnestra uirum rure euocauit, vt secum domi gaudio illo frueretur: qui ea de causa, timore omni ex animo suo pulso minus prouidit salutis suæ: unaque cum impura illa muliere minore periculo potuit obruncari. nam hoc etiam diuersum est, quod apud hunc Clytemnestra prius quād Ægisthus, necatur, Euripides hoc commento vñs non est: fecitq; Orestem & Pyladem ab Ægistro, in agro manente: nymphisq; rem diuinam faciente, vt hospites, participesq; eius sacrificij,

ficij, acceptos, illic ipsum obtruncasse: post autem Clytemnestram, in insidias traham ab Electra, & ipsam etiam ab iisdem necaram. quare hoc in primis declarat vinculum harum fabularum esse diuersum. Dissolutio sine dubio longè alia est: Sophocles enim facit in terumpta Clytemnestra latitia ingenti affectos Orestem atque Electram, compotes iam altera ex parte eius rei, quam toto animo expetuerant: nam intus interfecto Agistro, foras postea non exierunt, aegritudinis certe memorisq; signum nullum illuc reperitur. Apud Euripideim contra, machina necessaria fuit: aduenitusq; Diiscorum, qui & mandarent quae oportebat, & consolarentur ipso: statim enim cedē facta, Orestem atque Electram doluit id fecisse: scelerisq; se condemnarunt, qui materno sanguine se inquinassent. Declaratum igitur est (nisi fallor) fabulas hās, quamuis factū idem sit, iis de causis, quas ostendit Aristoteles, diuersas appellari debere. Sed cum Aeschylus quoque eodem argumento usus sit: indeq; tragediam scriperit, quam vocauit *χορός*, vt factū ipsum idem est, ita etiam apparet fabulam eandem cum Electra Sophoclea esse: eadem enim prorsus uidetur magna ex parte coagitatione illarum rerum: venit enim Orestes clam Argos, aperuitq; qui foret Electra, cum cognosset illam ex longa & graui querela, quam ipsa habuerat ad sepulchrum patris: nec non ex accurato sermone, quem cum choro habuit, cuin illic inuenisset cæsarium, quam ipse in eo busto dedicarat. qua parte tamen propius accedit ad coagitationem Euripidis. Agnitio præterea altera eodem pæsto ab Aeschylo, quo ab Sophocle tractata est. nam Orestes cum à sorore agnoscit vult, vñus est signis extra se positis, apud hunc veste ab illa clam elaborata, apud Sophoclem anulo, quem pater olim gestarat. Sed etiam somnium Clytemnestrae illic exponitur, quod magnopere auxit animum Orestis. præterea falsa illa narratione illicis est de se mortuo: interfecit etiam ambos illos domi. additur tamen in Choëphoris Orestem, quamuis putaret se recte fecisse, aegritudine magna cōmotum fuisse ob cædem maternam: neque solum hoc, sed etiam subito furii agitari cœptum. quo in statu rerum tragœdia definit. quare machinæ vñus nullus fuit. finis igitur Coëphorum Aeschyli, & ipse similis est Electreo illi Sophoclis, nisi quod apud Sophoclem fabula terminatur ante aduentum furiarum. Sed hac nunc relista. Eodem fortasse pacto superior fabula Euripidis, & eiusdem Iphigenia in Tauris, vna eademq; tragœdia haberet debet: quamuis facta longè alia, valdeq; discrepantia inter se sint: dissolutio enim atque exitus vtriusq; valde similis est: terminantur nanque ambæ in rebus secundis. Sed etiam machina in Iphigenia adhibetur. in qua re hoc etiam animaduertendum est, non videri ipsam in neutra illarum magnopere necessariam fuisse in nodo aliquo expediendo, fineq; imponendo rebus illis, quæ factæ iam erant, ac votis eorum qui fecerant, respondebant. verum potius in rebus, quæ postea fieri debebant, demonstrandis, locum habuisse: antequām enim nautæ armamenta expeditiss, & equites à Thoante missi fauces illas portus occupassent, fingi potuit nauis Orestis effugisse. Eodemq; pæsto in Electra Diiscuri docent quid factò opus sit, cōfilio Orestis Electræq; iam ad exitum perducto: neque enim quod appareat periculum vñnum illic ipsis instabat, vt in fabula Oreste: vbi Menelaus pœnas ab ipsis occisa coniugis repebat, & omnis multitudo Argivorum concitata contra ipso erat. Initium vtriusq; fabulae triste perturbatumq; est: id enim adolescentis diuersis temporibus duo aggressus est magno animo facinora, pietatis ambo, officiisq; plena: vñsciri inquam mortem patris, & è Colchorum tellure simulachrum Dianaæ Athenas comportare. venit autem in ea ipsa loca clam: doloq; in illis rebus efficiendis uti cogitans: quare in ambabus his fabulis, cum res tulisset, vt auxilio aliquorum egeret ad rem peragendam, agnitione opis fuit: nec tamen vt in Iphigenia, antequām faceret, Orestes deprehensus fuit ac penè vita priuatus in Electra: tantum enim illic ea pericula subiit, quæ abesse non possunt abiis, qui magnas eas res aggrediuntur, quæ sanè pericula maxima sunt, & grauium malorum plenissima. agnitus vtraq; in fabula Orestem fuisse bono illi fuit: & magnopere finem ipsius adiuuit. quare iis de causis puto non male colligationem harum duarum fabularum eandem posse existimari, vt iam expeditionem illarum similem esse paremqq; declarauit. Nisi fallor igitur exemplum vtriusq; rei adlatum est, quod si non vndiq; pares ipse in fabulis à me notatis

notatis esse ab aliquo iudicantur, aptiores aliae, magisq; huic rei ostendenda, accommodare indagentur. rationem certè veram ac viam hoc intelligendi, omnibus demonstrauit: neque tamen omnino similes, penitusq; eisdem, in diuersis factis inueniri facile posse, est existimandum. præsertim cum paucæ admodum restent antiquorum tragicorum, quæ casus eosdem persequantur: maiore parte tragœdiarum, quas illi fecerunt, amissæ vetustate.

Πολλὰ δὲ, πλεῖστα δέ, λύσιοι κακῶς. δέ δὲ ἄμφω δέ προτείθαται.

Muli autem, qui complicarunt bene, soluunt male: oportet autem ambo semper cum plausu excipi.

Et hoc etiam breue preceptum est: cum enim superiore in sententia nexus fabularum, solutionisq; mentionem fecisset, quid in his rebus crebro contingat, admonet: neque enim iidem semper poëta vñrunq; præclarè efficiunt. Sed, vt sunt diuersa hominum ingenia, quidam qui in altero plurimum valent, alterum cum laude nō præstant. An hoc naturæ assignari non debet? neque existimandum est fieri, quia huic rei magis, quam illi, aliquis idoneus sit: neque hoc sanè aperte dicit Aristoteles, sed à cura potius, ac negligentia proficiunt, vult, quod priore in parte studij multum posuerint: in posteriore verò ingenij vires remiserint: inquit enim. Multi autem, qui complicarunt bene, soluunt male, id est inuenti sunt multi poëtae, qui cum egregium nodum, connexionemq; rerum arctam excogitassent, iidem postea male nodum illum expedierunt. Cicero quoque significauit hoc aliquando committere solitos quosdam poëtas, non ingenij culpa, sed fuga laboris: in libello enim de senectute ita induxit Catonem loquentem, cum probare veller naturam ipsam rerum longè aliter suis in operibus se gerere, nec vñquam solitam defatigari, quam scilicet ipse sequeretur, atque imitari studeret: simili enim hoc usus est in contrario vitio ostendendo, qui sanè inquit. A' qua non verisimile est, cum ceteræ partes ætatis benè descriptæ sint, extremum actum tanquam ab inerti poëta esse neglectum: illic enim incumbi debet totò animo à poëta in dissolutionem nodi: eaq; præcipiæ fabule pars est, quæ requirit plurimum diligentia. Quod sequitur autem facit ad illos instruendos: declaratq; quod manus ipsorum sit: ait enim. Oportet autem ambo semper cum plausu excipi, id est mirifice probari: & ita tractari, ut multitudo, quæ in theatro fedet, sensum animi sui indicans: & quantopere ea re delectata sit, declarans, plausum det. Χρηστὴ plane valet, quod dixi: ita autem à Græcis hoc verbum sæpe usurpari solitum docuit Budæus in eruditissimis suis Grece lingue commentatiis. An autem plaudi à Latinis aliquando ita captum sit, affirmare non ausim: nam exemplum vnum, quo ille fretus hoc testatus est, incertum est: in optimo enim meo libro locus ille, quem citat ad Atticum, non illo modo legitur, sed vñctoria quidem plauditur: qui modus loquendi frequens est. Significat autem Aristoteles hoc in eorum potestate & industria positum esse, ac si in animum induxerint laborare, omnino id eos consecuturos: cum enim ita perfectam & ornatam solutionem ut connexionem, esse oportere dicat, hoc manifestè declarat.

Χρὴ δὲ, ὅπῳ ἔργου τολάνεις, μερινθαὶ, καὶ μὴ τοιὲν ἐποποιοῦνται τελεῖσθαι. ἐποποιοῦν δὲ λέγω τὸ τολύμαθον. διὸν ἔτις τὸν τίς Γλαύδος ὄλον τοιὲν μῆνθον: ἐκεὶ μὲν γὰρ διὰ τὸ μῆνος λαμβάνει τα' μέρη τὸ πέπον μέγεθος: εἰ δὲ τοῖς σφάμασι, τολὺ παρὰ τὸν τολύμαθον αποβαίνει.

Oportet autem, quod dictum est saperi recordari: et non facere epopeicā coagitationem tragœdiam: epopeicā autem dico, quæ est multarum fabularum: vt si quis Iliadis totam facit fabulam: illic quidem enim propter

Q ij longitudinem

longitudinem capiunt partes conuenientem magnitudinem: in dramatibus vero multum præter existimationem enent.

Admonet nunc tragicos poëtas, ut in argumento sumendo: rebusq; ex quibus componant fabulam, eligendis, videant accurate quid poëma illud requirat: nec labantur in hoc, quod antea quoque tanquam scopulum aliquem debere illos vitare significatum est: ex coagmentatione q; apta epopœia, fingant tragœdiam. Restitui autem hic in principio plura verba, quæ in excusis libris defecerant: illa verò hinc abesse, cum in calamo exaratis inueniantur, vidit quoque Vincentius Madius: sententiamq; eorum probauit, si tamen illa leuiter emendentur, vel potius si coniunctio, quæ statim sequitur, inde expungatur: quod ipse necessarium non puto: nam sine ulla immutatione lectionem hanc veram, accommodatamq; huic loco esse arbitrari: primum enim, re adhuc non patefacta, narrat officium esse tragicorum poëtarum recordari, quod sape iam dictum est: id verò cum supra non semel traditum sit, poterat ipsis in mente, atque attingere restare: & tamen nunc magis id explanat: totamq; rem accuratius exponit. Estigitur, quod inquit. Et non facere epicam coagmentationem tragœdiam, declaratio eius, quod obscurè significarat, uel potius ne significarat quidem, sed in memória lectoris conditum oportere esse existimat. Cum autem epopœiam: propriamq; eius poëmati, coagmentationem appellasset, quam intelligat, aperit: ostenditq; se intelligere constitutionem rerum, in qua existant multæ fabulæ: nec contentus hac declaratione, exemplo præterea, quæ huiuscmodi sit, explanat, atque inquit: Ut si quis Iliadis totam fabulam pangit, argumentumq; tragœdia vnius facit. Puto autem ipsum Homericam Iliadem intelligere: argumentumq; nobilis illius poëmati. Totam verò inquit, quia dubitari non potest, quin ex ipsa dissecta plures fabulæ fiant. Cur autem id, quod illic præclare conuenit, tam alienum sit à tragœdia, docet: causasq; huius rei affert: inquit enim. Illic quidem enim ob longitudinem capiunt partes conuenientem magnitudinem, id est in epopœia, quia id carmen longum prolixumq; est, partes eius constitutio-nis, ac tanquam corporis, suscipiunt iustum debitumq; magnitudinem, ut nihil efficiatur illic, quod non quadrat, atque inter se mirifice congruat. In dramatibus autem (ait) multum præter existimationem contingit: id est in tragœdia, quæ angustis finibus coeretur, illud vñquæ & argumentum amplius nimis ac copiosum erit: adeo ut intelligas te in errore versatum: resq; longe alium exitum habeat, ac putaris: neque enim poterit illic includi: aut si omnino pergas id faceré, partes minutæ necessario erunt: nec respondebunt magnitudini eius tanquam corporis. Quod verò ipsis inquit, Multum contingit præter existimationem, valet (ut opinor) qui hoc tentarunt, ac p̄iuturunt se posse argumentum epicum in tragœdiam includere, falsi opinione fuere: expertiq; postea in re ipsa sunt multo maiorem difficultatem, quam primo existimarunt: atque exitus valde diuersus fuit ab eorum opinionibus: nam multa ibi nata sunt, quæ nunquam crediderunt. Exempli causa, illi sperauerunt se fabulas illas minores: partesq; grandioris illius fabulæ commode complecti posse angustis illis terminis: cognitum tamen postea ab ipsis est, id effici non posse. Ut autem hoc contra eorum opinionem factum est, ita multa alia, quæ nunquam ipsis in mente prius venerint, contigere. παρὰ τῶν ἡπόλυτῶν, quo ipse usus est, hoc sine dubitatione valet. Cicero cum in priori concione in Catilinam, inquit, Cum ei nihil adhuc præter ipsius voluntatem cogitationemq; contigerit: & quæ sequuntur, videatur hoc significare voluisse: quanquam plerunq; voluntatem vocat, vt hoc in loco, quod Aristoteles προσέρχεται appellat, & si Latino verbo vis Græci nominis non exprimitur. Quamuis autem auctor hic noster dramatis vocabulum usurparit: quod commœdia quoque commune est, videtur tamen tragœdiam significare: supra enim manifesto ipsam appellavit: præceptaq; hic huius poëmati, recte ac sine vitio ullo condendi, dat: & si commœdos quoque poëtas hoc præceptum instruit: studioq; ipsorum non minus accommodatum est: illi enim quoq; peccarent, si argumentum epicum, refutumq; multis fabellis in commœdiam transferrent. Sed non vno tantum hoc nomine illic peccarent.

Σημεῖον

Σημεῖον δὲ, οὗσι πόροιν Γάλον ὅλων ἐποίησεν, οὐδὲ μὴ κατὰ μέρος, ὥστε Ἐυεπίδηλος Νιόβην, οὐδὲ μὴ ὥστε Ἀἰσχύλον, οὐ εὐπίπλοιον, οὐ κακὸς ἀγωνίζοντο: ἐπεὶ οὐδὲ Αἴγαθον ἐξέτασιν τούτῳ φέροντο: εἰ δὲ τοῦς τοῦτοις ἀνθλόποιος ταράχηματα συχρέοντο, ὥστε Βούλοντο, θωματῶν: τραγικοὶ γένοντο οὐδὲ μὴ ψευδωποιοῦσιν.

Signum autem, quicunque expugnationem Ilii totam fecerunt, & non particulatum: quemadmodum Euripides Niobem, & non quemadmodum Aeschylus, vel labuntur, vel male certant. Siquidem & Agathon lapsus est in hoc uno: in peripetijs autem & simplicibus rebus assequuntur, quæ volunt admirabiliter: tragicum enim hoc & acceptum hominibus.

Vtilitatem superioris præcepti, & quam verum illud sit, cognosci posse affirmat ex eo, quod vsu venit non nullis, qui ipsum non intellexerunt: id autem erat, vt viderent tragicī poëtæ, ne coagmentationem rerum, propriam epopœię atque illi prolixiori poëmati accommodatam, tribuerent tragœdiā: argumentatur enim ab eo, quod consequitum est, dicens. Signum autem, quicunque expugnationem Ilii totam fecerunt, & non singulas seorsum partes: & quæ sequuntur, id est documento sunt omnes illi poëtæ, qui, tragœdiā scribentes, plenam integrumq; direptionem Ilii: partemq; eius belli totam, qua id oppidum captum est, materiam illius poëmati fecerunt: & non quod rectum est, ratioq; postulat, singulas seorsum partes persecuti sunt, ac plures fabulas scripserunt: cuncti enim (inquit) vel labuntur, quo nullum maius incommodum accedit poëtæ: vel, quod ipsum etiam nullam dignitatem aut laudem habet, male certant: id est cum tragœdia agitur, ægrè auersoq; ab ea animo spectatorum, ipsam ad finem perducunt. Animaduersione autem hic dignum est, quod, cum πόρον Ηλίον hic appellat, videtur materiem intelligere, quam minimè capiat tragœdia: & tamen exitus ille eius belli, factumq; quo Ilium in potestatem hostium venit, commode videtur posse tragœdia vna includi: cuius rei argumentum est, quod infra, vbi narratε pūsilla Iliade multas tragedias confici potuisse, & quæ superarent etiam numerum octo tragœdiarum in illis posuit huius tituli fabulam. An discriben est in eo, quod hic adiungitur: totam enim integrumq; dixit. Quare aut factum quoque illud plures partes habuit, & eas quidem, quæ materia sint non vnius tantum fabulæ: uel totam expugnationem dicens Ilii, intelligit totum bellum, quo Ilium deuictum est. Quare, antequam sententia absoluta sit, prolatā in mediumq; coniecta sunt, exempli vñm habent: extitisseq; aliquos, qui hoc, nullo consilio vñi, tentarint, declarant: quemadmodum etiam ostendunt inuentos non nullos, qui vitio eius rei cognito, illud vitauerint: eatnq; vberioris eius fabulæ partem sumplerint, ex qua aptè tragœdia conficeretur. Neque tamen existimare debemus Niobes fabulam partem esse expugnationis Ilii: hoc enim falsum prorsus est: Sed significare hic voluit (ut opinor) Aristoteles idem in hac re, quod in illa usu uenire, vt integrum totamq; Niobem, ac fortunas plenas miseræ illius mulieris aliquis vna tragœdia complectatur: aliquis autem in partes dissectam pluribus temporibus ipsam in scenam ferat. Euripidem igitur, Aeschylumq; appellat, qui in hac re diuera ratione se gesserunt. Vter autem eorum laude dignus sit, ac, quod poscit ars, viderit: & uter culpæ hæreat, non omnino (nisi fallor) certum est: neque enim hoc aperte ostendunt verba auctoris: & tragœdia ipse, unde id liquido perspiciteretur, periere. Qui ante me commentarios confecerunt in hunc librum, putauerunt Aeschylum in hoc peccasse: Euripidem autem à culpa aſuisse, vel potius laudem in hoc meruisse. ipse tamen, contrà existimo Aeschylum plus in hoc uidisse: Euripidem verò hic hallucinatum fuisse: præsertim cum ab Aristotele traditum sit peccare in hoc sape Euripidem solitum, nec satis bene fabulas disponere: Nec sequitur, ut quamvis Aeschylus ætate antecelerit, non rationem alieuius rei intelligere potuerit, quam

Q. iij ignorat,

ignorarit, qui tempore ipsum consecutus est, Euripides: nam libenter etiam nostrum hunc scriptorem peccata ipsius coarguiere, ab eruditis viris animaduersum est. Non parum etiam valet ad idem confirmandum, quod Aristoteles consuevit primum indicare, ut refellere etiam, qui in aliqua re peccarint: deinde qui recte se illic gesserint: primum enim stundet conuincere errores, quod infra quoque custodiuit, vbi eodem penè modo locutus est: inquit enim, de officio chori loquens, & quid ipsum facere oporteat docens. οὐαγχωνίδαι μὴ ἀπε παρ' Εὐρητῷ, ἀλλ' ὑπὸ παρὰ Σοφοκλέη. Omnis autē difficultas in eo posita est: toti ne superiori sententiae respondeat, quod inquit. Quemadmodum Euripides Niobem, an contrario ipsius tantum, & tanquam proximae uicinæ parti, si inde dematur particula negandi: Nam integra illa uitium indicat: posterior verò illius pars sublato inde, quod dixi, quomodo hoc recte tractari possit, declarat. Si igitur ita capimus. Quemadmodum Euripides Niobem, qui scilicet ita hanc prolixam ac multorum capitum, fabulam tractauit, ut omnem eam vna tragœdia complectetur, intelligetur manifesto in id uitium ipsum lapsum, in quod incideret, qui vniuersam expugnationē Ilij vna fabula persequeretur. Quod autem sequitur: Et non quemadmodum Aeschylus, ita tunc caperetur, qui scilicet partem tantum eius sumpsit, & in hoc multum vidit. Omnes inquam qui se ita gessere, ut declaratum est, vel labuntur penitusq; eiiciuntur, vel in multas difficultates incident. Quod autem in Suda commentariis lectum protulit Robortellus, ac diligenter ponderauit, non declarat Aeschylum peccare solitum in rerum coagmentatione, sed commemoratum est ab eo, qui primus hoc literis prodidit, ut ostenderet nimis seruire solitum eum poëtam grauitati personarum: qui scilicet, ut induceret ipsas vndiq; grandes, & dignitatis suæ tuendæ ualde studiosas, exagitatus sit ab Aristophane, & maledictis vexatus. probare verò hoc ille uolens (uiderur autem fuisse vetus grammaticus, qui uitam Aeschyli scripsit: inde enim acceptus omnis ille locus est à Suda) hoc de Niobe recitauit, quamuis viro hoc exemplo contentus non fuerit: nam alterum etiam, ex alia tragedia depromptum, ponit. Sed cum verba illa mendosa sint in excusis Suda exemplaribus, vt in libris quoque eius poëtae: quod mendum etiam nescio quomodo irrepit in meani editionem. illuc enim est, ἔσθιτης ἄμφων, non sine causa ipsa doctissimo viro molestiam exhibuerunt: ualde enim incertus in eorum sententia fuit. Non verisimile autem est Aeschylum fabulam composuisse, quæ tanto numero dierum egeret. in antiquissimo certe & optimo libro legitur, ἐν τρίτῃ μέρᾳ, id est usque ad tertiam partem eius fabule: cum enim silentium dignitatem personæ, quæ vitur eo, augeat: grauitérq; se gessisse in acerbo illo suo causa Niobem significare vellet hoc etiam pacto poëta, modum in ea re non tenuit: induxit enim ipsam obuoluto capite sedentem prope bustum filiorum mansisse sine uoce villa, donec tertia pars eius fabulae peracta esset: Ita uerò legi hunc locum debere declarat etiam, ut arbitrator, id, quod infra narratur, eundem poëtam in altera fabula, quæ uocabatur Hectoris lytra, induisse itidem Achillem & ipsum operto capite nihil loquentem, praterquam pauca initio eius tragedia ad Mercurium, qui paucis respondit orationi ipsius: hic enim quoque eius fabule vitium indicatur. Ut suspicari autem licet, plura fuerant facta Niobes, quæ non poterant commodè una fabula includi: unde Aeschylus prudenter ipsa seiunxit. Quemadmodum idem etiam, summo consilio usus, quum plura diuersaq; inter se forent facta Prometheus, de illis confecit tres fabulas. Primum argumentum fuit, quum ignem mortalibus attrulit. Secundum, quum ob id pœna affetus est à Joue, vincetusq; in Caucaso. Tertium, quum solitus est, vinculisq; illis liberatus: qui igitur omnes has res, diuersis temporibus gestas, vna fabula complexus esset, peccasset. Eadem ratio est domus Agamemnonis, è cuius rebus aduersis idem tragicus confecit tragedias, quæ sunt in manibus, Agamemnonem, Coéphoras, Eunienidas. Probare autem volens Aristoteles, quam difficile sit hanc culpam vitare, vitur exemplo Agathonis, quem cum libenter laudet: déq; eo, vt de fôdali suo, ingeniosoq; viro, bene sentiat, fateretur tamen in hoc ipsum peccasse: qui tamen ab omnibus aliis vitiis vt testatur, sibi cauere potuit: Unde intelligitur, quod dixi, hunc locum fraudi etiam eruditis acutisq; poëtis fuisse. Verba verò hæc quasi hoc inculcata sunt ad planius significandum, quod tradidere;

rat: nam statim, relicta persona Agathonis, redit ad superiorum illorum facultatem exponendam: qui quamvis incident in culpas, quas ostendit, tamen recte se gerunt aliis in partibus: laudemq; merito adipiscuntur: hoc enim valet. In peripetiis autem & sim plicibus rebus, consequuntur quod volunt admirabiliter. Perspicitur igitur id vñ venire non propter virium imbecillitatem, sed quia uitiosum argumentum ceperunt: neque enim ipsis facultas deest egregiè & cum laude tractandi peripetas, id est fabularum partes, in quibus magna rerum mutationes existunt: subitiq; casus. & ut peripetas, ita etiam simplices res, id est argumentū coagmentationēq;, in qua non sit repentina illa, magnaq; fortunarum varietas: cum autem simplices res appellari, non partes fabulæ, sed argumentum eius generis, quod ostendit, non sine causa putaret aliquis peripetas vocatas argumenta itidem fabulasq; in quibus causis illi subiti, mutationesq; fortunarum magnæ continerentur: πρόματα vero hic vocauit (nisi fallor) Aristoteles, quam supra σωθετινή πραγματεία appellauit: id est res, cum rerum coagmentationem intelligeret. Causam verò huius rei, & cur poëte, qui illuc peccarent, hic contra præclarè se gererent, esse inquit, quia hoc, quod ipsi cum laude tractant, tragicum est, & acceptum hominibus. Tragicum autem, id est accommodatum studio ipsorum, & idonea materia tragediæ conficienda, vt illud scilicet ab ipsa alienum. Acceptum vero hominibus: ita enim interpretor φιλάθρων, de qua notione huius nominis supra disputauit, id est quod capit animos eorum, sensibusq; mortalium congruit. Ut autem sumere argumenta implicita: nec non simplicia quoque, non est alienum à studio tragicō: ita contrà velle ex argumento epico confidere tragicā, non est proprium tragicī poëtæ. Quum autem in rebus perturbatis & simplicibus itidem duo animaduerterit: esse nanque illud, quod inde existit, inquit. Et tragicum & φιλάθρων, non videtur posterius hoc in contrariis debere requiri, sed prius tantum: neque enim video, cur argumentum epicum φιλάθρων esse non possit. Quod ad veritatem lectionis facit, sunt plures libri calamo exarati in quibus pro πόστιν legitur πόρθητιν: nec tamen puto commutandam cū hac esse receptam lectionem: nam multo infra eodem nomine vocauit eandem fabulam: & πόρθητιν olim arbitror fuisse declarationem illius vocis, qua postea in locum eius irreperit. Quod itidem prius Niobem & Midea excusi libri habebant, primum tantum mulieris nomen inueni in iisdem exemplaribus: recteq; puto, quod consequebatur, eiectum inde à Madio fuisse.

Ἐστὶ δὲ Σίφων, ὁ ταῦτα σοφοὶ μεν, μετὰ πονηρῶν δὲ, ἐξ απατῆσθαι, ὡς ἀρ Σίφων: οὐδὲ δικτύος μεν: ἀδικος δὲ, ἀττιθησθαι. Ἐστὶ δὲ Σίφων εἰκόνας, ὡς ἀρ Αγάθων πάγει: εἰκόνας καὶ γίνεθαι πολλαὶ οὐδὲ παρὰ εἴκονας.

Eft autem hoc, quando sapiens quidem, cum improbitate autem, deceptus fuerit: quemadmodum Sisyphus: & fortis quidem, iniustus autem, superatus in pugna sit: est autem hoc verisimile, quemadmodum Agathon dicit: verisimile enim fieri multa & contra verisimile.

Exemplis declarat quod tragicum esse dixit, & gratum hominibus: id autem esse inquit, cum vir sanè sapiens, id est vafer ac multarum rerum peritus: ita enim nūc Græco more, & ut consuetudo erat, non ut philosophi loquuntur, capit hoc nomen: idem tamen improbus, & vitio alicui affinis, deceptus sit: quod contigit Sisypho. Fine igitur poëtam huiuscemodi homini aliquos imposuisse, in fraudemq; ipsum lapsum, qui cum callidi consilij sit: non sit tamen à culpa vacuus, sed coniunctam habeat cum ea dote animi vitium aliquod, est aptum tragediæ: necesseq; est, vt sit gratum hominibus: quis enim non gaudeat in commido ac malo illius, qui malitia fretus iniuriam faciat innocentem viro: & vt hoc, ita etiam fortis, iniustus tamen, victus in pugna aliqua, est scilicet eadem ratione & tragicum & acceptum hominibus. Contingit autem astutum hominem decipi, quia vitium illud animi, quod coniunctum

est cum hoc bono, non sinit illum acies mentis viti, ac dolum sentire: eodemque pacto magnis corporis viribus, ac robore: animi praeditus homo, fieri potest ut vincatur in prælio, si idem iniustus sit, quia dum aliquid iniuste procurat, amittit usum fortitudinis. Exemplum prioris casus est Polymestor apud Euripidem in Hecuba: qui, cum callidus vir fingatur, deceptus tamen est, trahitusque in infidias a muliere: perfusus enim illi Hecuba, ut custodes corporis a se remoueret, quo facilius posset vincisci dolorum suum, auxilioque conseruarum ipsum male habere. vitium igitur animi auaritiaque ipsum in fraudem induxit. Cum autem requiratur, ut quidquid in tragedia geritur, verisimile sit: huiuscmodi verò euentus rerum, repugnare verisimili videantur, soluit hunc nodum: Nam inquit hoc etiam verisimile esse: non tamen verum, propriumque verisimile: id enim est, quod plerumque fit; quin potius contrarium illi: sed tamen genus quoddam verisimilis: illud inquam, quod excogitatum est ab Agathone: verisimile enim ille esse inquit quippiam aliquando fieri contra id, quod verisimile erat fieri debere, ut manifesto in his rebus contigit. credibile enim erat calidum virum dolos cognitorum: & fortē, victorem ē pugna redditum. Differuit autem pluribus ipse de hoc verisimilis genere in iij. libro de arte dicendi verbis etiam ipsius poëta positis. Dionysius verò Halicarnasseus in epistola ad Ammicum, fallax in primis & captiosum putat esse hoc argumentum, atque ipsum exagitat quantum potest: cum quis id, quod nullo modo verisimile est, conatur ostendere aliquando fieri verisimile.

Kαὶ τὸν ξερὸν δὲ εἴα δέτει πάντας θεούς, καὶ μάρτυρας τοὺς ὄλγας, οὐδὲ σωματικόνεσθαι, μὴ ἀστροποιούσι, ἀλλ' ἀστροποιούσι παρὰ Σοφοκλέη. τοῦτο λοιποῖς ταῖς διδούμεναι μᾶλλον τῷ μέθον, οὐ ἀλλιετραγῳδίασθαι. διὸ ἐμβόλιμα ἄδεια, περῶν αἰξάντος Αγάθωνος τῷ ποιότου, καί τοι τὶ διαφέρει ἡ μεβόλιμα ἄδεια, οὐ ἔντον ἐξ ἄλλου εἰς ἄλλο αρμότεν, οὐ πεισθόδιον ὄλον.

Et chorū autem unum oportet existimare histrionū, & partem esse totius, & unā contendere: non quemadmodum apud Euripidem, sed quemadmodum apud Sophoclem. Reliquis autem, quā dantur plus fabula, vel alia tragœdia sunt. Quare embolima canunt, cum Agathon primus principium dederit huiuscmodi rei. At qui quid differt vel embolima canere, vel disputationem ex alio in aliud accommodare, vel episodium totum.

Cum modo præceperit tragicis, ne sumant materiem sui operis argumentum epicum, & quæ incommoda, si id fiat, inde nascentur docuerit, differit nunc de cho-ro, atque officio ipsius, cum veteres poëtæ diuersa ratione illo usum sint. Primum igitur tradit ipsos huius animi esse debere, quod ad partes chori facit, quum ad scriben-dum accedunt, vel potius ad res illas texendas, ac denique sentire de choro, ut de uno aliquo histrione, putareque ipsum idem munus habere, id est studere, ut fabula ad extum perducatur, adiuarareque opus illud, quod manifestius histriones faciunt, quamvis chorus grecus quicdam sit: histriones autem singulæ persone. Quod adiungit vim habet declarationis. Et partem esse totius: nam cantus chori, si sententias extra rem persequeretur, tanquam histrion haberi non posset: nec pars totius, id est coagmentationis illius rerum, foret. Contra autem qui fixum in animo habebit non esse cho-rum quippiam aduenticium, accommodatas fabule sententias ipsi affinget. Sequitur autem oportere poëtas existimare: hoc enim videtur repeti debere, chorū unā certare: laborareque in eo opere: non quemadmodum apud Euripidem, sed quemadmodum apud Sophoclem. Quod valet, cum iam affirmasset imitari illum debere histriones: adiuarareque studio suo fabulam, ita se in illo munere gerere ipsum debe-re, ut se gerit Sophocles chorus, non ut Euripidis. Vnde (nisi fallor) elicitur chorū etiam Euripidis σωματικόν, id est una cum histrionibus, quos ἄγαντες uocant à certatione,

certatione, qua uintur: studioque in peragenda fabula, operam dare ut illa ad finem perducatur: non tamen eodem pacto, ut chorus Sophocles: ut discrimen tantum apud eos sit in modo atque ratione, qua illi diuersa uintur: nam manifestò anteponit rationem huius poëtar rationi concertationique Euripidis. Videnda igitur differentia, quæ fuerit inter illos, si verum est, quod dixi, ut apud ambos chorus aliquo modo munus obeat histrionis. Mensura sanè, longitudineque cantilenarum eadem, aut non valde dissimilis videtur. Quare in hoc discrimen non est: nec sanè existimandus est peccare in hoc Euripides, quod non nulli putarunt, qui dixerunt ipsum non multa loquentem chorū inducere: sed potius quia apud eum chorus, quamvis non omnino diiunctus sit à fabula, sed aliquantulum tangat res illas, non valde tamen adiuuat exitum fabulae: in extremoque, tantum, cum antea sepe longè digressus sit, eò redit: cum magis Sophoclei chori rebus illis hæreant: nam quod facit etiam ad sententiam eam refellendam, non precipit hic optimus huius artis magister de partibus illis, sententisque chori, quæ senariis uersibus eduntur: sed chorū vocat cantilenam illius musici gregis: hoc autem inde etiam perspicitur: infra vbi institutum ceterorum, qui longè aliam rationem secuti sunt: in primisque ueterum exponit inquit. *πατέρων μέτρα:* non conferret enim quæ publicè dantur, canunturque cum iis, quæ tanquam ab histrionibus pronuntiantur: verum etiam non est chorū, cum semel in scenam venisset, nunquam inde, nisi peracta fabula exire solitum, cum certis nominibus exitus inde, reditusque ipsius diuersi, ut ostendit Pollux, distincti forent. An aliter verba. hæc accipienda, & illud σωματικόν, id est concertare, est declaratio antecedentis sententiae, qua affirmauit, chorū esse debere partem totius: qui enim certat, sine dubio pars illius quasi pugnæ contentionisque habendus est. Quod verò sequitur. Non quemadmodum apud Euripidem, significat rationem Euripidis nullo modo probandum esse, qui inducit chorū nullam in partem fabulam adiuuare: quod sane in maxima parte cantilenarum ille facit: verèque hoc de illo pronuntiari potuit. Adiungit statim Aristoteles, quod valet ad peccatum in mensura chori magnum ceterorum poëtarum ostendendum. Reliquis autem, quæ dantur plus fabula, vel alia tragœdia sunt. intelligit uero poëtas, cum illi ex altera parte respondeant Euripidi & Sophocli, qui manifesto tragicis, non histriones sunt. *Διάδομα* quod inquit, intellexit, ut opinor, quatuor illos cantus chori, qui actus tragediarum distinguunt: μέτρα enim accipere debemus. Διάδομα verò quia magistratus eos dabat: publicis namque sumptibus cantorum greges instruebantur: hoc enim supra auctō ipse significauit, quamvis de comedia illic loquatur: ait enim *καὶ τὸ χρόνον καὶ μορθῶν διάποτες οἱ ἀρχαὶ έδωκεν*. idem tamen, quod illic, in tragedia quoque usu venire existimandum, præterquam quod hoc grauissimus testis Plato confirmat: ut alia nunc testimonia omittam, quibus in eo loco explicando id confirmaui. cum autem illic ostenderim moris fuisse, ut poëtæ ipsi chorū peterent: magistratusque aut daret, aut negaret, ut ipsi usum fuisse, libertate auctōritate Plutarchi: qui & ipse hoc institutum tetigit in Eroto: cum enim res narrari deberet, quæ comicī facti similitudinem habebat, ambagibus opus illic non esse quidam affirmauit, qui in colloquio illo ac sermone versabatur, quia res ipsa vel potius caput origoque illicius, talis omnino erat: poscebatque sua vi chorū ac scena tantum egebant, cum aliis rebus abunde instructa foret, quæ in comedie requiruntur. inquit igitur. *Διάδομος, οὐδὲ οὐρανούσιον οὐδὲ τούτου τοῦ πάτερα καὶ σκληρὸν δένεται: τὸ δὲ αἷλον δράματος οὐδὲ δένεται.* omnes præterea illi loci valent etiam ad lectionem hanc constituendam, quæ sine causa à non nullis tentata est. sed hoc egregie in primis facit: declaratque receptam veram esse, verus grammaticus, qui scripsit vitam Aristophanis: in extre-mo enim, ubi de partibus & ipse comedie differit, inquit. *διάρροον χρησίν, τὸ τοῦ χοροῦ διάδομον μέτρον*, omnem autem eum locum manifestò ille accepit ab hoc nostro au-tore. Quod verò Aristoteles addidit, cum, Plus quam fabula sunt, dixisset. Vel alia tragœdia, est (ut opinor) declaratio antecedentis vocis: ostenditque quomodo fabulam hic accipere debeamus: fabula enim propriè est coagmentatio ipsa rerum, quæ tunc aguntur, sine episodiis: tragedia autem aucta his partibus extrinsecis: neque enim puto aliam diuersam ab illa ipsa tragediam ipsum intelligere. Nec me tamen fallit,

fallit, quod in mentem uenerit Madio, acutè sanè atque eruditè, qui putat desiderari hic ante vocem μάλα particulam negandi. Ut autem ita existimet, ducitur coniectura quadam, non uestigis ullis huius lectionis, quæ in scripto aliquo libro appareant: & certe locus ille perturbatus est, quod iam demonstratum est. Quod si tantum licentię permittere nobis possemus, quasi poscente hoc sententia veritatęq; ipsa, ut syllabam, quæ negandi vim habet, adderemus, magis in explicanda sententia ratio nominum retineretur: nec quicquam infrequens durumq; hic reperiatur: tunc enim μάλα valebit magis: aliamq; tragœdiā, diuersam ab ipsa, capiemus: fabulam autem illam ipsam, in qua chorus modum nullum tenet, ut omnis sensus, quemadmodum ille quoque tradit, hic sit. Reliquis autem tragicis, quæ dantur, magis fabula, aliae omni tragœdia sunt; quæ scilicet cum choris huius conferatur, remotis choris illius ipsius. Narrat etiam Aristoteles, vnde fluxerit hic mos, ut in tragœdia embolima canerentur, id est res penitus extrinsecæ, atque eō inculcatæ: & quis auctor fuerit huius instituti: causamq; huius fuisse dicit, quod studerent augere partes chori: magnamq; partem tragœdiæ consumere vellent in choris: ut enim hoc factilius præstarent, comportabant eō etiam aliena: Agathon autem primus hoc face- re ausus est, quem etiam hoc nomine reprehendit. Quām improbum autem, vitiosumq; hoc sit, docet, simile esse declarans alij, quod manifestò insulsum est, & à nullo adhuc tentatum: vtiturq; modo illo, qui multum ualet ad stultam aliquam sententiam refellendam. Atqui enim inquit quid differt vel embolima canere, vel disputationem ex alio in aliud, si quadrat, vel episodium totum. Simile igitur dicit illos facere, qui embolima canant, illis, qui ἐποιεῖ ex alio in aliud transferant, si quadrat. ἐποιεῖ autem appellat partem tragœdiæ, in qua disputatione aliqua perfecta sit, quæ plerunq; minor est episodio. Utuntur crebrò veteres scriptores hoc verbo, cum id, quod ostendi, significare uolunt: neque tamen (nisi fallor) ἐποιεῖ partem chori vocarent, sed explicationem alicuius sententiae, habitam ab histrione quopiam: sed de vi huius nominis supra accuratius disputationum est. Inquit igitur, qui id committunt, quod reprehendit in choro; idem facere atque illos, qui traducunt ex alia in aliam fabulam disputationem aliquam de aliqua re, si forte illa quadrat: quod sanè ab omnibus improbatur, & importunum putatur. Cum verò in Græcis auctoris uerbis neutrō genere sit ἐπάλληλος, non omnino apparet quid intelligi debeat: quamuis supra ipse, ut de tragedia prolatum, ceperim: genera enim non respondent: hoc igitur adnotare volui. Sed quia hic locus omnis ualde contaminatus est, tacere nolo in scriptis pluribus exemplaribus inueniri particulam, quæ hic necessaria uidetur: nec tamen illuc ea suo loco posita est, nisi fallor: ita enim illi habent. οὐδὲ ἐποιεῖ αὐτὸν εἰς αἷς αρχόμενα. nam extreum etiam hoc uerbum indicandi modo, non optandi, illuc positum est. quare si coniungeretur cum hoc uerbo copula hæc utilis hic foret: ualeretq; quod significauit: ita enim nimis remota est. Quod sequitur. Vel episodium totum, additum est ad augendum absurdum: nam quin hoc nullo modo deceat, integrum inquam episodium ex alia in aliam fabulam traducere, nemo negaret. Est etiam in extremis his verbis discriminis quiddam: duo nanq; scripti libri habent ὀλόγος, loco uocis ὄνος: ex qua tamen uarietate lectionis commodum nullum sensum elicio.

Πρὶ μὲν οὐδὲ τῶις ἄλλων ἔδη ἔργοισι. λοιπὸν δὲ τῷδε λέξεως, οὐδιανοίασθαι πάτεν. τὰ μὲν οὖτις τῷδε τῷδε λιανόισιν εἰς τοῖς τῷδε ἑρτοεμένης καίτιο: τότε γεννιῶν μᾶλλον ἐκείνης τοῖς μεθύσκον. οὐτοί δὲ κατὰ τοὺς λιανόισιν τῷδε ταῦτα, οὐτοί δὲ τὸ λόγου δῆ παρασκοπναθλῖται. μέρη δὲ τούτων, τό, τε ἀνασθεντιώνησι ηγένεται λύειν, ηγένεται πάτη παρασκοπνάζειν. σίον ἐλεον, οὐ φόβον, οὐ ὁργὴν, ηγένεται τοῦτα: ηγένεται πάτη μέγεθος ηγένεται σχειρότητα. σήκλον δὲ ὅπη ηγένεται τοῖς αρχέμασιν ἀπὸ τῶις αὐτῶις εἰδῶις δῆ χρῆσθαι, ὅταν οὐ ἐλεεινά, οὐ δεινά, οὐ μεγάλα, οὐ ἐκότα δῆ παρασκοπνάζειν: τοιτέρω τοσούτον διαφέρει, ὅπιτα μὲν δῆ φαίνεθαι αἴσιον διδασκαλίασθαι: τὰ δὲ εἰ τῷ λόγῳ ηγένεται τὸ λέγοντος παρα-

ποιεύεθαι. Τί γαρ ἀν τὸ λέγοντος δῆγον, εἰ φανοῖτο ἡδέα καὶ μὴ διὰ τὸν λόγον;

De alijs quidem igitur iam dictum est: reliquum autem de locutione vel sententia dicere. Quæ quidem igitur circa sententiam in libris de arte dicendi positæ sint: hoc enim proprium magis illius rationis ac viæ. Sunt autem secundum sententiam hæc, quæcumq; ab oratione oportet comparari: partes autem horum demonstrare, & soluere, & affectus excitare: Cœ misericordiam, vel metum, vel iram: & quæcumq; huiuscmodi: & præterea magnitudinem & paruitatem. Perspicuum autem quod & in rebus ab ipsis formis oportet uti, quando vel miserabiles, vel acerbæ, vel magnas, vel verisimiles oportuerit conficere: nisi quod tantum discrepant, quod hæc quidem oportet apparere sine doctrina: quæ autem in oratione, ab dicente comparari, & ab oratione fieri: quod enim utiq; effet dicens opus, si apparerent iucunda, & non propter orationem?

Cum multa iam tradidisset, quæ, quomodo corpus tragœdia, fabulaq; , sine vi-
tio constitui posset, docerent: nec non de moribus accurate præcepisset; præcipue
enim duo hæc viderunt significasse, De aliis dicens. Quum igitur hæc sedulo expli-
casset, tempusq; iam venisset disputandi de locutione illi poëmati apta, indicat per-
uentum esse ad finem superioris præceptionis, quæ satis longa & accurata fuit: exci-
tatq; lectorum ostendendo, quid nunc sequatur, vt plena integratq; hæc ars explicet-
tur. Restare igitur dicit, vt de locutione agat. Sed quia ratio postulabat, vt prius
de sententiis diligenter præciperet: antea enim quid dicatur oportet habere: postea
quibus verbis id exponatur, videre: neque enim vsus ullus esset verborum, nisi quid
illis significaretur, haberemus. Et præterea quia supra hoc ordine vsus fuerat in ap-
pellandis partibus his tragœdia, quæ qualitatis aliquid ipsi aspergunt: *sicut: et* q; an-
te locutionem collokarat, cur nunc supersedeat accurata disputatione de illa, decla-
rat: causamq; huius rei esse inquit, quia quæ pertinebant ad sententias, vnde scilicet
illæ eruerentur, & aptæ vndiq; illi temporis redderentur, iam in libris de arte dicen-
di, diligenter traditum fuerat. Cum igitur, nondum aperto consilio suo, ordinem,
quem tenere vellet, ostendisset: vidissetq; difficultatem hanc in animo lectoris nasci
prorsus debere, statim, quasi se purgans, ait. Vel de sententia: quod scilicet verius
fuerat. cur tamen nunc hoc relinquatur, docet. Ea nanque, quæ ad sententiam fa-
ciunt, accipi vult, vt in libris de arte dicendi pertractata sunt, nec ullam in partem
immutari. Cur verò illic potius, quam hic accurate de hoc disputatione, exponit: idq;
à se factum esse ratione docet, quia magis proprium est illius, quam huius metho-
di, hoc moliri: magis autem proprium quia illic veræ causæ, non fictæ, vt in fabulis,
aguntur: & illæ quidem vnde maioris ponderis res nascuntur: & salus deniq; alicui
aut pestis nascitur: nec homini tantum, sed etiam ciuitati ac genti. Quamuis autem,
quæ sententiae sunt, peti iubat è libris de arte dicendi, breui tamen quæ illa sint,
exponit: esseq; inquit ea, quæ pertinent ad sententiam, communiter vniuersa illa,
quæ ab oratione opus est confici ac comparari, vt omnis cura operaq; dicentis in illis
occupata esse debeat. Cum verò generatim ipsa hoc pacto ostendisset, singillatim ea
exponit: partesq; horum esse inquit: id est in illis numerari, demonstrare atque ali-
quid argumento probare: nec non dissoluere & confutare: præterea affectus excita-
re: quorum motuum partem enumerat. ceu enim inquit misericordiam, vel metum,
vel iracundiam: reliquos autem retinet. Non sine causa verò aperit, quæ vocet *πάθη*: exemplaque ipsorum ponit: hoc enim in libro plerunq; aliud appellat *πάθη*, vt ex
definitione ipsius, quam attruit, patet; non solos tamen illos esse qui affectus vocari
possint,

possint, declarat, addens. Et quicunque alij huiuscemodi. Quanta uero cura, diligentiaq; persequutus sit hanc rem initio secundi eorum librorum, & quam subtiliter, acuteq; illuc omnia explicarit, nihil attinet dicere. vt quum opus illud eruditiois elegantiaeq; plenum sit, hanc in primis ipsius partem docti & ingeniosi viri non sine causa magnopere admirati sint. Sed quum non solum quidquid ad affectus hos facit, illic summo studio explicarit, verum etiam qui mores sint & singularum astatum, & fortunarum hominum: nec non etiam, quos mores creent, & motus illi turbidi animorum & habitus, qui sedati sunt, illic tradiderit, non sine causa quispam quereret, cur partem hanc hic reliquerit, quum manifesto & ipsa ope orationis efficiatur: *diacritas* q; opus sit, non minus, atque illa, quae appellauit. Quin autem huiusmodi oratio, in qua appareant mores eius, qui dicit, magnam vim habeat ad fidem faciendam, dubitari non potest. Adiungit statim hic, quae itidem sententiae sunt. Et adhuc magnitudinem & paruitatem quis enim nescit ui orationis, artificioq; dicentis, res & amplificari & minui: cum extiterint etiam qui in his duobus praecipue positam esse artem dicendi voluerint. Cum, & quae sententiae sint, & partes ipsius docuisse, tradit dubitari non posse, quin ab iisdem formis & quasi locis, rationes harum rerum ducenda sint, cum tragicus poeta quipiam horum efficere vult, a quibus in altero illo studio ducuntur, cum orator & ipse aliquid horum molitur: ambas enim has diversas artes eodem accedere oportet. Inquit igitur. Perspicuum autem est, quod & in rebus ab iisdem formis oportet uti, quando vel miserabiles vel acerbas vel magnas vel verisimiles opus fuerit conficere: a quibus scilicet formis sumunt, cum eadem præstare volunt, oratores: ut non aliæ sint formæ loci q; qui instruunt oratorem: & alij, qui poëtam ornent: rationemq; eum doceant, quomodo eorum aliquid efficere possit. *Pœnitus* hic vocat res, quae in scenam veniunt, & argumentum ipsum, eadem ratione, qua dixit fabulam esse *pœnitus* σύστασιν, quo loco manifesto *pœnitus* idem valent: sed Horatius etiam Latina voce, quae huic respondet, idem appellat in epistola de arte poëtica, ubi ait. Aut agitur res in scenis, aut acta refertur. In eo, quod sequitur, quod quidam affirmat in libris calamo exaratis legi ιδεω pro illo, quod in excusis est, εἰδεω: ipse quoque inueni eandem scripturam in tribus exemplaribus: nec tamen receptam lectioem hinc eiiciendam puto: auctor certe ipse in primo de arte dicendi, quo loco declarat, quid intelligat hac voce, εἰδεω appellat, non ιδεω: neque etiam si ιδεω hic legeretur, idem valeret hoc nomen, quod apud Hermogenem valet: longè enim aliæ ab his ιδεω sunt: quod nullo negotio intelligitur: εἰδεω enim, vt ipsem testatur, appellat, singulorum generum, disciplinarumq; proprias propositiones: cum loci sint, qui communes sunt omnium generum: & ubi manent argumenta, apta cunctis artibus confirmandis. Quod vero verbum χῆρων hic usurpat, valet illud, promere & quasi utendum illinc sumere atque mutuari. Est pusillum adhuc discrimen hac parte in libris calamo exaratis: pro ιδεω enim, partim illorum habent γένος: partim autem διάλογος: nec tamen censeo à communis lectio discedendum. Cum autem similitudinem, quae in his rebus versatur, ostenderit, quid discriminis illa inter se habeant, declarat. Inquit igitur ipsa inter se hoc tantum distare, quod res ipsas oportet sua vi tales uideri, & spectatoribus apparere miserabiles scilicet, aut acerbas, aut amplas, aut aliquid huius generis, sine opera munereq; alicuius, qui id doceat: & quamvis non explicitur, atq; ab aliquo huiuscemodi esse declarentur: nam quod apud auctorem est: μάρτυς, arbitror significare *pœnitus* vt supra locutus est, & eò referri: ex eo autem quod sequitur manifesto percipitur, quomodo supra ceperit *pœnitus*: contrarium enim eius est, quod nunc inquit: οὐ οὐδὲ οὐδὲ: in scena enim res frunt, ab histriobusq; ita administrantur, vt si eo tempore gererentur: ab oratore autem exponuntur: & antea factæ commemorantur: in orationeq; demum positæ sunt. Inquit igitur. Quae autem in oratione manent, oportet scilicet: hoc enim repetendum est: à dicente confici ac comparari: quod contrarium eius est, quod supra dixit, quamvis non doceatur, & accurate declaretur. id est αὐτὸν διδοκεῖν: quod enim conficitur studio dicentis docetur & explanatur: illud vero cuiusmodi sit sua uia apparent. Addidit etiam hic, quod tanquam declararet proxima vicina uerba, id est quod dixerat à dicente comparari:

id vero

id vero est & ab oratione nasci: quod enim ab eo, qui verba facit de ea re conficitur, id ab oratione proficitur: indeq; ortum habet. Probare vero volens, quod dixerat, res illas tales fieri opera dicentis, à contrario id constituit: inquit enim. Si namque res illæ sua vi intellegentur esse iucundæ, & non tales efficerentur ab oratione, & accurata ipsius disputazione, quod restaret opus, officiumq; dicentis? quasi dicat su per sedere ille posset oratione: nec haberet cur in ea se tantopere iactaret: hoc autem absurdum est, quasi silentium indici oratoribus: nec operam eorum requiri, quæ tantopere prodest causis. Frustrus igitur est, quia ut commodum est, causaq; postulat, quæ exponuntur, efficiuntur aut iucundæ, aut tristes, aut atroces, aut aliquid eiusmodi: quamvis enim nunc unum horum ponat: id est iucunda, reliqua tamen audienda sunt.

Tῶν δὲ τῶν τὴν λέξιν, ἃ μηδὲν εἴσιν ἐπίθετο διεργασία, τὰ γέματα τὰ τοῦ λέξεως, ἀλλὰ εἴσιν εἰδέναι τὰς τάσσουριν, οὐκ τὸ τὸν τοιόν την ἔχοντος αὐτοῦ τετέκτωντα. οἷον τὸν τοπολὺ, οὐκ τὸ θύρα, οὐκ διάγνωσις, οὐκ ἀπειλή, οὐκ δρώτης, οὐκ ἀπόροις, οὐκ ἄπολος τοιόντος: παρὰ τοὺς τὸν γνῶσιν ἔχοντας, οὐδὲν εἰς τὸν ποιητικὸν ἐπίτιμα φέρεται, διότι οὐκ ἀξιον ποιητικός. τὸν γάρ τοις τάσσουροις οὐ μεριθεῖ, ἀλλὰ προτάγορος ἐπίτιμος: διότι διχοθανούσιος, ἐπίτιμος, οὐδὲν οὐδὲ οὐ ποιητικός. Μηδὲν οὖν οὐδὲ οὐ ποιητικός (φυσι) ποιεῖν τι, οὐ μή, ἐπίτιμος εἰσι. Σιδὸν παρέιδω, οὐδὲν οὐ ποιητικός οὐ διεργάμενος.

Forum autem, quae circa locutionem: una quidem species est animaduersionis figura locutionis, quas perceptisse est histrionica, & eius, qui huiuscemodi habet architectonicam. Ceterum quid mandatum est, & quid preces, & narratio, & mina, & interrogatio, & responsio, & si quid aliud huiuscemodi: ab cognitione enim vel inscitia harum rerum nulla in poetica arte reprehensione affertur, quae quidem alicuius pretij sit: Quid enim aliquis existimet virtutem tractata esse ea, quae Protagoras accusat, quod cum puret precari, præcipit, ubi dixit. Irām cane dea: iubere enim inquit aliquid facere aut non, præceptio est. Quare omissatur, ut aliis, & non poetice artis, consideratio.

Cum supra ostendisset restare, ut de locutione, sententiaeq; disputaretur: quatum tamen duarum rerum alteram hic accurate non persequitur, quia ut narrat, exposita illa sit, diligentemq; tractata in libris de arte dicendi: quamvis nunc quoque breui tradat, & quid ipsam conficiat, & quae partes eius sint, aggreditur alteram, id est locutionem: & cum plura in natura eius, viq;, spectanda animaduerti possint, unum illorum esse ait, figuræ, quas appellat, locutionis: quæ autem illæ sint, ipse docet. Animaduertendum autem in primis longè aliam rem intelligere magistros dicendi, quamvis utantur iisdem nominibus, quum dicunt χήρων λέξεως: ita enim ipsi vocant ornatus quodam & tanquam lumina orationis: distinguuntq; posteriore nomine ab iis luminibus, quæ manent in sententiis: quæ χήρων *diacritas* ea de causa ab ipsis vocantur. Sed hoc nunc relicto, quod admonuisse satis fuit, vocatae hæ figure ita videntur, quia aliter atque aliter vultus, totum ue corporis, cum variantur illæ, conformatur, ut meritè hac de causa schemata figurae q; ipsæ appellatae sint. Has igitur exquisitè nosse non poetice artis, sed histrionica officium esse inquit: quia autem ars à strato separata nihil cognoscit, sed illi adiuncta tantum percipit, quod percipit, quasi declarationis loco addit. Et eius qui huiuscemodi teneat architectonicam, τοιότητι vero, non ταύτῃ, videtur dixisse: id est huiuscemodi, non hanc, quasi non omnino velit histrionica esse, in cuius potestate illa sit, quæ moderatur

R ac fingit

ac fingit corpus, ut postulant diuersæ rationes ac modi pronuntiandi, sed similem ipsi quandam, quæ in inferiores multas ius habet, & tanquam precipit, quid ipsis factò opus sit, ut princeps eorum fabris in domo ædificanda: hoc enim valet architectonicam esse. Exemplis autem, & singularum partium appellatione, declarare volens, quæ sint figuræ hæc, inquit, Ceu quid sit mandatio, quid precatio, & quæ narratio. vocat autem *cīrālā*, vocis orisq; formam, qua quis alicui quippiam mandat: ut precationem etiam, quomodo quis fingit vocem, cum votum facit, & oratione sua poscit aliquid à diis immortalibus. eadem ratio reliquorum modorum est: nec tam eorum omnium nomina ponit: nam in extremo multis iam enumeratis, quasi dubitans an aliqua restent, ait. Et si quid aliud huiuscemodi. Probare autem volunt, non oportere sollicitam esse artem poëticam de his rebus, nec debere exquisitiè ipsa percipere, rationem hanc eius rei reddit: docet enim ab harum rerum scientia, aut inscita, non posse in artem poëtarum cadere ullam reprehensionem, quæ momenti alicuius sit. Cum igitur labi in aliquo horum, nec viam eius tenere, non afferrat poëta iustum ullam reprehensionem, intelligitur cura ipsius non esse hæc minute perdiscere. Respondet igitur, quod inquit. παρά τοις, & quæ sequuntur, superiori illi parti ἀπόδεικης ὑποκρητικῆς: affectus enim causa his verbis manifestò alicuius rei: illa autem est, quod officium poëtices non est ea tenere, sed histrionice: Poëtices verò non esse significauit, quamuis id non expresserit, quem histrionices esse affirmauit. Videndum autem cur non solum dixerit ab ignoratione, verum etiam à scientia harum rerum nihil vera reprehensionis caderet posse in artem poëtarum: neque enim cognitio alicuius artis occasionem vñquam videtur dare peccandi. & sanè quamvis contrarias res appellari, ut consuetudo videtur esse loquendi: ab altera tantum deteriorèq; parte videtur nasci vitium, ansaq; erroris. Παρά hic eadem vim, quam supra, habet, cum inquit καὶ παρά τοὺς λόγου γνωστού: valet enim ab motumq; alicunde significat. Multis autem locis ipse ita hanc particulam cepit: sed alij quoq; Græci autores, ut Polybius in iij. libro historiarum, cum inquit. μὴ παρά τινα δύναμεν ἀπόδειξιν, αὐτὸν παρά τινα τοῦ προτιθέντος διάλεξεν καρχεῖν: id est in mentem venit Romanis, quod res antea male gesta esset: consternataq; animo in pugna aliqua visæ forent eorum copiæ, non natum esse id à timore militum, sed à ducis metu, & nimia in conserendo prælio cautione. Φρέσκαι πτυχαι dictum est, ut φρέσκαι cypri, φρέσκαι λεγχοι, & plura alia huiuscemodi: ita enim crebrè locutus est hic scriptor. Quod itidem inquit. οὐτι καὶ ἀξιον παρέδει, manifesto significat quod dixi, id est quod alicuius sit ponderis: nam non defuerunt, qui ob has res poëtas accusarint, & ipsis vitio verterint, quod lapsi sint in his gestibus, ut ipse Protagoræ exemplo confirmat: sed neglegi possunt huiuscemodi illorum criminationes: nec dignæ sunt, quas aliquis adhibito studio refellat: Tanquam igitur detergere voluit eos, qui contra senirent, ita interrogans ipsos: & quod illi arripere potuerint, tanquam opinioni suæ confirmandæ aptum, antea confutans. Quid enim peccati aliquis in se continere putaret ea, quæ Protagoras reprehendit: quod existimans orare, precésq; adhibere Homerus, imperat, his verbis vsus. Iram cane dea: quamvis autem vnum tantum eorum ponat, quæ in summo poëta accusare solitus erat Protagoras, plura tamen illa fuisse appareret: sed cuncta eiusdem generis, ex verbis Aristotelis, qui inquit, Ea, quæ: quam autem ille reddebat rationem huius rei, exponit hoc pacto: iubere enim inquit Protagoras facere aliquid, aut non, est præceptio, id est formam habet imprimandi, personæq; præstantiam significat. Quod verò auctor adiungit. Quare omittatur, habet hanc uim: declaratq; non oportere ipsum de his figuris gestibusq; orationis accurate præcipere: quia, ut statim aperit, non est propria eius artis, quam nunc tradit, hæc contemplatio atque animaduersio, sed alius, id est histrionicæ: nam oratores etiam, qui aliter vitia quædam in agendo à se depellere non potuerunt, ab histrione aliquando emendati sunt. Vedit etiam Eustathius hoc, quod obiici aliquo modo poterat Homero in primis statim verbis Iliidis, ac diligenter purgauit. Cum autem illustris locus sit: nec Aristoteles nunc contendat poëtam defendere: contentusq; fuerit inanitatem eius criminationis indicasse, supersedebo & ipse loci illius explicatione.

Τις δὲ λέξεως ἀπάσης ταῦτα τὰ μέρη. σοιχεῖον, συλλαβὴ, σώματος,
οὐρα, ἔντα, αὐθεντος, πλάσις, λόγος.

Locutionis autem omnis hæc sunt partes, elementum, syllaba, coniunctio, nomen, verbum, articulus, casus, oratio.

Cum, officium suum constituens, ostendisset non esse nunc diligenter explicandum quæstionem illam de figuris ac gestibus locutionis, quia est alius artis propria illa consideratio, se parat ad ea videnda, quæ ratio huius studij poscebat, & quæ non sine culpa negligentie omitti poterant: primumq; definit, quid locutio sit: ita enim appello, quam ipse vocavit λέξιν. cum manifestò intelligatur longe aliam rem ipsum esse velle λέξιν, ac λόγον: nam λέξιν, totum quoddam & quasi genus: λόγον vero, (vocabem id nunc orationē) partem & tanquam speciem esse uult: numerat enim ipsam in partibus locutionis: extremam tamen, ut quæ plenior & compositionis sit. Ammonius quoque, qui diligenter de his rebus disseruit in commentariis librum Aristotelis ποίησης, ita hunc locum cepit: apertèq; declarauit, quid discriminis esse putaret inter locutionem atque orationem, ut sequar superiorem mean horum verborum interpretationem: neque enim me fallit Latinis his nominibus sæpe veteres autores indifferenter eos esse. Putat igitur ille orationem esse comprehensio nem in primis vobis res significantium. Locutionem verò simpliciter omnium, quæ assumuntur in rationem loquendi, ac sensus animi proferendi: hoc enim arbitrator ipsum illic appellasse λαλετικῶν. omnium verò scilicet vobis comprehensionem. articuli igitur, coniunctiones, aduerbia, & præpositiones, qui primo res non significant, sed potius vincunt orationis partes, valentq; ad aptam illarum compositionem ac seriem, non sunt orationis partes, sed locutionis. Animaduertendum tamen, an Aristoteles, cum dixerit. Locutionis omnis, non simpliciter locutionis, appendice illa separabit locutionem ab oratione: quæ vocabula si sumpta simpliciter fuerint, ac sine additamento vlo, discrimen nullum inter se habitura fuerint, ut sane ceteri scriptores illa usurpare consuerunt. Aut hoc certè, aut aliud quippiam illic ipsa valet. Singula, quæ sequuntur, verba, id est partes ipsas locutionis, non oportet nunc accuratè explicare, cum ipse diligenter in hoc opus, illorum ordine feruato, incūmbat: ab elemento autem ordinatur, hoc pacto,

Στοιχεῖον μὲν δινέστι φωνή ἀδιάρετος: οὐ πᾶσα δὲ, ἀλλ' ἡ πέφυκε σωτῆτι γίνεσθαι φωνή: ηγέρη τῶν θηρίων εἴσον. ἀδιάρετοι φωναί, ἀντὶ οὐδερίαν λέγω στοιχεῖοι.

Elementum quidem igitur est vox individualia: non omnis autem, sed ex qua natura fit, ut nascatur intelligibilis vox: etenim belluarum sunt individualia voces, quarum nullam dico elementum.

Literam vocat eodem nomine, quo quatuor initia rerum, unde vniuersus orbis constitutus est, à Græcis appellantur: huius autem nominis veram causam esse putto, quod omnis vox ex illis conflatur primis partibus, & cum dissoluitur, in easdem recedit: quæ ratio est elementorum ipsorum. Primum igitur genus ipsius ponit: esseq; affirmat vocem: sed quia plurimæ voces inueniuntur, quæ cum fecentur, nullo modo elementa vocari possunt, primum ipsas reiicit: separatq; hanc ab illis omnibus, addens, individualia: hæc enim diuidi secariq; in partes non potest: Verum quia non satis hoc est ad separandam ipsam à ceteris omnibus vobis, quia inueniuntur etiam voces aliquæ, quæ quamvis diuidi non possint, non tamen sunt elementa, adgit quod adhuc desiderabatur: id est huiuscemodi illam esse debere, ut ex ipsa commode conflari possit vox, quæ aliquid significet: ac cuius vis ab aliquo, qui auribus ipsam accipiat, percipiatur: hoc enim arbitrator valere σωτῆτι, inquit autem auctor

πέφυκε μίνειναι, & non γνέναι, nisi fallor, quia non semper ceteræ voces sequuntur, quæ aut syllabam aut dictionem constituunt: & tamen ipsa, quantum in ipsa fuit, hoc præstare poterat, neque per illam stetit, quo minus id efficieretur: neque enim verum puto, quod non nulli dixerit, ita hoc prolatum esse, & quasi natura additum, quia elementum, aut uox ex elementis proférri potest, & ab aliquo non audiri: hoc enim inclusum est in eo, quod infra voci adiectum est, id est in verbo σωτηρίᾳ: neque enim valet illud, quod omnino percipitur, sed quod, nisi aliquid obstriterit, intelligi potest. Causam autem attulit, cur posterius hoc addiderit, & inquit. Etenim beluarum sunt individuaæ voces, quarum nullam appello elementum. Cum sint igitur voces non nullæ expertum rationis animantium, quæ eadem illa ratione divididi non possunt, quia ex eis non efficitur vox, quæ significet aliquid: & unde sensus eius, qui eam profert, intelligatur, non sunt habendæ illæ elementa. Sibilus autem, sc̄reatus, huiuscmodi, non nulla, quæ quamvis significant aliquid, non tamen aut elementa sunt, aut ex elementis constant, inde excluduntur, ut arbitrator, quia ex ipsis non conformatur vox (ut ipse appellat) σωτηρίᾳ. alioqui voces etiam belluarum, cum quibus haec, aut eadem, aut ualde similes sunt, & ipse etiam forent σωτηρίᾳ, id est ratione quadam certa intelligentur, & earum efficitur exquisitaq; scientia: quod in his non contingit. Subtiliter autem admonuit Madius fieri etiam posse, ut voces non nullæ, quæ constant ex elementis, non significant: quod ipse exemplo quodam frequenti apud dialecticos, probat: id est uoce blitiri: neque enim quamvis oporteat omnino constare ex elementis vocem, quæ ordine certo significant, necesse est omnem vocem, quæ id habet, posse percipi, & certa ratione cognosci: aut, quod fortasse verius est, quamvis è genere earum sit, quæ percipi possunt: hoc enim supra ostendi valere σωτηρίᾳ, non tamen percipi, quia non sit in consuetudine: nec ea utantur homines ad aliquid significandum: nam noua, quæ cūduntur, nomina, cum vsu cōprobantur, huiuscmodi & ipsa sunt: antea enim ab aliquo temere prolata, quamvis ex elementis constassent, nihil significassent: & tamen via naturaq; σωτηρίᾳ extitissent.

Ταύτης δὲ μέρη, τόποι φωνῆιν καὶ τὸ οὐράνιον, καὶ ἄφωνον. Εἰσὶ δὲ φωνῆιν αὖτις προσθολήις ἔχον φωνὴν ἀκουστῶν. δίον δὲ ἄ, καὶ δὲ ὁ. οὐράνιον δὲ, τὸ μετὰ προσθολῆις, ἔχον φωνὴν ἀκουστῶν. δίον δὲ σ, καὶ δὲ ρ. ἄφωνον δὲ, τὸ μετὰ προσθολῆις καὶ αὖτις μὲν οὐδεμίαν ἔχον φωνὴν: μετὰ δὲ τῶν ἔχοντων τινὰ φωνὴν, γνώμονον ἀκουστὸν. δίον δὲ γ καὶ δὲ δ. τῶντα δὲ διαφόρεις χρήματοι τε τῆς σύμμαχος, καὶ τόποις, καὶ σχετικοῖς, καὶ λόγοις, καὶ μήναις, καὶ βραχύτηποι: εἴτε δὲ καὶ ὀξύτηποι, καὶ βαρύτηποι, καὶ τῷ μήσῳ. τῷδε δὲ οὐράνιον τοῖς μετεπιοῖς προσθίεται θεορεῖται.

Huius autem partes, vocaleq; & semiocale, & mutum. est autem vocale quidem, quod sine ictu habet vocem, quæ audiri potest, cū δὲ, & ω. Semiocale autem, quod cum ictu habet vocem, quæ audiri potest, ut σ, & ρ. Mutum autem, quod cum ictu per se quidem nullam habet vocem: cum his autem, quæ habent aliquam vocem, efficitur huiuscmodi, ut exaudiri possit. cū γ, & δ. Hac autem differunt inter se figuris oris, & locis, & crastitudine & tenuitate, & longitudine & breuitate. Adhuc autem acuminē, & granitate & medio. De quibus singillatim in metricis conuenit contemplari.

Cum quid elementum foret docuisse: vocemq; individuam illud esse significasset, explicaturus quot partes species ex elementorum sint, in divisione hac non responderet.

Spondet nomini elementi, sed ei, quo tanquam genere elementorum uisus fuerat: id est voci, quæ muliebri etiam genere Græcè, vt Latinè, appellatur: inquit enim. τὰ τρία δὲ μοῖρα. Hoc autem admonui, quia quod huic respondet in Latino sermone faltere posset: commune enim omnium generum est. Huius igitur inquit, scilicet vocis individuaæ, quæ ita distinguitur à ceteris individuis vocibus, ut significauit, partes sunt, vocale scilicet elementum: (nunc enim ad id, quod supra definitum fuerat reddit) & semiocale, & mutum: Tres igitur sunt partes elementorum, siue literarum, ita inter se distinctæ, ut nunc declarabit. Ordinem autem persequens, primum vocale elementum definit: quod esse inquit id, quod sine ictu habet vocem, quæ auribus percipi audiri potest, quod reliquæ duobus diuersa ratione non contingit. Προτότοτα, quod est apud auctorem, sanè arbitrator ualere ictum ac percussionem, non tamen cum uox ferit fauces, siue linguam, siue palatum, siue labia: nam hoc communem omnium literarum puto, sed cum litera aliqua in alteram incurrit, ad eamq; offendit, dum pronuntiatur, ea ratione, qua infra diligentius ostendetur. Litera igitur vocalis, ut sonus eius audiatur, non eget hoc ictu: quamvis si accidat etiam, ut cum alia litera coniuncta sit, & in pronuntiando cum ea collidatur, sonus eius non impeditur ea de causa, sed addito etiam illo exauditur: & tamen quod inquit nunc Aristoteles, quamvis hoc ei non contingat, & sine ictu hoc ipso, habet eam vim, ut per se ipsa audiatur. Hæc, nisi fallor, est sententia huius loci. Cum autem infra & semiocale & mutæ literæ exempla posuerit, inuenierimq; in antiquo libro hic quoque eadem ratione exemplum uocalis: quod in excusis antea non legebatur, reponendum illud censui. Primam igitur & postremam uocalium exemplum esse uocavit Aristoteles eius, quod dixerat, & declarare uocem omnes illas habere, quæ sine concursu, auxilioq; consequentis literæ exaudiri possint. Hac verò explicata, tradit semiocale elementum esse, quod cum ictu hoc habet uocem, quæ audiri possit, id est beneficio illius hoc obtinet: quod si solum illud elementum pronuntietur, & non incurrit in aliud, à quo excitetur, quod sepultum in eo erat: atque ita obscurum, ut commode exaudiri prius non posset, uox ipsius non perciperetur. Habet igitur & ipsum uocem, sed, ut docui, tenuem admodum, & quasi loquitam. cum ictu igitur hoc sentitur auribus: sine illo verò nullo modo. cur autem uocem ἀκούσῃ, id est quæ audiri possit dicat, & non affirmet illam audiri, appetet: quamvis enim nemo adsit, qui audiat, nihilominus tamen illa huiuscmodi est: habetq; eam potestatem, ut auribus percipi queat. Restat tertium genus, quod ita explanat. Mutum autem, quod cum ictu per se quidem nullam habet uocem. Cum his autem, quæ habent aliquam uocem, sit huiuscmodi, ut sub auditum cadat: solum enim ei contingit, ut audiri possit, cum ferit aliquam, quæ particeps sit uocis: accipit enim ab illa id, cuius ipsa sua uia expers est. Qui putarunt intelligendam esse percussionem, quæ fit, cum uox ferit linguam, palatum, labia, meo iudicio peccarunt: illud enim proprium est uocis: neque enim existere uox potest, nisi spiritus incidat in eas corporis partes: longe autem alium concursum nunc arbitrator ipsum intelligere, ubi de sono uocemq; literarum disputat: & ut supra ostendi, ictum qui fit cum litera, quæ consequitur. hunc igitur ictum non semper adiuuare dicit literam mutam, nec reddere illam talem, ut exaudiri possit: sed tunc solum, cum ea, in quam incidit, uocem habet, quæ exaudiri queat. Concursus igitur, ictusq; non ea ratione, qua concursus est, hoc efficit: nam si hoc ipse præstaret, quilibet concursus hoc efficieret: sed concursus cum litera, quæ uocem possidet: acquiritur enim tunc aliquid uocis concursu illo antecedenti literæ, quæ antea omnino ipsa carebat. intelligit autem manifestò literas uocales: solæ enī ex omnibus uocales literæ ha-

bent uocem. Mutæ igitur incidentes in uocales & ipsæ huiuscmodi fiunt, ut aribus percipi possint: aliter autem nullo modo: exemplum verò harum ponit γ. & δ. Sequitur apud auctorem, quod commune est omnium elementorum. Hæc autem differunt figurisq; oris & locis: quorum verborum vis aperta est: significant enim, de quo diligenter copioseq; differuit Haliarnasenus, quomodo id in singulis contineret, declarans: quædam literas pronuntiari hoc pacto ore conformato: alias autem, longe aliter eodem facto, ac diuersa demum figura: nam aliæ etiam summis labiis, aliæ interioribus partibus oris, ac fauibus pronuntiantur. Quod sequitur. Et crassitudine & tenuitate, apertum & ipsum est: quædam enim literæ crassæ sunt, que numerò tres sunt: θ., scilicet, & φ., & χ. quædam uero tenues, & quæ sonum exilem habeant, quæ sunt, ut videtur ipse existimare, reliquæ omnes è numero mutarum. Inferioris tamen atatis grammatici tertium adhuc genus excogitarunt, quod interiectum est inter hæc duo: ideoq; quod medium quandam naturam retineat, appellarunt ipsum medium: illud autem confidere uoluerunt tres superiores, si dematur inde sonus ille crassior, & aspiratio deniq; fiatq; pro θ. τ. & pro φ., η.: eadémq; ratione pro χ. κ. Noster tamen doctor hoc non tangit, ut qui subtiliter nunc de his non agat, & hanc curam relinquat illis, quorum munus est id exquisitè tractare. Addit autem. Et longitudine, & breuitate: quo declaratur literas quasdam esse natura productas, ac prolixo tempore pronuntiari: alias verò correptas, quæ breui tempore edantur. Sed hic quoque, quod supra itidem fecerat, in literarum crassitudine, aut tenuitate consideranda: medium, quod versatur inter has: quarum alteræ, longæ: alteræ verò, breues sunt, non considerat: sunt enim non nullæ animaduersæ ab his, qui curiosius hæc inuestigant, quæ ancipites sunt: ac geminum tempus: id est nunc correptum, nunc productum habent. An quod in extremo posuit. Et medio, non proprium est illius distinctionis, sed commune ipsi cum superioribus his duabus, &c, ut loquuntur, ἀπὸ κοινοῦ inferunt tribus his partibus? Quod sanè verius puto, ne cogamur fateri hunc locum apud hunc diligenter magistrum inchoatum esse: illic verò collocasse id uidetur, ne cum tediò aliquo idem tribus tam vicinis locis repeteret: Restare adhuc dicit, quod facit ad sonos eos, quos ipse alibi vocat πόνος: alij autem, qui suo proprioq; nomine ipsos ostendere uoluerunt, appellant προσωδία: Latini uocant accentus. Discrepare igitur adhuc dicit literas hac ipsa re, id est acumine, grauitate, & medio: quædam enim literæ acutum sonum habent: quædam grauem: alia noq; nullæ medium inter hos: qui est ille, qui uocatur προσωδία προσωδία. Cicero his verbis in oratore ipsos significat, vbi de uocis, incredibiliq; ipsius suauitate disserit. Acutum, grauem, inflexum sonum. His verò omnibus expositis, de illis singillatim, exquisitèq; oportere differere inquit in his questionibus, quæ pertinent ad rationem metrorum tradendam: quas disputationes, scriptionesq; appellat μετρικα: eadem ratione, qua σταλεκτικά, ἐντορικά, στιπικά, accuratas disputationes de illis rebus, vocare consuevit. locus igitur proprius harum explicationum est, ubi condendorum versuum ratio, arsq; traditur: illicq; decet diligenter has quæstiones persequi, quæ minus aptè hic explicarentur.

Συλλαβὴ δὲ εἰ φωνὴ ἀσημος, σινθετὴ ἐξ ἀφώνου, οὐκ φωνὴ ἔχοντος: οὐ γάρ δὲ γέ αὖτις ἀσυλλαβὴ, οὐκ μετὰ τῆς οὐκέτι γέ. ἀλλὰ οὐκ τούτων θεωρήσας διαφορὰ τῆς μετεπικτῆς εἰσι.

Syllaba autem est vox, quæ nihil significat, composita est muto & vox habente: etenim γέ, absque α, syllaba est, & cum α. Cen γέ: sed & horum contemplari differentias metricas est.

Cum literam definisset, breuiq; de uo ipsius disputasset, quod ordine sequebatur aggreditur, id est syllabam: eamq; esse dicit uocem sine significatu, compositam ē muto & uocem habente, scilicet elemento. præter igitur quād quod valde concisus est in hac re explicanda, ita obscurè loquitur, ut non nullæ statim exoriantur quæstiones.

stiones. Prima earum est, quod uiderur uelle, literæ unius uocem non rectè posse syllabam appellari, cum tamen plurimæ huiuscmodi reperiantur: & sanè nomen, quod huic rei impositum est, & ipsum idem ostendere uideret: nam syllaba uocata est ab οὐλαβῇ, quod ualeat comprehendere: Vnde à Latinis quibusdam grammaticis ipsæ uocatae fuere connexiones, siue conceptiones, quibus Latinis uocabulis uim Graci nominis exprimere illi studuerunt. Sed peccarunt ea parte, qua syllabam esse dixerunt literam uocalem, aut literarum coitum: neque enim, si auctoritatem Aristotelis sequimur, syllaba est coitus literarum, sed uocum potius, nisi forte, ne ab eius sententia discedamus, præstat dicere syllabam uocem iunctam, connexamq; è sono literarum: apertius tamen illi contra iudicium ipsius commississe uidentur, cum dixerunt, syllabam esse literam uocalem: præter enim quād syllaba non est litera, ut declaratum est, sed uox, debet illa composita esse: hęc uero nullo modo concreta est è duabus. Admirationem præterea gignit, quod affirmat syllabam uocem esse, quæ significatu careat: cum tamen in Greco sermone plurima nomina reperiuntur, quæ singulis syllabis constant, ut in Latino, mus, bos, lux: qui autem illa significent, dubium non est. Quare aut cum hoc accidit, illæ non ut syllabæ considerantur, sed ut nomina plena, quomodo interpres huius libri hunc nodum soluerunt: aut longe aliter noster hic doctor, quād illi faciant, syllabam capit: quod multis de causis, si diligenter attendimus, suspicari possumus: nam hoc etiam ualde dum est, & contra peruvulgatam opinionem, quod syllabam existere posse sine litera uocali uult: & sanè si syllaba est uox, cum coitus mutæ ac semiuocalis uocem aliquā in se contineat, uideret illa non omnino falsò syllaba uocari posse. Sed cum uoluerit uocem illam tenuem & obscuram semiuocalis excitari istū, ac concursu, uideret ea ratione uerius syllaba posse uocari, quæ antecedenterē habet semiuocalem: consequentem uero mutam, contra atque Aristoteles exemplo ostendat: exemplis namq; ille explanatur, quod dixerat, ait. Etenim γέ, sine α syllaba est, & cum α: nam quin adiuncta prioribus duabus literis α, syllaba illa foret, dubium non erat. in priore autem sententia confirmanda laborandum erat. Quare ipse ad exemplum confudit, atque illo tanquam redditione rationis usus est. Quum igitur definite syllabam uellet, eam ipsius definitionem attulit, quæ comprehenderet illam, quæ quibusdam syllaba uideri non potuit, & exorsus est à minus tali: Nam quin ea, quæ uocalem literam continent, syllaba & ipsa sit, in dubium uenire non poterat. Quod uero Robortellus narrat se in calamo exarato libro aliter scriptum hunc locum offendisse, legiq; in eo, αὐτὸν ἀντὶ οὐλαβῆς, ἀλλὰ μετὰ τοῦ α. οὐ τὸ γέ, de illius fide non dubito: cum tamen uestigium nullum eius lectionis inuenierim in meis exemplaribus, receperam scripturam sequar. Si certè illo pacto legeretur, negare non possem, quin omnia hic apertiora, planioraq; futura fuerint. Summus autem doctor, tanquam offensus tediò harum minutiarum rerum: seque hac molestia liberare uolens, quod optima ratione facere poterat, inquit. Sed horum etiam subtiliter uidere differentias, artis metricæ est: illius enim propositū est exquisitè hæc tradere, & summa adhibita diligentia inuestigare: quod supra etiam in quæstione de literis declaratū est.

Συλλαβὴ δὲ εἰ φωνὴ ἀσημος, οὐ τε ποιεῖ φωνὴν μίαν οὐ μαλιάν, εἰ πλειοῖσι φωνῶν τεφυκταῖσι συντίθεσαι: οὐδὲ τῶν ἀνηρων οὐδὲ τῶν μέσον, λέπι μὲν αρμότητι αρχῆ λόγου τιθέναι οὐδὲ αὔξεν. οἷον, μετι, ἡτοι, δι. οὐ φωνὴ ἀσημος εἰ πλειοῖσι μετ φωνῶν μαζῇ, συμματικῶν δὲ, ποιεῖ μίαν φωνὴν.

Coniunctio autem est vox nihil significans: quæ neque vetat, neque facit uocem unam significatiuam, ex pluribus vocibus aptam componi, & in extremitate & in medio, nisi congruerit in principio orationis ponere per se. Cen μετι, ἡτοι, δι, vel: vox nihil significans: quæ ex pluribus quidem vocibus una, significatiuus autem, facere apta est unam uocem.

Tertiam ponit partem locutionis, ordinem adhuc, quo supra ipsas appellauerat retinens, coniunctionem, ipsiusq; vim diligenter explicat: non enim contentus una definitione, alteram adiungit, quo magis occultam eius notionem euoluat. Primum igitur inquit coniunctionem esse vocem significatorem carentem: nam quin vox edatur, cum coniunctio proferatur, dubitari non potest: nihil tamen illa significare dicta est, quia rem nullam certam ostendit, quod etiam antecedenti parti contigit: idem enim syllabae vsu uenire declaratum est: nam literam quoque solam aliquam nihil significare sua vi apertum est. Sed hoc illius definitioni addere non necesse fuit, quia nemo facile suspicaretur hoc ipsi contingere, vt ceteris partibus, quibus cum hoc ipso commune sit: illae nanque facilius quempiam decipere possent: existimariq; & ipsae significare, vt syllaba, coniunctio, articulus. eo autem, quod statim adiungit, separat coniunctionem ab iis partibus, quae ipsam cingunt, expertesq; & ipse sunt significationis: tradit enim hanc esse naturam coniunctionis, vt non demat significationem alicui voci, quae id in se habet: vetetq; ipsam munus suum obire: vt contra etiam non efficiat talē: tribuatq; ipsi, vt id valeat: quod enim illa certam rem significat, aliunde habet, non à copula id accipit: tantum igitur ipsa coniungit res separatas, ac quæ prius multæ uoces erant, unam reddit. *αὐτὴν καλύπτει* igitur, quod inquit, hoc meo iudicio valet. non impedit ipsam, quin significet, neque hoc ei eripit: nam sententia plena non est: & ex consequentibus verbis quid illic desideretur, percipitur. Cum autem & literæ singulæ uoces sint, & syllabæ, & coniunctiones ipsæ: aliterq; nunc uocem accipiat, cuiusmodi uocem intelligat, aperit: dicitq; uocem se illam significare, quæ à natura ita facta est, vt ex pluribus uocibus componi possit. Plures autem uoces (nisi fallor) appellat plura nomina, ex quibus constet sententia aliqua: quorum etiam nominum uocumq; comprehensionem uocē vocat: neque enim arbitror accipi debere vocabulum aliquod iunctum: & quod constet è duobus pluribus ve nominibus: neque puto intelligere ipsum hanc compositionem uerborum. Quod verò addit. Et in extremis & in medio, tangit id, quod Latini etiam grammatici tradiderunt: coniunctionum enim quasdam dixerunt esse principales: alias verò subsequentes: tertium autem genus, medias, à locis, quos illæ in oratione occupant, ipsas appellantes. Aristoteles igitur præcipit non nullas in extremis collocari: extrema uocans, initium alicuius comprehensionis ac finem, nisi quis putet hoc nomine, quamuis multitudinis numerò usurpatum sit, significari tantum finem, cum infra de principio loquatur: ostendatq; manifestè quasdam inueniri, quarum sedes est initium orationis. ita igitur diceret coniunctiones & in fine comprehensionis collocari, & in medio, si fuerint eius generis, vt natura ipsarū non patiatur ipsas in principio comprehensionis collocari: nec tam enī omnis coniunctio, quam medium non recipit, rectè potest & in fine, & in principio poni: sua enim certaque sedes omnibus est assignata: nec quæ initio congruunt, rectè possunt in fine colloca-ri. exemplum ipsarum ponit tres has. μητροῦ, οὐτοῦ, διῆ. Ita autem explicata absolutaq; priore definitione, posteriore aggreditur, quam his verbis pertractat. Vel vox est nihil significans, quæ ex pluribus quidem uocibus una, significandi autem vim habentibus, habet naturam efficere unam uocem. Hic igitur quoque, vt supra primū in ea ponit, quod proprium ipsius non est: nihil eam significare: statimq; uim ipsius declarat, quæ est vt è pluribus unam efficiat uocem: munus enim ipsius est necesse & vincere partes orationis, quas partes ipse vocat, vt totum etiam, uoces: ex pluribus enim uocibus tradit effici unam uocem: uoces enim illæ ante dissipatae, nec inter se nexæ, non gignebant ex se unam uocem: id nanque postea consequuntur beneficio coniunctionis. Quales autem esse debeant haec uoces, quæ copulantur, ostendit, cum inquit. σημαντικῶν: id est requiri, vt plures illæ uoces per se aliquid significant: ac si non omnes, maior tamen earum pars hoc in se habeat. nam coniunctionem necessariam non esse vni uoci: nec posse munus suum obire, nisi due saltem, plures ve extiterint, manifestum est: & ipse hoc declarauit, cum inquit. Ex pluribus quidem uocibus una. Verbis illis Græcis ἡ ποιῶν πέφυκε (sic enim in libris calamo exaratis legitur) significatur uis atque officium ipsius coniunctionis, quæ huic uni rei inuenta est, vt nectat. Quod verò in quibusdam exemplaribus legitur. μιαστηματικῶν

τικῶν φωνῶν, corruptum esse puto: neque enim aut addit, aut demit significatum pluribus partibus orationis coniunctio: Sed id tantum facit, quod dictum est, quare improbè ab imperitus librariis id nomen eō inculcatum est. huius autē uarietatis mentio facta ab interpretibus non est, quia manifesto falsam, ut opinor, eam iudicauerunt.

Αὐτὸς δὲ ἐστι φωνὴ ἀσημός, οὐ λόγου αρχὴ λὺ, οὐ τέλος οὐ διορισμὸν δικλοῖ. οἷον τὸ φυμά, οὐδὲ τὸ τῶδε, οὐδὲ τὸ ἄλλα. οὐ φωνὴ ἀσημός, οὐ σῆτε καλύπτει, οὐτε τὸν φωνὴν μίαν σημαντικῶν εἰκασίαιν φωνῶν πεφυκῆσαι τωτίθεσθαι: οὐ τὸν ἄπρων, οὐδὲ τὸ μέσον.

Articulus autem est vox nihil significans, quæ orationis principium aut finem, aut distinctionem indicat, vt τὸ φυμά, οὐ τὸ τῶδε, οὐ reliqua: vel vox nihil significans, que neque prohibet, neque efficit uocem unam significatiuam, ex pluribus uocabus natura aptam componi: οὐ in extremis οὐ in medio.

Alium supra ordinem in enumerandis partibus locutionis secutus fuerat: articulum enim post nomen ac verbum collocarat: nunc autem, antequam vim eorum, notationemq; exprimat, articulum definit. Hoc verò non sine causa fecisse videtur: articuli nanque natura propinqua est naturæ coniunctionum, vt è definitionibus ipsius planè perspicetur. Primum igitur commune habet hoc cum illis, quod & articulus ipse & coniunctio uox est significatum carens. Secundo autem loco, quod vt coniunctiones non nullæ in principio collocantur: alij uero in fine: ita etiam articuli quidam initium orationis ostendunt: alij uero fini indicando facti sunt, ut ipse statim tradit. Tertiæ adhuc rei insériri articulos affirmat, id est valere ad rem aliquam certam, & quæ distinguuntur à ceteris, demonstrandam. Διορισμὸν hoc ipsum arbitror significare: è multis enim sèpe contingit, ut præcipuum aliquod ostendamus, atque ipsum è numero reliquorum eximamus: cui rei præstandæ accommodatus est articulus: nam quos initio monstrando factos esse dixit, sunt qui uocantur à grammaticis προτοκτικοὶ: hi nanque ordine antecedunt rem, quam ostendunt: illi verò, quos fini declarando idoneos inquit, appellantur ab iisdem ἴποτακτικοὶ: quod infra rem, quam referunt, collocentur. Exemplum autem tantum posuit eorum, qui ostendunt rem aliquam, separatam à multis: id est τὸ φυμά: nota enim illa atque articulo τὸ declaratur intelligi, accipiq; debere, uerbum φυμά. loco uero horum articulorum Latini vtuntur pronominibus ille & iste: ita descripto articulo aliam affert definitionem, que penè ipsi communis est cum coniunctione: ut enim coniunctio addita non demit significatum comprehensioni illi, cui addita est: neq; prohibet quin idem, quod prius, significet: eodēmq; pacto aduentu suo nō facit, vt ali quid significant, si forte prius nō significabat, ita etiam articulus: articulus enim quoq; nihil horum facit. additum uero hic est, quod in priore descriptione coniunctionis tantum supra positum fuerat: nam prorsus hoc necessarium iudicat Aristoteles ad uim articulorum declarandam: ostendere inquam articulos non nullos in extremis collocari: alios uero in medio: qui videntur illi esse, quos supra dixit Διορισμὸν significare. Non repetiuit autem ea verba, quæ sequebantur in coniunctione explicanda: quibusq; præceperat id, quod dixerat faciendum esse, nisi congruerit eam in principio orationis collocare.

Οὐ νοματεῖται φωνὴ σωθετή, σημαντικὴ αὖτις χρόνον, οὐ μέρος οὐδὲν ἐστι καθώτο σημαντικὸν: εἰ καὶ τοῖς διτάσιοις οὐ χρώμεθα, οὐδὲν αὐτὸν καθώτο σημαντεῖται. οἷον τὸ Θεοδώρῳ, τὸ δέρζον οὐ σημαίνει.

Nomen autem est vox composita, significativa sine tempore, cuius pars nulla

nulla est per se significativa: in duplicitibus enim non vniuersit, ut & ipsum per se significat. cetero in Theodoro, illud doron non significat.

Articuli vi explicata nomen definit: quod & ipsum vocē esse, ut superiora omnia dicit: hoc enim commune existit omnibus partibus locutionis, ac tanquam genus ipsorum est. non simpliciter tamen nomen vox esse dictum est: quod superioribus cunctis vsu uenit, sed vox composita: composita autem ex elementis, & e syllabis: quia nullum nomen vna litera constat: nam quin reperiantur nomina, que vniuersitatem syllabae sunt, dubitari non potest. Quod verò σηματική addit, hac parte distinguuntur nomen à superioribus vocibus, quae carent significatu, & aliis etiam non nullis, quae cum diuersae ab illis sint, ac speciem nominum habeant, hoc uno excluduntur à nominibus, quod non significant, cuiusmodi est blitri, coax, & alia huiuscmodi multa. Non significant autem ipsam, sed significanti uiuere inquit: hoc enim valet verbum id Græcum: quia nisi sint qui audiant, illae non significant: neque ipsorum potestatis est hoc praestare: Sed illud tantum, ut per ipsas non stet, quin significant: sine tempore quod adiunxit, distinguit ita à verbo, quod præterquam quod ostendit, aliquid fieri, aut sustineti, tempus præterea, quo ea agantur, significant. Que sequuntur. Cuius pars nulla est, que per se significandi vim habeat, separat nomen ab oratione: orationis nanque partes, & comprehensionis aliquam, quae sunt nomen ac verbum, scilicet etiam significant: & singulae suam quanam propriamq; notionem habent, præter eam, quam coniuncte simul conficiunt. Cuius autem, cum referat Græcam dictiōnem ἡ, que muliebris generis est, vocis, non nominis accipi debet. Animaduertendum verò, quod apud ipsum in libro τοῦ Θεοδοροῦ ualeat καθηγησίον: hoc enim verbo illic vsus est in eadem re ostendenda, idem hic significasse duabus his uocibus καθωτό. Quia autem extant quedam nomina, que cum iuncta sint è duobus nominibus (ipse διπλά, id est duplicita nunc uocat: illic autem appellauit περιγραφή, id est concreta & contexta) uidentur aduersari superiori sententiae: partes nanque ipsorum, quae integra nomina sive sunt, sua uerba significant, euellit hunc scrupulum: affirmatq; nos non ita capere ea nomina in coniunctione illa, ut per se posita, separatiq; caperemus: quod etiam exemplo declarat. id autem hic est iuncta vox Theodorus, inquit igitur in hoc composite nomen posterior pars, quae est διπλά, non significant: que in oratione sententiaq; aliqua proferenda donum significant: non significant autem, quia qui nomen illud alicui imposuerunt, non hoc cogitarunt. Ut pars igitur eius nominis id constituit, & hoc tantum efficit: aliud verò non ualeat. quae, ut supra à me dictum est: & ab ipso in libro τοῦ Θεοδοροῦ accuratius exemplo aliud iuncti itidem uiri nominis, declaratum in oratione ualeret, ac suū propriumq; significatum retineret. Quod inquit οὐ χρέω μητέ, respicit consuetudinem sermonis, que χρῆσις appellatur: valētq; non vniuersit eo pacto illa uoce in compositione eius nominis: neq; ita illam capimus, ut sola per se posita ueremur: solam autem intelligo, non adiuxam alij uoci: neque cum ipsa concretam: nam in cœtu etiam coagmentationeq; aliarum uocum, idem quod destituta ab omnibus significant. Quærendum autem diligenter, quod difficultatem non paruam in se habere cognovit philosophus Madius, quid ualeat hic uocabulum, quo auctor usus est in explicatione huius partis, συνδετή: simulq; cur non addiderit hic, quod in libro τοῦ Θεοδοροῦ ad definiendum nomē necessarium esse existimauit, κατὰ συνδετή. Quod igitur ipsi in uoce illa συνδετή explicanda in mentem uenit, ualde probo, verumq; esse, prorsus arbitror: quod uero postea dubitare coepit, an uox illa corrupta foret, suspicatusq; est pro κατὰ συνδετή ab imperito aliquo librario scriptum fuisse συνδετή, in eo auctoritatē ipsius non sequor: si nanque tam facile credimus ita omnia in antiquis scriptoribus maculosa perturbataq; esse, nihil erit, quod non in dubium reuocetur: atque ita omnis penè fructus, qui capitur ex lectione ipsorum, amittetur. Nam quod idem existimauit fieri etiam posse, ut omni suspicione sublata de veritate lectionis, pro eodem caperentur hec duo loca: eademq; notio esset ualde discrepantium uerborum, quomodo hoc recipi possit non video.

Quare

Quare retenta sua propriaq; vocis huius συνδετή significatione, ita dissolui posse arbitror quæstionem alteram, quæ est, cur non in absoluenda definitione nominis posuerit hic quoq; ea verba κατὰ συνδετή: supersederitq; contra eo nomine illic, quod hic nobis molestiam exhibuit: Vt eo in loco, ubi accuratius de his rebus disserit, utile esse putarit docere nomina ex pacto conuentuq; significare: & non quia naturalis sit notio, quam præ se ferunt, quod hic nullo modo necessarium existimat: nam diuersis etiam verbis ipsum res easdem appellasse ambobus in locis, & illic diligenter, quæ declaratione egebant explicasse, quod hic non facit, satis apertum est, ut mirari non debeamus, si non omnino iisdem sententias semper usus est. Sed uidetur tantum, quid locus, quem in manibus haberet, postularet.

Περὶ μητέ, φωνὴ συνδετή συματική μετὰ χροίου, λιξ οὐδὲν μέρος συματική κατὰ αὐτό, ὥστε τὸ κατὰ τὸν οὐρανόν τον: τὸ μὲν γάρ αὐθιστόπος, ἢ λαβυρῖνθος συματική τὸ πότε: τὸ δὲ βαζίζει, ἢ βεβάδινη προσαντικαίνει: τὸ μὲν, τὸν παρόπατα χροίου: τὸ δὲ, τὸν παρελυτικότα.

Verbum autem, vox composita significativa cum tempore, cuius nulla pars significant per se, quemadmodum & in nominibus. Hoc quidem enim, homo, vel album, non significant quando. Hoc autem, ambulat aut ambulauit, adsignificant: alterum quidem praesens tempus: alterum vero, præteritum.

Post nomen verbum definit, cui reliquis in rebus cum eo conuenit: vna autem tantum in re illa inter se discrepant, ut apparebit. & vocem igitur uerbum quoque esse inquit: & eam quidem compositam: nec non præditam ea vi ac potestate ut significant. Huc usque igitur omnia paria sunt; neque enim ne verba quidem variata sunt, quod sequitur distinguit verbum à nomine. in nomine nanque nulla notio temporis manet. vnde supra id ipsum, quod ipsum valet, sine tempore valere dictum est. Nunc autem tempus præterea in eo intelligi traditur: hoc enim significant hic περὶ χρονίων: neque accipi debet villo pacto, hoc auctorem dixisse, ut verbum, quum tempus abeat, non significant: quum verò idem adeat, significant, tanquam tempus aduentusq; ipsius hoc ei largiatur. Discrimine hoc monstrato, ad aliud, quod commune ipsi verbo cum illo itidem est, redit: quare iisdem uocibus illud exponit, quibus in vi naturaq; nominis explicanda ipsum antea exposuerat: inquit enim. Cuius nulla pars significant per se. Nam quod addidit. Quemadmodum & in nominibus, similitudinem, quam in hoc habet cum ipso nomine, significant: quamuis facilius fortasse illic error aliquis oriri posset: cum enim inueniantur etiam verba iuncta ut nomina, verba iungi solita sunt cum præpositionibus, quae uim significanti non habent: sed tamen reliqua pars falsò putari posset, quæ speciem eius rei habet, significant. Quæ vero adduntur statim, cuius uestigium nullum in nomine reperiatur, ostendit. exemplum igitur utriusque ponit: cum antea id, quod tradiderat in nominis natura explicanda, temporis in eo notam nullam esse, ac quod significant sine tempore ipsum significare, nulla ratione confirmasset. Quare hæc habenda est utriusq; sententia explanatio. inquit igitur. Homo enim vel album non significant tempus: quæ manifesto est prioris sententia confirmatio: ambo enim hæc nomina sunt, quorum prius virilis generis est, alterum verò neutri. Significant autem, reddidi, non adsignificant: quia scriptos libros hic συματικά habere, nō vt in excusis legitur, προσαντικά animaduerti: & sanè ita legi debere arbitror. Cum adhuc de nomine sermone: præpositio enim tunc additur huic nomini, cum id, quod proprium est temporis significatur. Vt autem duobus exemplis duorum generum declarauit in nominis significatione non intelligi tempus, ita duobus exemplis, quæ duo diuersa tempora ostenderent, comprobauit in verbo præter primum significantum tempus etiam intelligi,

telligi, quo id, quod dicitur factum aut acceptum sit, inquit igitur. Ambulat autem vel ambulauit ad significat, hoc quidem praesens tempus: hoc verò præteritum. præter igitur motum eum corporis, qui declaratur hoc verbo, ostenditur etiam hoc ipso tempore illum exerceri: eadem ratio est alterius exempli.

Πτῶσις δὲ ἐστιν οὐδέματος ἢ ἐνίματος μεν τὸ κατὰ ζύτου ἢ πούτῳ σημαίνοντες, οὐδὲ τοιωταί: οὐ δὲ τὸ κατὰ τὸ, εἰ τὸ τολλόις. οἱον αὐθεωποι οὐ αὐθεωποις: οὐ δὲ κατὰ τὰ τονισμάτα: οἱον κατὰ δρώτιστα, οὐ επίταξιν: οὐ γέραδισι, οὐ βάσις, πιῶσις ἐνίματος κατὰ τῷ ταῖς οὐδὲ τοιωταῖς.

Casus autem est nominis, vel verbi: hic quidem secundum id, quod est huius, vel huic significans, & quæcunq; huiuscmodi: hic autem secundum quod vni vel multis: ceu homines vel homo: hic verò secundum ea, quæ ad gestus pertinent, ut per interrogationem vel præceptionem: ambulauit enim vel ambulat, casus verbi secundum has species est:

Quot modis casus in nomine & in verbo dicatur ostendit, cum casum etiam in partibus locutionis numerasset: plures eiim ipsius notiones sunt: heq; tamē omnibus iis modis aut in nomine aut in verbo casus usurpat: nam quidam eorum locum in verbo non habet: vt contra alius, verbi proprius, à nomine excluditur. Tres vero diuersæ huius vocis videntur rationes notari. initio igitur rationem eam casus exponit, quæ nominis propria est: cum tamen communiter, ut aperte declarat, proposuerit agere de nominis vel verbi casibus: Nisi fallor autem prima ratio solius nominis est: postrema itidem, verbi tantum: media, ut res ipsa videtur testari: quamvis hoc ipse exemplo non confirmet, communis vtriusq;. Sed quomodo hæc tradiderit videamus: inquit enim. Casus autem est nominis aut verbi (recte autem casu hic quod explicatur, & vocem hanc casus, accipio: nam in calamo exaratis melioribus πάσι, non ut in excusis πάσι, legitur) casus igitur nominis aut verbi, hic quidem est, qui significat secundum id quod est huius vel huic: & quæcunq; talia, id est casus capitur uno modo hoc pacto: uariaturq; in hoc tantum significatus eius nominis, quod ita flectitur, ut nunc huius de illo dicatur, id est generandi casu quippiam de illo proferatur: nunc uero huic, dandiq; casu, & eodem pacto in reliquis casibus: hoc igitur meo iudicio significat: docetq; significatum eius nominis aliter nō uariari, sed tantum immutari: quod nunc huius, nunc huic, nunc etiam hunc de eo proferatur: id est omnibus iis modis leuiter notio eius distinguatur. Ut autem nomen hoc pacto inclinatur, ita verbum sic inclinari non posse appetet. Sequitur secunda mediaq; ratio, ita & ipsa exposita. Hic autem, secundum quod vni aut multis, id est casus etiam appellantur, cum ita variantur: nomina scilicet: ac, nisi fallor, uerba, ut nunc de uno, nunc de multis sermo sit: quod ab inferioris grammaticis singularis ac pluralis numerus appellatur. Non sine causa autem hi quoque casus appellati sunt. nā cadit etiam sic, disceditq; à forma eius nominis uel uerbi, quod ita uariatur. Exempla huius rei positurus, uno tantum, quod rem ita se in nominibus habere docet, contentus fuit: inquit enim. Ceu homines, uel homo, qui sunt casus ita accepti nominis. Animaduertendum eriam ipsum ordinem immutasse: nam uidebatur prius hoc nomen singulari numero ponи debuisse: Non minus igitur ille homo, quam homines, casum uocari oportere putat. Ego autem huius opinio- nis sum, ut non solum recte uocari posse existimem in uerbis, ut in nominibus, hanc uarietatem numerorum casus, sed etiam arbitror non stulte appellari posse in uerbis mutationem personarum, casus: quamuis de hoc aperte auctor non meminerit. Amas enim & amat, non minus cadunt ab amo, quam nominis & homini ab homo: & si hoc eandem personam notat: illud, diuersam. Restat tertia ratio propria uerborum, qui sunt modi appellati à grammaticis: hoc autem genus casus ipse dicit,

manere

manere in gestu actioneque: hoc enim videtur significare voluisse, cum ait κατὰ τὸ οὐδέματος: nam vultus semper partesque corporis, quæ sensus animi indicant, variantur, & aliter atque conformantur, cum variantur hi modi. Ad didicit igitur, explanans quod dixerat. Ceu per interrogationem, vel cum aliquid alicui mandamus: hoc enim valet κατὰ τὸ οὐδέματος. Qui autem imperant, mandant. imperandi igitur modum Aristoteles ita significauit. exemplum verò huius casus modiq; est βασίς. Quare videndum est, an interrogandi nota adponi debeat post εἰδότα, vt clarius intelligatur exemplum esse illius, quod κατὰ τὸ οὐδέματος appellauit: quamvis caim plures adhuc restent, verisimile ramen est exempla possuisse eorum, quæ numerauerat. In primo verò segmento πολὺ σημαίνει, vbi differit de oratione, ipsum vocare casus verborum, quem verbum distinguit temporibus, apertum est: quæ nanque oratio enuntiet, ostendens, inquit, Huiuscmodi eam esse, quæ constet ex verbo aut ex casu verbi: non minus enim enuntiat qui aliquid expponit, quod aut iam præterit, aut futuro tempore geri debet, quam qui, quod illo ipso tempore geritur, existit ve. Verba eius hæc sunt. αἴγανος δὲ πολύν πολύν αἴγανος, οὐκ πάσιν εἰνίματος: quod in extremo hic posuit κατὰ τὰ οὐδέματα, arbitror ipsum εἴδη appellasse diuersos hos modos verborum. nam restare adhuc non nullos, in quibus gestus varientur, quiq; voce, vultuq; distinguantur, aper tum est. Quæ igitur sint eiusdem generis ita notauit: vt supra, cum explicuisset, qui nunc vocantur vulgo casus nominum, in extremo inquit, κατὰ τὸ οὐδέματος. Sed etiā, quod in principio huius partis est, οὐδέματος οὐδέματος, puto particulam οὐδεποτι εἶναι, & non diuungere hoc loco, sed copulare, quemadmodum etiam supra cum ait. πολὺ λέγεται διuersitas: illic enim quoque significat, et: neque enim restabat de altero tantum eorum, sed de ambobus, præcipere.

Λόγος δὲ, φωνὴ σωθετὴ σημαίνει: οὗτος μέγινος κατὰ τὸ οὐδέματος λόγος εἰνίματος οὐδέματος οὐδέματος. οἱον δὲ τὸ αὐθεωπον οὐδεμοκός. ἀλλ' εἰδέχεται αὐτὸν εἰνίματον εἰνίλογον. μέρος μεν τοι αἴγανος σημαίνει. οἱον εἰ τῷ βασίτῃ Κλέων, οὐ Κλέων.

Oratio autem, vox composita, significativa: cuius quedam partes per se significant aliquid: non enim omnis oratio ex verbis & nominibus constat. Ceu nominis definitio, sed contingit sine verbis esse orationem: partem sa ne semper quampiam significante habebit. Ceu in illo ambulat Cleon, Cleon.

Postremam nunc partem locutionis, quæ fuit oratio, definit: & quæ sit uerbi nominis, ostendit. esse igitur hanc dicit, ut ceteras omnes partes, vocem: & eam quidem compositam concretamq; ex aliis vocibus: hoc enim prorsus arbitror hic valere σωθετὴν: non quæ positione, atque ex pacto significet. Non uno autem modo composita vox haec intelligi potest: nuncta enim oratio est & ex elementis & ex syllabis, quorum prius supra contingere affirmauit syllabæ: alterum verò nominis ac uerbo. puto tamen hic accipi debere ipsam iunctam esse è nominibus, & ceteris partibus orationis, quæ manifestè eam constituunt. Addit posthac vim significandi eam habere: quod ipsi commune est cum nomine ac uerbo: nam illa quoque id præstet: adiungit tamen, quod ab illis abest. Cuius quedam partes per se significant aliquid: neque enim partes illæ nominis aut uerbi separatae à ceteris partibus hoc præstant, sed notio quedam ex omnium congressu existit. Hoc autem proprium est orationis: ut si non omnes, partes tamen ipsius quedam, id est nomina ac uerba, se iunctæ à reliquis significant: quod enim inquit per se, hoc ipsum valet: quod inde etiam intelligitur, quia in libro πολὺ σημαίνει, orationem definens, cum idem significare vellet, uerbo, cui Latinum hoc respondet, vsus est: inquit enim. οὗτος μέρος της σηματικόν εἰναι καταχωρισμένον. Quod hic sequitur. Non enim omnis oratio ex verbis, & nominibus constat, valet ad refellendum eorum errorem, qui putarent omnem ora-

S tione

tionem aliquid significare atque indicare: si nanque omnis oratio ex verbis & nominibus constaret, id quod illi aiebant, prorsus verum fuisset: vbi enim verbum recte atque ordine adplicatum est ceteris partibus orationis, id prorsus efficitur, quod illi aiunt: cum tamen inueniantur orationes, à quibus verbum abest, vbi hoc desideratur, illuc nulla huiusmodi existit significatio, que scilicet aliquid indicet atq; ostendat. Hocigitur videtur hic tradere voluisse: nec tamen declarat quid fuerit, quod illi infirmare studebant: id verò fuisse illud, quod dixi, cognoscitur ex confirmatione eius sententie: ratione enim redditia probat non omnem orationem indicare. Verba autem, quæ adiungit, monstrant vnam è multis orationem, quæ nihil indicat, quia verbum in ea non est: inquit enim. Ceu hominis definitio: definitio enim hominis quæ est, animans particeps rationis, mortal is, non indicat eam rem esse, aut non esse: & est valde accommodatum exemplum huius rei: hanc enim arbitror esse veram definitionem hominis, quæ sāne aperit euoluitq; id, quod in illo nomine inclusum est, nec ultra quicquam attingit. nam quamuis moris sit addere verbum, est, illud tamen ponitur tanquam nota quædam, quæ declarat idem valere plura illa verba, quod valet vnum illud, quod definitur: neque enim definitio dicit esse, aut non esse rem, quæ definitur, sed tantum tradit illam esse vim & naturam ipsius: nullum certè dubium esset, quin ita hic locus capi deberet, si hæc verba. Ceu definitio hominis, sequerentur illa, quæ statim addit, & non antecederent: intelligo inquam hæc. Sed contingit sine verbis esse orationem. veruntamen arbitror, quod his posterioribus præcipitur, aliquo modo antea exemplo demonstratum fuisse. cuius exempli vis hæc fit, vt dixerit, ceu definitio hominis. verbi gratia est vna illarum orationum: addidit tamen id (nisi fallor) rei magis declarandæ causa, simulq; respondet ex altera parte illi, quod dixerat, non omnem orationem ex verbis & nominibus constare: aptumq; inde est. nam valet etiam, vt arbitror, ad ostendendum, illud. Ceu definitio hominis, exemplum esse orationis, quæ verbo careat, quia contrarium non oportuisset exemplo posito illustrare: quis enim nescit inueniri orationem, quæ verbo instructa sit, cum plerunq; oratio talis sit. cum tamen contra suspicari non sine causa aliquis posset, non extare orationem, quæ verbo careat, quia illam, quæ talis sit, orationem non habendam existimaret. Quare pergit idem constituere. nā adiungit. Verum contingit sine verbis esse orationem. Vt autem verum esse negavit, omnem orationem habere vim significandi, ita concedit illam habituram semper partem aliquam, quæ significet: nec fieri vlo pæsto posse, vt hoc ab ea tollatur. Exemplo verò, hoc ostendere volens, usus quodam est, quod non valde accommodatum iudicatum est: videbatur enim orationem ponere debuisse, quæ cum tota nihil significaret: partem tamen significantem haberet, in exemplo tamen virumque fit: nam & totum & pars significat: inquit enim. Ceu in illa oratione. Ambulat Cleon. nisi vitium igitur est in hac lectione, contentus fuit ostendere partem orationis indicare: quod in hac profecto fit: nec eodem tempore studuit probare inueniri etiam, quæ id sine hoc habeat: ac fortasse etiam in hoc totus occupatus esse debuit, quamuis exempla paſſim occurserent, quia paulo supra exemplum posuerat orationis, quæ cum tota non significet, quia non indicet: hæc autem ratio esse videtur, qua vna oratio vere significare posse dicatur: partes tamen significantes habeat, vt orationis partes significare possunt. In oratione igitur ambulat Cleon, posteriorem vocem, quæ viri nomen est, significare dicit, quia rem illam ostendit. In Aldino sanè libro legitur βαθ' εν κλέων indefinite tempore, qua in lectione hoc non contingeret: ut totum scilicet aliquid indicaret, nisi aliquid ad complendam sententiam extrinsecus sumeretur. Anmaduertendum tamen, an verè oratio hæc dici possit: neque enim videntur recte duo triaue verba temere ac fine certo vlo ordine collocata, posse oratio appellari. Non defuerunt etiam, qui licentia vfi, aliter tentarint hunc locum emendare, à qua corrigendi veteres autores ratione animo semper abhorru.

| Eīs δὲ ἐστι λόγος, διχῶς : ἡ γαρ δὲ οὐκαινόνων, ἡ δὲ εἰκασίων συνδέονται. οἷον δὲ Γλιάς μεν, σωδέονται εἰς : δὲ δὲ, τῷ αἰθρώπου, τῷ δὲ οὐκαινόνεν.

Vna

Una autem est oratio, duplicita: aut enim quæ vnum significat, aut quæ ex pluribus coniunctione fit. Ceu Ilias quidem, coniunctione, vna. Hominis oratio, quod vnum significet.

Addit superiori præceptioni aliud, quod tradere vtile quoque huic scientiæ putauit: nam in subtilioribus etiam libris, quibus rationem differendi instruxit, de eodem disputauit. Docet igitur orationem dici vnam duobus modis: uno namq; modo, qui primus est, ac magis verus, oratio est vna, quæ vnam rem significat. ut Aristoteles ambulat. Socrates ad virtutem hortatur adolescentes: Alio modo vna dicitur oratio, quæ è pluribus constat orationibus: habetq; vt vna dicatur à coniunctione vna vel pluribus: quæ diuersas sciuntq; orationes coniungunt: nisi enim illæ connecterent ipsas, plures orationes, non vna fuissent. Exemplum autem illustre amplumq; huius rei posuit, cum dixerit Iliadem, posteriore modo vnam orationem esse: id est beneficio copularum, quæ vincunt ipsam, atque vnam reddunt. Prioris modi est definitio hominis, quæ simplex oratio est: diciturq; vna, quia vnam tantum rem, non plures significet. & in primo autem segmento πολλα πληρωματα, & in Analyticorum posteriorum secundo eodem pacto partitus est orationem vnam.

Οὐδέ ματος δὲ εἴδη: δὲ μεν, ἀπλοῦν (ἀπλοῦν δὲ λέγω, δὲ μὴ εἰκασίων των σύγκειτων) τὸ δὲ διπλοῦν: τούτου δὲ, δὲ μεν, εἰκασίωντος καὶ ἀπλοῦν: δὲ δὲ, εἰκασίων των σύγκειτων. εἴ δὲ αὐτὸν τοις απλοῖς, καὶ τετραπλοῖς ὄντα, καὶ τριπλαπλοῖς. οἷον τὰ τοιλατῶν Μεγαλιωτῶν, Ερμοκαικοκανθος.

Nominis autem species: hæc quidem simplex (simplicem autem dico, quæ non ex significantibus constat) hæc autem duplex: Huius autem, hæc quidem ex significante & significato carente: hæc autem ex significantibus constat. est autem & triplex & quadruplex nomen, & multiplex. ceu multa Megaliotorum, Hermocaicoxanthus.

Cum singulas partes locutionis definisset, quarum postrema fuit oratio: nunc accuratè de nomine disserit: & quot species ipsius sint, ostendit. Videtur autem hic voce *τοιλατός*, cui respondeat Latina, Nomen, non tantum nomen propriè appellatum significare, sed etiam verbum. Tradit igitur species nominis duas esse, quæ scilicet in frequenti vfo sint: inueniri nanque nomen quoddam simplex: aliud vero duplex: quamuis ostendat etiam è tribus quattuorq; nominibus connecti posse: antequam tamen alteram speciem nominis ostendat, docet cuiusmodi nomen simplex vocet: affirmatq; se intelligere illud, quod non constat è partibus significantibus: nam quin & ipsum constet ex aliquibus, id est elementis aut syllabis, dubitari non potest: hæc tamen voces, vt supra ipse in earum vi explananda declarauit, nihil significant. Simplicis autē nominis ac duplicitis diuisione facta, nō vnum genus esse docet duplicitum nominum: eorum enim quædam iuncta sunt è partibus dissimilibus, cum altera ipsorum pars significet: altera nō significet: quædam verò ex ambabus significantibus. Hac autē posterioris membris diuisione indicata, reddit ad prius, atq; inquit superiore illam diuisionem illo modo absolutam non esse. cum iungi etiam possint nomina è tribus, quattuor ve vocibus: ac fortasse etiam è pluribus. Cuiusmodi inquit sunt multa nomina Megaliotorum. Exemplum vero horum ipsorum nominum ponere volens, usus est vocabulo, quod constat è tribus nominibus trium Asiarum fluviorum, id est, Hermo, Caico, Xantho: illud verò est, Hermocaicoxanthus. Huiuscmodi etiam est illud ab Æschilo conformatum: qui cum tragicus poëta, non dithyrambicus esset: imitariq; deberet sermonem familiarem, multum tamen sibi permisit in hac nominum compositione: durusq; ea de causa à quibusdam habitus est, & à

Sij comicis

comicis etiam eo nomine valde exagitatus: qui tamen cuni in choro, carmineq; simili cantui dithyramborum, hoc faciat, maiore venia dignus est. Huiuscemodi igitur est hoc è primo choro fabulae, quæ ἐπί τῷ θύβαι vocatur πεδοπάκτυνος: ipsum enim quoque constat è tribus his verbis πεδον, πάπλων, & κτύπος, nisi aliquis putet medium illorum esse ὄπλων: referreq; vngulas equorum, non arma. Megaliotas dicens, videtur sanè intelligere dithyrambicos: horum enim propria hæc licentia erat: nec tamen rationem huius nominis perspicio, quod alibi me offendisse non memini. In pluribus calamo exaratis libris, quod in excusis prius non erat, καὶ πολλαπλῶν inueni: quam etiam lectionem vidit ac probat Robortellus. Virtut autem & Plato verbo hoc ipso, quod hic restitutum est: in iij. enim libro politiæ inquit. ὅτι οὐκ εἴ τι πλοῦς αἰνὴ παρέμμιν, οὐδὲ πολλαπλῶν. Translatum tamē id ab eo est ad ingenium hominum ac mores. Nihil præterea varietatis hic offendi: Vereor tamen, ne verus hic ordo verborum sit, vt nihil omissam eorum quæ in mentem veniunt: si nanque δὲ εἰ μὴ σημανότων σύγκεπται legeretur, magis (ut opinor) conueniret: simplex enim nomen concretum est, constatq; sanè ex aliquibus, verum ex minimè significantibus: illud autem aliquo modo videtur negare ipsum coniunctum esse, quia quasi ante verbum particula negandi collocata est.

Αἴ περ δὲ οὐραῖς εἴτιν ἡ κύριον, ἡ γλώσσα, ἡ μεταφορὰ, ἡ κώστιος, ἡ πεποιημένον, ἡ ἐπειπεταμένον, ἡ ὑφενμένον, ἡ ἐξηλασμένον. Λέγω δὲ κύριον μοι, φέρεντοι εἴκεσον. γλώσσαν δὲ, φέρετοι. ὥστε φαντρὸν, δῆπι καὶ γλώσσαν, καὶ κύριον εἴτιν διωτὸν τὸν αὐτὸν, μὴ τοὺς αὐτοὺς δὲ: τὸν δὲ σύγκεπται Κυρδεῖον μοι, καὶ ειον: οὐδὲν δὲ, γλώσσα.

Omne autem nomen est vel proprium, vel lingua, vel translatio, vel ornamentum, vel factum, vel porrectum, vel subtractum, vel immutatum. Dico autem proprium quidem, quo utuntur singuli: linguam autem, quo diversi. Quare perspicuum, quod ex lingua ex proprium esse possibile idem: non ipsis autem: σίγων enim Cyprii quidem proprium: nobis autem lingua.

Cum docuissest duas extare nominum species: quedam enim simplicia esse: quedam vero composita: nunc, quot differentiae nominum sint, declarat: nam superior diuisio cadit in hæc cuncta genera: nomen enim suum propriumq; illarum rerum, & simplex & compositum esse potest: translatio itidem & in simplici vocabulo, & in composito manet: eadem ratio (nisi fallor) reliquorum est. Octo igitur vocabulorum differentias esse tradit, quas primum enumerat: postea uero, cuiusmodi sint, declarat. Sed antequam hæc explicare aggrediar, quærendum existimo, cur inferiorum quoque hanc nominum diuisionem ἀδιανομούν vocabulo non appellari, vt superiorem fecit, cum ἀδιανομούν nomen simplex nomen ac duplex iunctum ue: nam proprium nomen & peregrinum & translatum, & reliqua, sunt & ipsæ differentiae nominum, non parum inter se discrepantes. An hic scrupulus nullus est: nec ullo pacto nos sollicitare debet: quod enim hic non facit, ut hoc nomine vitatur in illis quoque nominum differentiis significandis, infra non semel hoc ipso in libro fecit: appellauitq; vocabulo ἀδιανομούν eodem illa nomina. ceu ubi tradit quid defendat orationem ab humili & plebeia ratione: nec non etiam quo loco docet, simili utens horum uocabulorum, nihil esse in oratione, quod, si sine modo adhibeat, non patiat aliquid incommodi. Sed hoc reliquo, initium dicit horum explanandorum ab eo, quod primum supra posuerat: atque ita ordine cuncta persequitur, inquit igitur. Voco autem proprium, quo singuli, illius scilicet gentis homines, utuntur. Proprium nominauit, quod ipse καρπον uocat: ita autem Cicero quoque appellauit, quod in eam definitionem cadit, quam huius nominis Aristoteles afferit: quamvis uno hoc verbo

verbo non putarit aliquando uim se illius affatim exprimere posse: nam alterū etiam rei explanandæ causa, adiungit, ut cum ait. Utimur uerbis aut iis, quæ propria sunt & certa uocabula rerum, penè unā nata cum rebus ipsis. A Græco uero uerbo, iuncto tamen cum alio, additaq; ei in principio litera, ακυρωμά uocatur à grammaticis orationis uitium, cum illa habet crebra huiuscemodi uerba, quæ nullo modo sunt propria, suaq; illarum rerum: idemq; significare uoluit Cicero in epistola ad Tironem, cum insimulauit ipsum, quod parum aptè Latina uoce usus fuisset, & ubi minime quadraret, ipsam posuisse: ait enim. Sed heus tu qui καρπον esse meorum scriptorum soles, unde illud tam ἀκυρον. Valetudini fideliter inferuendo. Nomen igitur proprium Aristoteles inquit esse, quo utuntur paucim ornes incolæ eorundem locorum: ut cum rem illam ostensuri sunt, hoc uocabulo ipsam notent. Sequitur autem, hoc explicato. Linguam autem, scilicet uoco, nomen quo alij homines, gentesq; utuntur: cum scilicet usurpatur ab hominibus: quorum proprium est, in eadem re appellanda, aliud nomen: ex hac autem explicatione duorum horum nominum elici ostendit, quod apertum est, ac dubium nullum in se habet: ut idem nomen & proprium, & lingua: peregrinumq; esse possit: non tamen ipsis hominibus: hoc enim usu uenire nullo pacto potest. Exemplo uero confirmare hoc uolens: ac quod dixerat probare, in medium afferit uocem σίγων: quod uocabulum in Cypriorum sermone dicit esse proprium: in Græcorum uero, linguam. Vsi sunt hac uoce Lycophron, & Apollonius in ij. libro Argonauticorum: ualeatq; ut interpres testatur Rhodij huius poëta, σίγων iaculi genus: qui addit etiam esse illam propriam sermonis Cypriorum. In Græcorum etiam consuetudine βαλλω peregrina uox erat, cum propria illa foret in sermone Phrygum. Vsus autem ea est Αέσχylus in fabula, quam Persas uocauit: significatq; illa regem: tragicæ eius uerba haec sunt. βαλλω αρχαῖος, βαλλω ιστι, ικον.

Μεταφορὰ δὲ διὰ οὐράνοις ἀλλοτείου ἐπιφορὰ, οὐδὲ γένος, οὐδὲ ἄλλοις Γάται γένος: οὐδὲ ἄλλοις Γάται εἶδος, οὐδὲ γένος τοῦ ανάλογου. Λέγω δὲ ἀκρὸν γένος μοι Γάται εἶδος. οἷον γῆς δὲ μοι δὲ ἔτηπε: τὸ γαρ δρυεῖν εἴτιν εσάναιτι. ἀκρὸν εἶδος δὲ Γάται γένος. οὐδὲ μωρός οὐδὲ γένος: τὸ γαρ μωροίν τολύν εἴτιν, φέντε αὐτοὶ τῷ τολύῳ πέριπτοι. ἀπ' εἶδος δὲ Γάται εἶδος. οἷον χαλκῷ ἀκρὸν μηχανήν αἴρεσθαι. Τάρματα ἀπερέι χαλκῷ: αὐταῦν γαρ τῷ μοι αἴρεσθαι ταρμέν: τὸ δὲ ταρμέν αἴρεσθαι εἴρικεν: ἀμφω γαρ ἀφελέν τί εἴτι.

Translatio autem est nominis alieni inlatio, vel à genere ad speciem: vel à specie ad genus: vel à specie ad speciem, vel ex analogia. Dico autem à genere quidem ad speciem. Ceu, Natus autem mihi hac stetit: in statione enim esse, quoddam stare est. A specie autem ad genus. Certe iam decem milia Ulysses bona fecit: decem milia enim multum est, quo nunc pro multo vesus est. A specie autem ad speciem. Ceu Aeris animum cum haurisset. Incidit inde se are: hic enim haurire pro incidere: & incidere pro haurire inquit: ambo enim auferre quiddam sunt.

Tertium nomen, quod explicat, est metaphora, uocata à Latinis, Græco uerbo expresso, translatio. Primum igitur quid ipsa sit, declarat: deinde quot species ipsius inueniantur, ostendit. Sunt autem illæ quattuor: uel cum à genere ad speciem indicandam nomen importatur: uel contra à specie ad genus: uel ab una specie ad aliā. quartum genus est, cum res unde, & ad quam nomen transfertur, sibi proportione respondent. Intelligit autem, cù dicit transferre uerbum à genere ad speciem, uti nomine generis in specie appellanda: eademq; ratio reliquorum est: cum enim nomen,

S iii quod

quod aliò importatur, significare uult, quia inde aliò quasi portatur, dicit de illo ab ea ipsa re. ut contra, cum ostendit nomen, quod omittitur ac posthabetur, ad illam: Translationem esse inquit, nominis alieni inlationem, id est cum loco proprij nominis, suiq; illius rei, ponitur alienum. Επιφορά quod ipse inquit, uidetur uerbum aptum esse ad indicandam tantum illam nominis alicuius quopiam comportacionem, cum in nomine, quo res ipsa significatur, id est μεταφορά (illa autem solum inter se differunt, quod præpositio diuersa est) intelligatur quedam è sua sede in alienam comportatioν. ἀλογον uero, id est alienum nomen uocat nō proprium illius rei, sed aliunde sumptum: non tamen ex alia gente ac lingua: neque enim translationes conflantur è uocibus peregrinis: infra etiam, ubi magis adhuc apparet, quid ipsum hic ualeat, à contrario, idem uerbum usurpauit. προσαχρέσταγα τὸ ἀλογον ἀπόφυσι τὴν αἰνέντην. Exemplis autem cuncta illustrat, diligenterq; cuiusmodi singulæ translationes sint, declarat: ac primum quæ à genere ad speciem uerbum comportat exponit. Homerus igitur in ultimo libro Odyssæ, ubi Vlyssem cum patre simulatè loquentem facit, usus est hac translatione: finge enim illum dicentem. νῦν δέ μοι ἡδί^η εἴη καὶ ἄγγελος γένεσι πάλιν. Cum igitur de manione nauis dixerit stare: quæ res à Græcis proprie dicitur ὄμην: ὄμην uero una è multis rationibus est, quibus stare res aliquæ significantur, manifesto intelligitur à genere ad speciem transtulisse nomen. Contra uero à specie ad genus comportatum dicit nomen in illo Homeri è secundo Iliadis, cum qui uiderunt, magnopere laudarunt Vlyssem, quod importunum ac petulantem hominem Therisitem percussisset: dixeruntq; οὐδὲ μηρί^{τη} οὐδὲ αὐτοὶ εἴην, id est profecto iam decem milia Vlysses bona fecit: neque enim omnino hunc numerum conficiebat recta facta, quæ in præterita uita gesserat Vlysses: sed usus est illo nomine pro multa: decem milia enim multa sunt: quo nomine, ut in explicatione tradit Aristotleles, usus est illic Homerus pro multis. Hoc autem uerbo eodem pacto translato, usus est etiam Euripides in fabula, quæ uocatur Troades. cuius loci cò libentius mentionem facio, quod est elegans undiq; & expolitus: cum epim Hecuba fieret miserabiliter atrocem illum calum Astyanactis, uelletq; in clipeo Heretoris puerum illum sepelire, directa oratione ad clipeum ipsum, quamuis sensu carereret, dixit illam αὐτοῖς: hoc enim genere ac uocabulo ab ea gente clipeus appellatur, esse matrem multorum tropæorum. usus igitur est in illa uoce edenda, graui sanè ac præclara, hac ipsa metaphora, nam inquit. Σύτον ποτούσα κακήνε μηρίαν Μῆτρα τραύματα έκτριψε λόγος στρέψαντο: εἰσήρθη: sed non una illa ut appetat: nam nō minus elegans est, quod clipeum ipsum uocavit matrem, quia peperisset multa decora & honesta facta in bello, ut animantes natos gignere conuerunt. ut alios ornatus, ab eadem re ductos, taceam, qui illic manifeste est intelliguntur. Tertia ratio transferendi uerbi, quæ uerbibus itidem Homeri uidetur declarari, est, cum species una pro altera capit: contraq; alia, quæ relicta nunc est, locum subit eius, quæ prius usurpata fuit: atque ita sèpe ille conuertuntur. Exemplum huiuscmodi est. In Græco sermone ἀφελῆ uerbum est, quod generis uim habet, quia plures modi sunt auferendi: hoc enim ualere uidetur ἀφελῆ: nam & αἴρων species est auferendi: & ταχέη etiam rationem quandam auferendi, diuersam ab illa significat: Cum autem ualde incertus sim de ueritate lectionis, nam pro ἀριστασ. πέμψει in antiquis libris ferè legitur ἀριστασ τεμών. non possum penitus statuere quæ sit notio prioris uocis, ac quomodo illa haberi debeat auferendi pars: haurire enim non uidetur mihi omnino quadrare. hoc igitur in ambiguo relinquo. Licet uero alterum horum pro altero capere auferitate poëtæ confirmat, qui nisi hoc cum laude fieri posse uidisset, quo erat ingenio prædictus, nunquam id attigisset: neque tamen hoc semper, ut accuratè Phalereus docuit, licet: neque si conceditur, nec si conceditur tantum, uerum etiam magnopere laudatur, ut species hæc pro illa capiatur, illa itidem pro hac eleganter usurpatur. Nen est igitur hoc perpetuum, quod sèpe honeste, magnaq; cum dignitate fit. Sed cum exempla sumpta ex Homero esse ostenderim me suspicari: nec tamen locos ipsos apud eum poëtam indicarim, arbitror id factum esse, ut illic nunc non legantur, quia magna scripturæ uarietates longo tempore in eo poëmate natæ sunt: multi enim, suo quodam iudicio usi, multa illic uariarunt. Vnde plures

plures editiones eius poëtæ circumferebantur, ut quædam etiam huius ipsius scriptoris nomine, qui magnus ipsius amator fuit. est autem hoc tam planum, ut confirmatione non egeat. in secundo præterea libro de arte dicendi, citare ipsum uersum Homeri, qui nunc apud eum non legitur, apertum est. inde igitur oriri potest, ut uerba hæc apud auctorem non legantur. Sed siue illa Homeri: siue alius poëtæ verba sint, quia exempla, que ponit huius translationis, incerta & obscura sunt, videntur alia huc afferenda: sunt autem ualde accommodata & aperta illa, quibus ipse vitur in iij. libro de arte dicendi: maiorem enim fidem habere debebunt, quia ab auctore ipso excogitata sunt: illa uero sunt ἀληθινα & πλακόν, id est precari à diis immortalibus & emendicare: ambæ nanque hæ res partes sunt uerbi αὐτῶν, id est ambabus his rationibus intelligitur aliquis petere: longè tamen diuersa ratione: nam alterum horum honestum est: alterum verò sordidum & abiectum. Mutabit autem hæc, ut ipse illic accurate docet, qui factum alicuius aut ornare volet, aut deturpare. Sed loco indicato, cetera illic legi poterunt.

Τὸ δὲ αἰδάνογον λέγει, ὅταν δύοις ἔχει πάλιν προσέτελετον, οὐδὲ πέταρθεν προσέτελετον: δρεῖ γαρ τὸ πάλιν πέταρθεν, οὐδὲ τὸ πέταρθεν πάλιν προσέτελετον, αὐτὸν λέγει, προσέτελετον. λέγει δὲ. οὐδὲ δύοις δύοις ἔχει φιλέλη προσέτελετον Διονύσου, οὐδὲ ἀστοῖς προσέτελετον Αὐγῆς. δρεῖ τοίνυν οὐδὲ τὸν ἀστοῖς φιλέλη προσέτελετον Αὐγῆς, οὐδὲ τὸν φιλέλην ἀστοῖς Διονύσου. Εἴ ποδοίς δύοις ἔχει ἀστοῖς φιλέλη προσέτελετον, οὐδὲ γῆρας προσέτελετον. δρεῖ τοίνυν τὸν ἀστοῖς γῆρας, γῆρας δὲ γῆρας: οὐδὲ τὸ γῆρας, ἀστοῖς γῆρας: οὐδὲ τὸ γῆρας, ξενοῖς γῆρας γῆρας: οὐδὲ τὸ γῆρας ξενοῖς γῆρας. Εμπεδοκλῆς, δυοῖς τὸ γῆρας.

Analogia constare dico, cum similiter se habuerit secundum ad primū, & quartum ad tertium: dicet enim pro secundo quartum, vel pro quarto secundum: & quandoq; adponunt pro quo dicit, ad quod est. Dico autem, cens. Similiter se habet poculum ad Bacchum, & clipeus ad Martem. Dicit igitur & clipeum, poculum Martis: & poculum, clipeum Bacchi. Præterea similiter se habet vesper ad diem, & senectus ad vitam. Dicit igitur vesperum, senectutem dici: & senectutem, vesperum vitæ: vel, quemadmodum Empedocles, occasum vitæ.

Quartum genus translationis, quod in similitudine rationis fundatum est, explanat: primum tamen quid analogon sit, & quo modo res aliquæ similitudinem hanc inter se habeant, docet. Requiritur autem, ut illæ numero quatuor sint. cum igitur hoc contingit, ut in hoc numero rerum secunda similiter se habeat ad primam, ut quarta ad tertiam, tunc illæ res dicuntur proportione sibi respondere. Transfertur verò uerbum hoc in genere translationis, cum, quo quarta res appellatur, nomen, loco nominis secundæ rei ponitur. Siue contra: nam exposita iam ratione nominū, quæ proportione sibi respondent, quomodo inde conformantur translationes, docere cœpit ab eo loco, εἰς τὸ: ita enim instruit eum, qui huius concinnitatis studius sit, & quasi ipsum manu ducit. Ut opinor autem exemplum huius simplicis frequentisq; rationis ab auctore positum non est: erat enim res satis plana. Quod uero statim inquit. Et quandoque adponunt pro quo dicit ad quod est, traditūs uerbis, obscuris sane ac valde concisis, aliam rationem huius translationis minus visitat. quare exemplo ipsam illustrat: exemplum enim allatum, huius rationis exemplum esse, testatur, quod statim post verba illa inquit. Dico autem, & quæ sequuntur. Significant autem illa (nisi fallor) ad quod refertur illud nomen, quod omitunt, ac pro quo aliud uocabulum usurpant, nam qui pro poculo clipeum Bacchi di-

cit, utitur metaphora huius generis, & præterea adponit Bacchi, quod est illud, ad quod referebatur poculum, ut ipse supra ostendit. Sed vt planius tota res explicetur, ab initioq; ordinatur, accommodato ita exemplo, ut simplici quoque modo seruat. quod tamen fortasse in re ipsa exitum non haberet ob materiam minimè idoneam. Exemplum huiuscmodi esse potest. Cum quattuor hæc res sint. Bacchus, poculum: Mars, clipeus: quæ eodem ordine collocatae sint, ut à me appellatae sunt, contingit vt quam rationem poculum habet ad Bacchum, eandem clipeus ad Martem habeat: hoc enim manifestò usū uenit: nam ambo illa p̄cipua instrumenta, & quasi arma eorum deorum sunt. Quare qui clipeum poculum appellabit, contraq; poculum clipeum, hic genere hoc translationis vsus fuerit. quamuis fortasse hoc nemo acutus vir diceret, quia nimis durum esset, sed in alia materia res procedit. nam quin multæ huius generis translationes reperiantur, in quibus id, quod pertinebat ad rem magis declarandam adiunctum non sit, dubitari non potest: omnes inquam illæ, in quibus obscurum incertumq; non est, quid intelligi debeat: quamuis illud nō suo, proprioq; illius rei, nomine significetur. Sed tamen hanc materiam aptam esse fingamus ad hanc quoque simplicem translationem gignendam, ne maior perturbatio confusioq; gignatur, nouo exemplo posito. aptam verò mirificè ipsam esse illi ostendendæ, cui adpositum aliquid est, perspicuum est, quia ipsam potissimum è multis Aristoteles elegit. Qui igitur hanc elegantiam suauitatemq; metaphoræ, captare voluerit (vt iterum ipse illud verbis initio repetitis docet) non simpliciter pro poculo clipeum dicet: neque eadem ratione poculum pro clipeo, sed poculum significare volens, vocabit illud clipeum Liberi patris: eodemq; pacto intelligens clipeum, appellabit ipsum poculum Martis: in extremoq; illa addet, rei magis declarande causa, omnīq; reprehensione carere volens. Aliud exemplum eiusdem rei affert: quattuor enim alias res indicat, quæ & ipsæ eadem inter se rationem habent, id est has: dies, uesper: vita, senectus. Nam hic etiam simili modo se habet uesper ad diē, & senectus ad uitam: & uesper enim diē extremum est, & senectus vita. Ut diligenter autem hic quoque Aristoteles tradit, qui transferre verbum voluerit, neç suum propriumq; usurpare, vocabit uesperum, postremumq; diē tempus, senectutem diē: & senectutem ipsam, uesperum vitæ. nam hic quoque, nisi in extremo illud adpositum fuissest, dura nimis translatio visa fuissest. Vel (inquit) quemadmodum Empedocles, occasum vitæ: eiufdeū enim generis fuit hæc quoque translatio, quamvis res non omnino eadem sint: nam pro die, & extrema eius parte, cogitata fuerant à Siculo illo, physico potius quām poëta, sideris alicuius ortus & occasus. Non solum autem Empedocles hac ipsa translatione vsus est, sed alij quoque magni auctores, qui aut & ipsi similitudinem harum rerum viderunt, aut ab eo, quem testem citat hic ipsius, illam acceperunt. Plato enim in vj. libro de legibus illam usurpauit, Atheniensem hospitem ita cum Clinia loquētem inducens. οὐτε δὲ νηπολεῖται μη μέλονται: εἰπεν τοι δὲ οὐδὲν νομοφύλακας. οὐδὲν δὲ συντάξις τοῦ βίου: οὐ δέ τοι πρός μηδέτε, νέον. & quæ sequuntur. & Athenaeus in xiiij. libro διηγεῖται inquit enim, cum Hegesandri vocem in Sophoclem poëtam cōmemoraret, qui Hegeſander ſenem admodum Sophoclem Archippam meretricem amasse tradidit, ipsum in occasu vitæ tunc fuiffe. Sed exemplum quoque poëtae ponamus. Aeschylus igitur Agamemnonem eadem ratione inquit βίων διηγεῖται. Cicero præterea in Topicis, cum de genere quodam definitionis per translationem facta, loqueretur, huius metaphoræ meminit: ait enim. Hoc est quasi qui adolescentiam, florem aetatis: senectutem, occasum vitæ velit definire. legitur etiam apud Stobæum hic Alexis ſenarius, in quo μεταφορά, uesper, postremum vitæ tempus appellatur: vt est in ſecundo huius translationis exemplo, poſito ab Aristotele. οὐδὲν δὲ βίος ξύμπαντα φέρει αὐτον.

Ἐνίσις δὲ οὐκ ἔχειν οὐδὲν κείμενον τῶν αὐτόλογον, ἀλλὰ οὐδὲν οὐδὲν δύμοις λεχθήσει. οἷον τὸ, τὸν καρπὸν μετὰ ἀφεῖσαι, απέργειν: τὸ δὲ τὴν φλόγα ἀφῆ τὸν οὐλίον, αὐώνυμον: ἀλλ' ὅμοιοις ἔχειν δέοντα προς τὸν οὐλίον ηγεῖ τὸ απέργειν προς τὸν καρπὸν. διὸ ἐργάζεται. Σπέργων διεκπίσαν φλόγα.

Quibusdam

Quibusdam autem non est nomen positum eorum, quæ proportione ſibi respondent: sed nihilominus ſimiliter dicetur. Ceu hoc, ſemen quidem iace-re, ferere: flammam verò à ſole, nomine caret: verum ſimiliter ſe habet hoc ad ſolem, & ferere ad ſemen. Quare dictum est Serens à deo condi-tam flammam.

Hoc, quod nuper præcepit, fine vlla dubitatione locum habet, præclareq; in pri-mis fit, vbi neutrū eorum, quæ immutantur, nomine caret: ſed ambæ illæ res ſuo proprioq; nomine vocatæ ſunt. Addit autem nunc licere etiam hoc fieri, vbi alteri eorum nomen impositum non fit, ut quamvis res non conuertatur, quod appetat, nihilominus tamen hoc ſeruari poſſit in eo, quod habemus: nam quamvis nomen ipsum deſideretur, res tamen, quæ nomine aliquo ſignificari debuit, animo percipiatur, ac ſæpe etiam oculis cernitur. Vſurpabitur igitur hæc translatio reſtē in eo vno, in quo exitum habet, ac nomen ab ea re, quam proprie significat, ad eam, quam non proprie, aptè tamen & eleganter ostendit, transferetur. Quod ἵνα καὶ μετανοεῖν inquit, impositum iam: vulgoq; vſurpatum intelligens: eius verò contrarium παπονεῖν eſt: ita quoque alijs locutus inuenitur, vt in vj. Topicorum: ipsius enim hæc verba ſunt. ἔτι εἰ μὴ καὶ μετανοεῖν ὑπόμενοι χρῆνται. οὐ πλάτων ὁ φρεστικὸς πολὺ πεπονισμένος, & que sequuntur. Exemplo autem illuſtrare rem volens, hoc protulit. iacere ſemen in agrum, quod agricolæ faciunt, ferere dicitur: ita enim exprimamus quod ipſe inquit πεπονισμένος. Flammam verò lumenq; in terras à ſole iaci, nomen non habet, ſed tamen, inquit Aristoteles, qui diligenter attendet, facile intelliget hoc ipsum, quod nomen non habet, id eſt iactum illum radiorum, ſimili modo ſe habere ad ſolem, vt ferere ad ſemen: qua ratione tradit à poëta quopiam, quem neque ipſe appellat, neque ego nominare poſſum, cum in hæc verba nusquam alibi inciderim, dictum eſt. Serens à deo conditam flammam. Vnum autem iunctum Græcum verbum eſt apud poëtam ipsum, quo indicatur lucem illam eſt constructam à deo. Præterea ne à vi Græci verbi πεπονισμένος discederem, quin exprimerem eam quantum poſſem, reddidi ipsum illud iacere: res tamen in Latino ſermone magis proceſſiſet, si ſpargere dixiſsem: nam ſpargere ſemen, cum de hoc opere rufiſco ſermo eſt, ab optimis auctori-bus dicitur: & Virgilius id verbum tranſtulit ad diſſeminaſionem luminis, quæ fit ſtatim vt oritur dies, vt vndequaq; res quadret: & locus ille accommodatum non mi-nus exemplum eſt huic animaduertiſioni declarandæ: ita enim cecinīt in iij. Aeneidis. Etiam prima nouo ſpargebat lumine terras Tithoni croceum linqueins aurora cubi-le: & eodem paſto in xij. Postera vix ſummos ſpargebat lumine montes Orta dies. Vi-detur autem Aristoteles cum hic iterum ſolem appellauerit, posteriore loco, vbi ac-cuſandi caſu πεπονισμένος inquit, intellexisse ea voce ſolem, lucemq; quæ in terram defen-dit, non ſolem illum, vnde ea funditur, vt priore loco: niſi enim ita capiatur propor-tio locum non habebit. respondere nanque illa vox debet ſemini: inquit enim. Ve-rum tamen hoc, quod nomine ſcilicet caret, id eſt iacere flammam, ſimiliter ſe habet ad ſolem, vt ferere: quæ res nomine prædicta eſt, & vno verbo exponitur, ad ſemen. Latini etiam ſcriptores appellant ſolem lucem ipsius, non tantum orbem, qui illam iacit. Aut igitur ita id verbū eo loco accipiendo eſt: aut πεπονισμένος, quem dixit, ut ſimi-litudo rationis appareat, intelligere debemus ſemen non dum ſparſum, ſed acer-uum aliquem ipsius, vnde ſumit agricola, cum ſementem facit: quod fortaffe non minus verum eſt: ita enim primus teriusq; terminus intelligentur, ad quos proprie ſecondus quartusq; dicuntur referri. Nam lucem fulgoremq; ſolis Græcos poëtas paſſim appellare φέρει, notum eſte debet, vt πνεῦ quoque. Euripides Iphigenia in Tauris, ut alijs exemplis ſuperſedeam, καπαρέτας πεπονισμένον περιθεῖ φλογῆς in-quit. Animaduertendus etiam moſ loquendi Græcorum: paucis enim versibus ter Aristoteles inquit. ὅμοια καὶ . nam ſupra etiam in explicanda translatione, quæ fit ſeruata proportione, cum duo ipsius exempla poneret, in ambobus eodem hoc pa-ſto locutus eſt. Latini autem auctores, ſimiliter vt, dicere conſuerunt: quod ita pla-num

num est, ut testimentiis confirmandum non sit. Ut uero poëta ille *πέρην* de luce, radiisq; solis inquit, ita Plutarchus *πέρην λόγος* dixit: nec *πέρην* tantum, sed etiam *τίτλον*: quod & ipsum translatum verbum, ab altero rustico opere ductum est: eadem tamen rationem, quam prius, habet. In libro igitur, quo disputauit de causa, cur Pythia versibus amplius oracula non ederet, ait, *πέρηντα λόγον, καὶ θεόντα σύντα*.

Ἐὰν δὲ τῷ γρόπῳ πούτῳ τίτλοι μεταφορᾶς χάριθαι καὶ ἄλλως: περιστρέψαντα τὸ ἀλόγειον, ἀποφῆγμα τῶν αἰνεῖντων, οἷον εἰ τίτλοις οὐδεὶς εἴποι φράλις, μὴ Αὔρεως, ἀλλ' ἄλλοιν.

Licet autem modo hoc translationis viri & aliter: cum appellauerit, quod alienum est, negare quipiam eorum, quae propria sunt, censu si clipeum dicat poculum, non Martis, sed sine vino.

Hic locus magnum mihi negotium exhibuit: diuq; ac multum mecum cogitaui, qui sensus esset auctoris, & quomodo posset macula, quae ipsum occuparat, deleri: nam mendi prorsus aliquid ipsum continere apparebat: si nanque illo modo legeretur, cuncta confusa, tenebrarumq; plena erant. Cum autem olim ratio mihi quedam occurisset, quomodo posset hoc uitium corrigi, atque ea sanè non mala, decreui tandem hanc, quam nunc diligenter exponam, meliorem multo esse, nam non magna licentia opus est in loco corrigendo: & ueritate ipsa, testimonioq; veterum poëtarum, confirmatur hoc, quod præcipitur his verbis, rectum & uisitatum esse. Mendum igitur mansisse puto in postremis tantū duobus verbis, vel potius in extre-
mo ipso, cum legeretur prius in omnibus libris & scriptis & excusis, *καὶ οὐδεν*: legiūq;
debeat, mutato tantum casu ultimā uocis, restitutaq; illi prima litera, quae inde per-
peram dempta fuerat, *καὶ οὐδεν*: quibus ita correctis, omnia plana (nisi fallor) & aper-
tas. Nam illud, *μὴ αἱρέως*, in translatione ipsa ponit non debet, sed verba sunt aucto-
ris, docentes discrimen, quod versatur inter hunc & proximè vicinum modum: con-
firmantisq; quod dixerat: in propinquo enim modo: illo scilicet, cui adiunctum
est, quod dixit, ita translatio hæc tractatur, vt hoc ipso exemplo vtamur. Hoc, quod
scilicet vides, poculum est Martis. iubet igitur Aristoteles hoc omitti: nec dici vilo-
paëto clipeum esse poculum Martis. Sed pro illo negari, quod proprium est illius
verbi translati, id est poculi: diciq; poculum illud esse sine vino: hoc enim profectò
valet *αἰνέον*. nec dubitare potest aliquis, quin hec oratio negandi vim habeat: remouet enim inde, tollitq; quod suum, propriumq; illius rei est. Discrimen igitur hoc
est inter hanc & superiore translationem, vel potius inter illum & hunc modum:
nam translatio est eadem, quod in ea docetur, cuius sit aliquo modo poculum: neq;
enim illud verum est poculum, sed poculum Martis. id est valet apud hunc deum
idem clipeus, quod ualeat apud Liberum, poculum. in hac vero remouetur inde, quod
proprium ipsius est: remouetur autem opera particulae illius, quæ negandi vim ha-
bet: orbatq; poculum eo munere ac facultate, quæ propria est ipsius. Nam quod au-
ctor inquit *τὴν οἰκεῖον τι*, ostendit vt hoc ipsum, quod sine dubio suum propriumq;
est in hoc exemplo, ita etiam aliud quipiam, quod eandem uim haberet, inde tolli
potuisse: plura enim plerunque sunt *οἰκεῖα* singularium rerum. Ipse in iij. libro de
arte dicendi, cum exempla poneret huius translationis, quæ proportione constat,
inquit. *οἴον ἡ ἀπόγεια φαμοί ἐπι φίλην αρτίως: καὶ τίχον φόρμην γέχειρας*. attigit igitur vt runq;
duorum horum modorum: & eundem etiam ordinem, quem hic sequitur, illic se-
cutus est. nam dicere arcum esse lyram sine chordis, idem prorsus est ac dicere, cli-
peum esse poculum sine vino. Qui autem putaret verba illa *μὴ αἱρέως* in translatione
hac ipsa adhiberi debere, magnopere ut opinor, erraret: ita enim res nimis operosa
ac prolixa foret, nec etiam (nisi fallor) exempla illius translationis apud ueteres un-
quam inueniret, cum contra huius ipsius crebra sint, ac frequenti ipsius usu cognosc-
i possit hanc esse veram rationem illius tractandæ. Euripides certè Iphigenia in Tau-
ris,

ris, cum fecit miferam illam virginem dicere. Tæc oīkōmōsou molpōs *βοσκάληροις* *τίτλοις*, posteriorem hunc modum, hoc paëto tractatum, usurpauit: in quo tollitur inde, quod elegorum proprium est: hoc enim uocabulum illic translatum aliò fuit. Vel potius alterum etiam, in quo manet ratio eadem. nam vocare fletum molpō, id est cantum, sine dubio translatio est: addere autem *οὐκ θύμουσον*, uim habet aperien di rem: separat enim ab eo uerbo translatu cantuq; quod proprium est ipsius. *μολπή* nanque lœta est, musarumq; comes: illa uero molpō, quæ intelligitur illic, tristis & auera à musis: huiuscmodi enim est fletus. quare in his paucis uerbis exemplum est geminum eius translationis, quam querimus. Idem etiam poëta in choro illo Phœnissarum, qui insimulat Martem, factaq; illius dura exagitat, initio sui can tus appellat exercitum eodem paëto *κάρμον αἰσθαλόπτετον*: & infra uoces Sphingis, qui bus periculum crebat Thebanis, *ἀδητούμονος πάτετον* ut in eadem fabula, sed diuerso choro, id est qui hunc consequitur, eiusdem Sphingis eosdem immites cantus *ἄλυτον μόνσαρ*. Vt autem ostendi ipsum vocasse copias militum *κάρμον αἰσθαλόπτετον*, ita in Oreste appellauit gregem furiarum *τίχον αἰβάχθυτον*: cum enim thiagi proprii Bacchi cœtus sint, remouit inde, quod plerunq; illorum est. Aeschylus itidem Eumenidibus, vbi chorū constantem ex furiis ipsis, latum quod intenisset vestigia Orestis, quem persequebatur, hæc fingit protulisse. *Ἐπον δὲ μιλωνῆρος ἀφείγητον φραδῶν*: vocat enim translatu verbo cruentum notamq; hanc ipsius, qui cedem fecerat, indicem. Sed quia longè ductum hoc simile videbatur, ne durior metaphora existimatetur, addit *ἀφείγητον*, id est sine voce, ac mutum, ut distingueret a uero indice, remouet igitur inde, quod proprium ipsius est: indices enim in patefaciendis sceleribus oratione vtuntur. Sed etiam non multo post idem greci furiarum celeres suos cursus appellat *πατηματικόπτετον*. id est volatus sine pennis, alisq;. nam itidem profectiones, quæ fiant in aliqua loca pedibus, uocare volatus, videbatur durum: ita igitur sustulit inde, quod nimis longinquum & alienum erat: valet vero illud ad declatandum cuius modi essent illi volatus, non veri inquam volatus, sed sine alis. Quia autem exempla huiusmodi frequētia sunt: nulloq; negotio, si quis attentè legat, posse sunt animaduerti, contentus his ero: Demetrius certè huius generis translationis mentionem fecit, vt communis ac perulgati: qui præterea consilium eorum, qui eo vterentur aperuit, & quam deniq; utilitatem ipsum secum ferret, declarauit. Addam tantum, quod & ipsum huic præceptioni, reiq; ipsi explanandæ, multum prodest: Euripidem, cum eodem non solum genere translationis uteretur, quod scilicet *ἐκ τοῦ αἰσθαλού* vocatur, sed etiam, cui adiunctum sit, quod valet ad ipsum illustrandum, & eadem demum recac materia, adposuisse quod aperit vim naturamq; rei, quæ alieno nomine vocatur: non, utin superiore exemplo, quod demit ab alieno verbo, quod illius proprium est: in Troas enim, cum fletus itidem significare veller, uocauit illos *δακρύεις ἐλέγον*: ita enim prorsus legi debet, nō ut in excusis perperam est, *λίγχος*, una litera plus: lacrimæ enim pars sunt ægritudinis ac luctus: ab eodem igitur poëta sumitur exemplum utriusq; modi, vt declaratum est, uariati, & in eisdem etiam rebus, ualde inter se similibus. Paccius, qui & ipse, vt suspicor, hanc difficultatem vidit, alia ratione mederi huic incommodo voluit: nec ei venit in memet posse maculam esse in consequentibus verbis: accepit enim hunc locum ita vt si aliquis poculum alieno translatu nomine vocare vellet: contraq; clipeum existimauit esse vocem translatam, quæ tunc poculum indicaret: cum tamen hoc videatur verum non esse: nam articulus, qui præpositus est voci *ἀπίδη*, declarat illam esse, quæ monstretur, ac de qua sermo habeatur: nisi enim hoc aduersaretur: & si verum foret immutatam esse rationem huius exempli, tunc res procederet: poculum nanque recte diceretur esse clipeus non Martis, vt sanè est: hoc enim proprium ipsius, sed vini: quamuis magis probem, si tota illa vetere ratione seruata, in extremo negetur, quod proprium ipsius est ea ratione, qua docui, vt occasio peccandi tollatur: faciliusq; qui audiunt, percipiunt eam vocem aliam illic rem significare, nec suam propriamque notionem retinere: videtur enim prorsus hoc, quod hic adiectum est, vni ei rei seruire. Augebat etiam non parum præteritam difficultatem, quod cum supra semper dei ipsius nomine usus fuisset, tunc Liberi nomine relicto, vinum

vinum dixisset: nec apparebat causa huius mutationis: presertim cum Liber sanè ipse ut Mars, ut aliquia re posset: vinum uero minime posset. Quare hoc etiam mihi fuit non parui momenti ad lectionem uariandam, ut enim in ea uinum pro Baccho importune collocatū uidebatur, ita in hac apte locoq; positum esse intelligitur, suamq; ac propriam notionem habet. Cum autem omnem hunc locum, in quo docuit Aristoteles & quid translatio sit, & quot eius genera reperiantur, mihi videar explicasse, non alienum esse puto nunc de ipsa aliquantulum disputare, ac quæ ceteri scriptores de hoc præclaro lumine orationis senserint, diligenter uidere: in primisq; an quod tradit Cicero uerum sit, conueniatq; sententiae huius nostri doctoris: inueniri duo genera translationis, quæ inter se discrepant, quia illorum alterum inopia genuerit: alterum uero uoluptas, studiumq; expoliendi orationem, fabricarit: non enim Aristoteles ita diuisit translationes, sed omnia unius generis fecit, quod ad oratum scilicet illarum vñsumq; pertinet: uult enim ipsas delelationis causa adhiberi, ut ualere etiam aliquando multum ad orationem planam efficiendam. Quare uidentur est, an quas Cicero dicit in opia causa institutas, ὁμονυμία uerius, quam μεταφορὰ debeat appellari, nam quæstio hæc etiam inter antiquos Græcos est celebrata: studiiq; multum quidam eruditissimi uiri in eo posuerunt, ut distinguenter duo hæc, similia multum inter se, genera uocabulorum. in primisq; Porphyrius ille Tyrius, non minus magnus rhetor quam philosophus, qui existimauit translationes tantum debere uocari, cum res, quæ alieno nomine dicitur, suum ac proprium habet, quo poterat etiam significari, si aliquis rem ostendisse contentus, splendorem atque elegantiam neglexisset. ὁμονυμία autem contra esse, cum id nomen, quod uidetur uni rei magis conuenire, adhibetur tamen non minus ad alias res significantias, que nomen aliud non habent. prioris igitur generis sunt translationes illæ, quas Cicero inquit à delelatione & in cunctitate fuisse celebratas: quæ sunt iudicio Porphyrii uerae translationes posterioris uero illæ, quas à necessitate profectas idei affirmauit. quæ sanè, postquam semel ita uocatae sunt, semper postea nomen illud obtinuerunt. unde ὁμονυμία à Tyrio illo eruditissimo uiro uocari debere tradite sunt. nam origo quoq; harum uidetur translatio fuisse. Relatæ autem nunc exemplis harum rerum, quæ posita à Porphyrio fuerunt, utamur his Ciceronianis. Cum igitur rustici dicebant (ut ille commemorat) gemmare uites: luxuriare herbas: letas esse segetes: quæ uerba ipse translata appellat, hæc manifestò Porphyrii non essent translationes, sed ὁμονυμία: cum enim paullum canis, quia illo res diuersæ, longeç; alius naturæ significantur, uocatur ὁμονυμία, eodem pacto uidetur gemma in uite & in anulo, esse uocabulum ὁμονυμία. Idem etiam usi uenit in reliquis duobus Latinis nominibus: neque enim easdem res in segetibus atque herbis aliquis unquam aliter appellauit, postquam semel ipsas quispiam illo modo uocauit: nec suum aliud illæ, propriumq; nomen habent. Viderit autem eodem pacto Aristoteles etiam ceppisse metaphoram: cum enim definiret illam inquit, eam esse nominis alieni compunctionem: alienum uero nomen uidetur uocari debere, ubi suum ac proprium illius rei aliquid etiam est. Si nullo nanque antea res ea nomine prædicta fuisset, uocabulum, quod eò afferretur, non omnino alienum extitisset: ut enim priori illi rei, ita etiam huic potuit conuenire, ut contingit in æquiuocis nunc appellatis, ne semper Græco uocabulo utar, nam res plures, quæ uno & eodem nomine significantur, cognomines rectè uidentur uocari posse: Plautus enim sorores duas, ambas Bacchidas uocatas, appellauit cognomines. An hoc firmum argumentum non est? dici nanque alienum nomen illud etiam potest, quod ad tempus accommodatur rei, que suum non habet. Et sanè Aristoteles ipse perspicitur non omnino illo modo sentire: nec putare, quam excogitauit postea Porphyrius, certam ueramq; regulam huius rei cognoscenda esse: sine dubio enim aliquando metaphoram uocauit uocabulum, in alienum quasi solum compunctionem, ad eam rem indicandam, quam nomine fatetur carere: tradit enim hoc ipso in loco de translatione, quæ proportione constet, disputans, aliquando rationem illam posse adhiberi: quamuis non ambabus illis rebus, quæ alieno nomine ostenduntur, nomen impositum sit, sed alteri illarum tantum:

tantum: id enim quod translato nomine vocat, πάτησι in sole: radiorumq; ipsius suis subita dissipatione, nomine caret. vnde ἀπόνυμον vocat. Sed etiam in iij. libro de arte dicendi, quo loco docet non debere duci simile longè, sed tantum vnde ipse accuratè docet, ut nullo negotio intelligatur similitudo: inquit enim illic quoque τὰ αἰδοῖς μηδέπατμων. id est πάτησι, resq; omnes, quæ nomen non habent, traductis eò non minibus alienis, esse appellandas. Quare, postquam hæc norma Porphyrii fallax est, videndum qua potissimum vti debeamus, in hac re existimanda, secuti iudicium summi doctoris. An Porphyriana hæc regula nullo modo mala est: translationesq; elegantes ac lepide in primis illa describuntur. ceteræ autem tempore separantur ab æquiuocis, & quia minus aut magis tritæ ac peruvagæ sunt, nam tempus etiam ipsum sine dubio, vsusq; distinguunt ipsas: variatq; naturam quorūdam uocabulorum: quod enim à principio translatum fuit: retinuitq; diu multum illius naturæ, factum tandem est, quia alienam sedem sui iuris paulatim fecit, æquiuocum: id quod acquirit multitudine, ac frequentia hominum, qui ipsum illo modo capiunt, ac liberè passimq; usurpant. Quomodo autem factum sit, ut diuersæ res eodem nomine vocatae sint, videtur querendum: quæstioq; hæc huius loci propria esse intelligetur. Exempli causa, pes æquiuoca vox est: hoc enim nomine significatur & pars corporis, qua animantes vtuntur in gradiendo, & clavis in naui, siue mali inferior pars, ut tradit Simplicius in Categories, vbi de hac re sedulo disputat. & si aliter fortasse hoc nomen Latini in naui accipiebant. & pes lecti etiam dicitur, & mensæ, ut aliae etiam fortasse res. vnde igitur natum est, ut nomen, quod primo videtur impositum fuisse membro illi animalium, quo reliquæ partes corporis fulciuntur, postea non minus propriū multarum rerum quam ipsius esse coepit? Ego sanè puto similitudinem huius rei causam fuisse: cum enim quam rationem pes habet ad superius corpus, eandem habeat ipsa pars mali ad reliquias partes: nec non quibus reguntur & lecti & mensæ, ad illos ipsos lectulos ac mensas, aliquis primo vocare illas res volens, comportauit eò nomen, quod tunc proprium erat animalium, certæq; parti corporis eorum significandæ addictum fuerat. quare quod postea ὁμονυμία factum est, primo aliquo modo translatum fuit: vereq; eo tempore translatio potuit vocari: sed quia id nomen receptum est: in vsuq; omnium paulatim esse coepit. ut qui audirent illud, non minus acciperent illas res, quam animalis partem, ideo vocatum postea est æquiuocum. Idem etiam vsu venisse arbitror in reliquis: potius enim hoc verum esse puto, quam existimare illos, qui primo nomina rebus imposuerunt, inopia coactos, hoc fecisse: variasq; res illo tempore, eodem nomine vocasse. Et sanè, quod inquit Aristoteles & in hoc libro, & in iij. de arte dicendi, vbi ornat translationes, & multis ipsarum dotes magnopere celebrat, eo magis ipsas probari in oratione ac valere ad ingenium eius, qui ipsis virtut, commendandum, quod ab alio accipi non possunt, sed excogitentur oportet ab ipso, in menteq; veniant ei, qui dicit aut scribit, hoc arbitrator valere: propriæq; illas esse translationes, quæ occurrant alicui: nec ab alio vñquam, quod ille sciat, usurpatæ sint. nam quamvis, qua ab alio prius excogitata fuerint, non omnino adhuc æquiuoca sint, non tamen digna videntur quæ plenè vereq; metaphoræ ipsius dicantur, qui illis postea virtut: nec eandem laudem ingenii, commendationē habent: quod enim acumen ingenij ostendit, vt verbo translato, quod aliunde sumpseris, exempli causa à Cicerone, Lucretio, Catullo, aliisq; qui magnopere floruerunt ob facultatem eximiam translationum patiendartim: & quis hoc efficere non potest non magna etiam doctrina instructus? Ipse certè hoc sensu idem protulit in iij. libro de motibus ad Nicomachum. cum quo modo se aliqui purgarent, qui ad vitia proclives forent, accurate doceret: aiebant enim illi sibi finem eum, quo contenderent, à natura datum, & non sua sponte ab ipsis susceptū: eosq; qui veriore finem sequerentur, eodem pacto illo bono à primo ortu fuisse ornatos. cumq; illi itidem, à definitione huius nominis οὐφύκε, se non dignos esse, qui grauiter accusarentur, ostendere uellent, quia tales nati non essent, addebat. οὐτὶ εἰν τὸν οὐφύκε, φήτητο καλῶς πέφυκε. verè autem illum solum ita uocari debere, his verbis probabant. quia scilicet ipse naturæ in se benignitate possideret illud, quod maximum omnium, & pulcherrimum esset, & quod ab alio accipi non posset, neque perdisce,

perdisci, sed necessario tale, quale ipsum primo natum est; quemlibet illud habitu-
rum. Nam uerba ipsa prorsus eadem sunt. uel potius id illic adiunctum est, quod
opinionem meam multum adiuuat: quum enim dixisset. ὅτι τὸν μὴ οἶντες λαβῶν,
addidit μηδὲ μαθέν. quare videntur etiam translationes ipsa ab alio obtineri nō pos-
se: neque quasi à magistro perdisci. restat igitur, ut opera studioq; illius, qui ipsis uti
vult, excogitentur. Quod si verum hoc est, nihil minus conuenire uidetur, quām
quod idem sēpe inquit, sermonem etiam rusticorum plenum esse translationum:
atque in consuetudine loquendi crebrum esse hunc ornatum orationis: quomodo
enim agrestes, imperitiq; homines hoc p̄f̄stare possunt, quod proprium est acuto-
rum doctorumq; uirorum? nam ut ipse aliquando significauit, ingenij specimen est,
transfilire ante pedes posita: & alia longè repetita ponere. Sed ille, cum id protulit,
intellexit genus alterum, vt ipse purat, translationū, quod necessitas genuit: quodq;
non omnino dignum est, quod translationis nomine appellatur. Nec tamen nō De-
metrius quoque affirmat, consuetudinem refertam esse metaphoris. qui iubet p̄r-
terea nos, cum translationes fingere volumus, ipsam potissimum tanquam ducem,
magistramq; optimam imitari: qui profecto eodem pacto quo Cicero, eo in loco,
metaphoram cepit, vt exemplis etiam quae ponit intelligitur: quorum non nulla si-
ne dubio ὀμονυμία sunt. & sanè cuncta retinent non nihil eius naturæ. quāmuis, quia
non tam per uulgata sunt, & omnium ore celebrata, non ita æquiuoca sunt: ut quae
ipse infra adiungit: facilius enim hæc cognoscuntur aliena esse, atq; peregrina, quām
æquiuoca, quae consuetudine longa, omnem formam peregrinitatis amiserunt. Sed
quum Aristoteles etiam affirmit omnes homines paſſim vti in sermone verbis tran-
slatis, non intelligit translationes, quae tunc primò, quasi exortæ sunt, sed quæ ab
aliquo prius subtiliter excogitatæ, in usu quoipam esse iam cœperunt. Omnis verò
difficultas in hac re, ac quod tantum gratiæ ipsis accessuit, est, quia non est proclive
uidere, quid similitudinis existat in rebus dissimilibus: qui autem hoc ap̄tē p̄f̄-
stare possunt ob ingenij acumen, aut multarum rerum scientiam, ij multas elegan-
tes translationes gignunt, ac uerè μεταφοραὶ nuncupantur, si toro animo incum-
bunt huic laudi, seque aliquantum in hoc p̄cēclaro opere exercuerint. Vera igitur
translatio, & quæ propriè hoc nomine appellanda est, nisi fallor, uel potius ut mihi
uideor posse auctoritate grauium scriptorum affirmare, ea est, quam significaui,
id est, quæ primo ab aliquo excogitatur, ut ipse ante alios omnes perspexerit simili-
tudinem illarum rerum, & unius nomen, ad aliam ostendendam attulerit, quæ ta-
men & ipsa suum ac proprium nomen haberet, si ut illo uoluisset: sed ille exornan-
dæ orationis studiosus ipsum reliquit, ac pro illo alterum usurpauit, aptum sanè illi
rei propter similitudinem indicandæ, & simul animo eius qui audit oblectando, cu-
jus oblectationis uoluptatisq;, qua ille repente perfunditur, causam diligenter ori-
gineinq; indagauit Cicero: nec tamen non translationes etiam uocantur, quæ nouę
omnino non sunt sed in aliquo usu etiā aut oratoris aut poëtae prius fuerunt. ut Cice-
ro quoq; translationes uocat nomina, quæ quasi mutationes quadam sunt, cum sci-
licet aliquis inopia coactus, & quia res illa, quam indicate uolebat, nomine care-
bat, alio usus est in ea appellanda, quod iam alij rei attributum assignatumq; erat.
quod genus uocabulorum Porphyrius nullo modo translationis nomine uocādum
existimauit: aliud enim est ueritatem ipsam: naturamq; rerum subtiliter indagare,
aliud consuetudini institutisq; aliorum se accommodare. nam ueteres etiam graues
scriptores, quibus ceteris in rebus mirifice inter se conuenit, idem nomen diuerso
modo aliquando acceperunt: atque hi quidem, μεταφοραὶ: hi uero, ἡμωνμία dixe-
runt: exempli causa ἀσκόν: cum enim uox etiam ἀσκόν id est alba uocetur à Græcis,
nos patro sermone ipsam claram vocaremus, Demetrius hoc appellauit μεταφοραὶ: ab Aristotele uero in Topicis ratio hæc ὀμονυμία est uocata. Cum etiam Demetrius
dixerit quadam nomina non esse translata, sed illo modo uocata per similitudinem:
intelligit autem ut puto ὀμονυμία: illa uero sunt in Græco sermone, σφύραλος, κλέις,
κτεῖλος, uocauit aliquando Aristoteles καθόμοισθαι, uerba, quæ manifestè transla-
ta essent. nam quin ratio hæc tota in similitudine quadam fundata sit, dubitari non
potest. quod tamen fortasse uerius est: faciliusq; ita se habere perspicitur, in transla-
tionibus

tionibus his, quæ κατάκλωμα uocantur. Idem etiam in vj.libro Topicorum tra-
dedit inueniri quedam uocabula, quæ neque æquiuoca forent: neque translata:
neque propria suaq; illarum rerum. Sunt autem illa, quemadmodum ipse illic di-
ligenter docet, hæc ipsa, aliaq; huiuscmodi, ut si quis definiens legem diceret. lex
est mensura, uel imago eorum quæ natura iusta sunt: neque enim lex est uerè men-
sura, nec uerè itidem imago: nec translata proprie dici possunt: neque enim in illis
perspicitur esse magna ulla similitudo. nam res ipsæ, quæ tunc eodem nomine uocan-
tur similes inter se nullam in partem sunt: quam enim similitudinem habet lex cum
pede, cubito. aliaue quapiam mensura: aut eadem cum imagine: imago enim uocatur
res, cuius ortus dicitur ab imitatione, quod in lege nullo modo fit. non omni-
no tamen illæ ditierse inter se, dissimilesq; existimandæ sunt: neque enim alicui un-
quam uenisset in mentem, uocare legem mensuram aut imaginem, nisi similitudi-
nis aliquid in illis rebus inesset, quæ similitudo si in illarum forma & quasi corpore
non est, existit tamen in munib; ipsarum & tanquam officiis: lex enim metitur
facta hominum ac ponderat, & quæ sunt recta, quæque iniusta monstrat, perinde
atque mensura quælibet res, quæ uenduntur & emuntur: eodemq; pacto lex est simu-
lachrum quoddam rerum iustarum & iniustarum, quia nos spectantes legem, & ad
ipsam sensus animi nostri referentes, cernimus illic quasi expressam ac pictam uim
earum rerum, ac quid de ipsis sentire debeamus, cognoscimus. Non malè igitur
fortasse huiuscmodi uerba è genere eorum aliquis existimat, quæ significauit Ci-
cero, cum admonuit, ut in transferendo uerbo frigeretur dissimilitudo, alioq; loco
inquit, ipsa, si simile nihil haberent, repudiari: Aristotelesque ipsa translata non
debere vocari putauit, quia in illis obscura quadam tantum, exilisq; similitudo ap-
pareret, Non enim puto haec vocabula, illo modo usurpata, debere uocari immuta-
ta, id est καθόπαθητική, siue μετωνυμία fabricata, quamuis planum sit pro verbo
proprio, suoq; illarum rerum, illic aliud sumptum esse, quod idem aliquo modo
valeat: potiusq; arbitror referri nomina immutata debere ad genus illud translatio-
nis, cum genus totumq; aliquid pro specie aliqua sua parteq; usurpat: siue contra.
Nam id quod continet amplectiturq; aliquid habet similitudinem generis ad illas
ipsas res, quas amplectitur, ut illæ, quæ inclusæ in ipso comprehensaq; sunt retinent
similitudinem formarum ac partium, relate ad illud. Cum igitur vocare bellum ar-
ma, pacem togam: eodemq; pacto Neptunum pro mari, Cererem pro frugibus, Mar-
tem pro bello appellare, existimata sit hypallage, traductioq; nominis, idem effici-
tur in translatiis eorum generum & ipsis profecto traductis alio ac comportatis nomi-
nibus. quamuis quæ propriè translata vocantur, ac μεταφοραὶ nomine nuncupantur,
non omnino eodem modo & illa transferantur. Cicero certè existimat hæc omnia,
quæ à grammaticis magistris siue dicendi, minutè cuncta concidentibus, nouis voca-
bulis appellata sunt, ab Aristotele μεταφοραὶ nomine solita comprehendendi, atque hu-
ius sine dubitate villa opinionis fuit. Nunquam ille sanè, quod videre potuerim,
his nominibus in libris, siue de arte dicendi, siue de arte poētarum usus est: nec ap-
pellauit aut ἡμωνμία, siue μετωνυμία, aut κατάχωσιν, aut ἀληγορίαν. quare hæc no-
mina post illum inuenta, nouataq; siuevidetur, nec longè sanè sum ab ea senten-
tia, vt putem μεταφοραὶ nomine illa significare solitum hunc philosophum: notum
enim est ipsum sophistas quosdam aliquando accusasse, qui studio hoc tenerentur,
rebusq; nullo modo diuersis noua nomina imponerent, ac quo tempore deberet
hoc fieri sine reprehensione, demonstrasse. Cicero quoque cognovit non sine tra-
duktione quapiam hæc tractari administrariq; posse: cum enim de immutatione hac
ipsa nominum disputaret in Oratore suo, quæ ἡμωνμία dicitur, addidit. Quod
quanquam transferendo fit, tamen alio modo transtulit, cum dixit Ennius, Arce &
vrbe orbis sum: alio modo, si pro patria aircem dixisset. & Aristoteles hoc ipso in li-
bro infra, vbi docet in Homeris versu ἀλίχεν positum esse pro μικρὸν, quæ sine dubio
vocatur κατάχωσις à grammaticis, appellat ipsam μεταφοραὶ: qui enim hoc facit ma-
nifestò ab alia re, ad aliam uerbum transfert, & abutitur nomine proprio vnius rei
ad aliam ostendendam. Sed cur non reliquum Ciceronis locum adponamus, inquit
enim, post superiora verba. Et horridam Africam tremere tumultu cum

T ij dicit,

dicit, pro Afris immutat Africam. Hanc ἵπατην rhetores, quia quasi sumuntur verba pro verbis: μετανυμίας grammatici vocant, quod nomina transferuntur. Aristoteles autem tralationi haec ipsa subiungit, & abusionem, quam κατάχοντι vocant, vt cum minutum dicimus aniūm pro paruo, & abutimur verbis propinquis, si opus est. vel quod delectat, vel quod licet. Iam cum fluxerunt continuæ plures tralationes alia plāne fit oratio. Itaque genus hoc Græci appellant ἀλλυγρία. nomine recte, genere melius ille, qui ista omnia tralationes vocat. Ut autem magis planum fiat, non idem semper ualeat apud hunc auctōrem μεταφορά, sed usum Aristotelem longè aliter aliis in locis hoc nomine fuisse, in Elefchis sophisticis, vocat μεταφορά artificium astutiamq; disputantis, anceps aliquod incertumq; nomen adid, quod ipsi prodest traducentis: transfert enim & ipse aliquo modo nomen, cum hoc facit, & ē dubia sede, in certam propriamq; traducit: inquit enim, callidam hanc rationem docens. οὐτοῦ τὸ ἀκεῖτες ἀμφιθέατη μάχαιρα μεταφορὰν αὔτις λαζαρίνη τὸ ὄντας την. & infra. οὐδὲ μεταφορά πάντα τὸν λόγον αὐτεξέλεγκτον. quare facilius credi potest, ipsum etiam res magis propinquas hoc nomine appellasse: & quae multo maiorem similitudinem inter se habent. Hæc mihi occurrerunt non inutilia vt puto ad naturā translationum magis aperiendam, quæ quantum potui breuiter exposui. Nam quod locum Ciceronis ex Oratore aliter hic scripsi, ac uulgò ille in excusis libris legatur, non temere hoc feci: neque hoc solum iudicio meo ac coniecturæ dedi. intelligo autem. Arce & urbe orba sum. impressi nanque hoc loco habent. arcem & urbem orbas: cum enim locus ille veteris tragicæ plenior multo legatur in iij. Tusculana, vbi hoc modo scriptum est, appetet veriorem hanc lectionem esse. Hecuba autem uidetur loqui post excisum iam & inflammatum Ilium. Sed etiam translatio hoc patet aptior est: orbam enim illis rebus se uocat, quasi priuatam ac spoliatam, quia ipse iam aliquo modo extinctæ ac mortuæ erant, ut parentes liberis propriæ orbari dicuntur. nec impedit, quin statim Cicero, cum exemplum poneret hypallages, variare verba illa potuerit.

Sequebatur nunc de illo, quēm appellauit κόσμον in enumerandis generibus nominum, præcipere: hoc enim loco ipsum illic appellauit. cum tamen ipsius hic nunc vestigium nullum restet. Vnde non sine causa Madius, qui subtiliter accurateq; de hoc quæsiuit, defecisse totam hanc partem negligential librariorum existimauit. laudo igitur magnopere studium hominis, quod posuit in eruenda ueritate, pellen- disq; tenebris ex hoc loco, ac multum sanè in hoc ipsum vidisse puto: cum tamen nō omnino mihi cum ipso conueniat, quid ego de omni hac re sentiam, indicabo. in primis autem probo diligentiam ipsius, qui notauerit, collatis duobus locis è diuersis operibus eiusdem huius auctoris, idem apud ipsum valere hoc in libro κόσμον, quod in iij. de arte dicendi σύνετον, quamuis ille, quid hoc ipsum sit: ac quod potissimum genus vocabuli, quod aliis in locis aliter nominatur, non demonstrauerit: nec causam attulerit, cur eandem rem, longe alio nomine eruditissimus scriptor appellat: neque enim uidentur nomina mutari debere, nisi res ipse, visq; earum aliquantulum immutetur. Arbitror igitur Aristotelem nomine hoc, quo hic vñtūr, quodq; apud Græcos ualet ornatum, in tellexisse genus id vocabulorum, quod vocatur paſſim ἐμβέτων, imposito illi nomine ab eo, quod adponitur aliis nominibus, aptuniq; ex ipsiis est: neq; enim suis uiribus nititur. poſthabito autem suo proprioq; nomine: quod sanè nomen ipse quoq; ſæpe numero in iij. libro de arte dicendi usurpauit, κόσμον hic uocasse optimum magistrum epitheton puto, quia epitheta apud poëtas ornatus præcipue gratia adhibentur: cum enim epithetorum omnium commune sit augere, grandiorēm q; orationem efficere, à poëtis in primis hoc animo illa usurpantur: vt ſicilicet dignitatis ornatusq; aliquid ipsorum scriptis inde afferatur. id quod significauit etiam nō uno loco Quintilianus. in viij. autem libro, vbi exquisitius de illis differit, inquit. Ornatum enim epitheton, quod recte dicimus apposatum: à non nullis ſequens dicitur: eo poëta & frequentius & liberius utuntur: nāq; illis ſatis est conuenire verbo, cui apponitur: itaque dentes albi, & humida uina in his non reprehendemus: apud oratorem, niſi aliiquid efficitur, redundant. Cum igitur hic eruditus rhetor affirmet epitheti officium esse, ornare orationem: poëtasq;

ſæpe

ſæpe hac vna de cauſa ipſa usurpare, exemplis declarat, quis non facile credat hunc nostrum ſummuſ doctorem ab hoc ipſo illorum munere ipſa hic κόσμον appellasse, vbi poëtas inſtruit, ac quid ad ipsorum opus expoliendum ualeat, tradit. Sed habeo etiam aliud ad hoc comprobandum firmitius argumentum: uideor enim mihi reprefiſe eodem nomine Aristotelem epitheton uocasse in iij. libro rhetorices, vbi poëtas exemplum ponit: atque hoc potissimum genus epithetorum ſignificat, quod inane eſt, & valet tantum ad rem amplificandam: docens enim quando in oratione αἴσιον λογον est, in aliis inquit. μή την διανομὴν ἀνόρματη ἐπῆκτος: εἰ δέ μή, καὶ μαρτία φάνεται. οὐ ποιεῖ Κλεοφῶν: ομοίως οὐδὲν ἔλεγε καὶ ἐποίει αὐτὸν τοιοῦν. Hunc igitur ornatum, quæ intelligit, puto ab epitheto importari: ipsumq; κόσμον nomine ſignificasse illic epitheton contendō: πάτνια enim epitheton eſt: quod nomini tenui: & uilem rem ſignificanti, ornatus gratia adiunctum fuit, quamuis modum ſuperet. vnde, vt vi- tium oſtenderet, poſtū eſt: hoc enim pacto ſæpe riſus excitari à comicis ſolitus erat. Valet præterea non nihil ad id confirmandum, quod paulo post illa verba, quæ ci- rat Madius ē iij. de arte dicendi, Aristoteles mentionem fecit epitheti: inquit enim. δέ δὲ καὶ τὸ ἐπίτετον καὶ μεταφοράς αρμοτοῦντας λέγειν: quod, ut opinor, non feciſſet, niſi antea aliiquid de ipſis præcepisſet: inclusa igitur fuerūt epitheta in illo nomine σύνετον. Quod autem σύνετον, vbi præcepta dedit de arte dicendi, id, quod nunc κόσμον vocat, appellauit, puto hoc factum eſſe, nomeniq; mutatum, quia vis illius rei non parum diuerso illo in ſtudio uariatur: ut enim epitheton apud poëtas ſeruit ornatu, ita ora- tores naturam illius rei, cui apponitur, patefacere uolentes, veſtibulum hoc ipſi adiun- gunt. Quia igitur ipsum proprium eſſe debet, maximeq; illi conuenire, ideo (niſi fallor) σύνετον eo loco dictum eſt. nam Quintilianus hoc etiam docet, reprehendi ſo- liita in dicendo, quæ laudi dantur in ſcriptis poëtarum: hec enim ipsius verba ſunt, de epitheto diſſerentis. Apud oratorem, niſi aliiquid efficitur, redundant: tum au- tem efficitur, ſi fine illo, quod dicitur, minus eſt. qualia ſunt, dō ſcelus abominan- dum. O deformem libidinem. Nec tamen non, dum vim illius rei aperit, affer- etiam aliiquid ornatus epitheton oratori: ut poëte quoque, quamuis eo potissimum nomine adhibeat, ut expoliet & augeat ſcripta ipſius, prodest tamen non nihil ad naturam rerum earum oſtendendam. Vnde, quamuis liberi admodum ſint poëtas in hac re, non permittitur tamen ipſis, ut nomen aliquod alicui rei adponant alienum ab illa, & quod non ipſi mirifice conueniat: cum contra potius in hoc videan- tur aliquando peccare, quod. vim aliquam illarum, qualitatem ve epithero declar- ent, quæ ſine illo, ſua ſponte ſatis aperta erat, ut cum dicunt lac album, dulcia mu- ſta, aliaq; huiuscmodi multa. Reſtat uidere, desideretur ne hoc loco, quod ad explanandam naturam horum verborum, quæ ab ornato Græce appellantur, poſi- tum fuerit ab auctōre, ut putauit Madius, qui credit totum hoc veruſtate amissum eſſe, nec minus explicasse ipsum, quid κόσμος ualeat, quām fecerit reliqua omnia ge- nera uocabulorum. an nihil defecerit: locusq; integer ſit, cum ornatus hic, qui pro- ficiſſit ab epithetis, non unum aliquem fontem habeat: neque enim epitheta cun- Æta constant ex eodem genere vocabulorum, ſed ex omnibus illis, quæ ſedulo defi- niuit. Quare cum incertum ſit genus hoc vocabulorum: nec naturam vnam habeat, non videtur potuisse illam Aristoteles commode definire: certum enim ſtabileq; ſit neceſſe eſt, quod definiri debet. Quin autem epitheton nunc conſtet ē nominibus propriis: nunc ē vocabulis externis: nunc ē verbis translatis: eodemque pacto ex aliis generibus vocabulorum, dubitari non potest. Quintilianus etiam hoc mon- strat, qui docet in primis multum valere ad rem ornandam epitheta translatata. exem- plis etiam poſitis, quæ conſirment ſuam ſententiam. inquit igitur. Exornatur au- tem res tota maximē translationibus. cupiditas effrenata, vt insana ſubſtructio- nes. Quamuis tamen preſe ſubtiliterq; definiiri omne, quod huiuscmodi eſt, nō poſſit, videretur tamen aliqua ratione describi pouiffe, quæ ſatis huic rei declarandæ eſſe pouerit: quare nihiſ de hoc ſtatuo. Non ſequor autem iudicium Madij in eo quod tentauit locum ſupplere, coniecturis duxtus: præſertimq; ea parte, qua cen- ſuit reſtitui hic debere verba, quæ ſynonymorum vim explicant: leguntur verò illa apud Simplicium in commentariis in categorias: neque enim ſupra in viij. illis nomi-

T iij num

num generibus Aristoteles posuit synonyma: neque si in iij. libro de arte dicendi tradidit, reperiri quædam verba, quæ simul & κύρια, & σωμάτια sint, sequitur omnia κύρια esse σωμάτια. Non appareat præterea verba, quæ citat Simplicius ex hoc opere, explicantia vim synonymorum, sumpta fuisse ex hoc libro, & si nunc ita in excusis ipsius libris legitur. Αριστοτέλης μὴν τῷ πόλει ποιητικῆς σωμάτια εἶπεν, ὅτι πᾶσα μῆτρα ὄντα κατατάξει: λόγος δέ, ὃ αὐτὸς: puto nanq; mendum in illis esse: defecisseq; literam, quæ numerum eius libri, ut mos erat Græcorum, indicaret; tres enim non vnum tatum, de studio hoc, ut patet testimoniis optimorum auctorum, Aristoteles libros conscripsit. Cum autem ipse opus hoc significare vult, non simul appositi ostendens librum, in quo id contineatur, ut sæpe fecit in iis, quæ scripsit de arte dicendi, & aliis etiam locis, numero multitudinis vtitur: aitq; εἰ τοῖς πόλει ποιητικά. illic autem vnius numero scriptum est εἰ τῶν πόλεων ποιητικῶν. illuc autem vnius numero scriptum est εἰ τῶν πόλεων ποιητικῶν. ut facere veteres auctores consuerunt, cum libri numerum addunt. Potuit igitur illo modo σωμάτια definiti in secundo tertio ve libro huius operis. Quare non opus fuit, nullo alio argumento fretum, huc ea inculcasse: pluri- mat autem occasiones existere potuerunt, cur hoc aliis locis auctor recte faceret.

Πεποιημένον δὲ ἐστιν, ὃ ὅλως μὴ καλούμενον τὸ Συνων, αὐτὸς πέθεται ὁ ποιητής: δικεῖ καὶ σύντοιχον τοιαῦτα. διον τὰ κέρατα, δρυνγασ: οὐδὲ τὸν ιθέα, ἀ-ριτήρα.

Factum autem est, quod omnino non appellatum ab aliquibus, ipse ponit poeta: videntur enim aliqua esse huiuscmodi. Ceu cornua δρυνγασ: & sacerdotem αριτήρα.

Explicat nunc, quod quinto loco posuerat, quale sit verbum factum, ipse πεποιημένον vocat. vnde ab eruditis scriptoribus Aeschylus, qui multis fuit in hac fabricandorum verborum ratione, ποιητής καὶ δημιουργός ὄντων dictus est. intelligit autem quod in consuetudine antea nullius gentis erat: sed ab ipso poëta nouatum est. Cicero enim, cum de iis vocabulis differat, atque eorum conformatio, inquit facere & nouare verba. Factum igitur Aristoteles ait verbum est illud, quod omnino non usurpatum ab aliquibus; neq; in sermone vñquam antea auditum, ipse fingit poëta: nam quod ὄλως adiunxit, quod penitus omninoq; valet, distinxit illo pacto, ut opinor, nomen hoc à peregrinis, & externis: illa enim quoque, cum sint in usu novaque in Græco sermone, sunt tamen in usu alius gentis: nec omnino dici possunt, simpliciterq; non καλούμενα, id est non usurpata in sermone, neque formata: μὴ καλούμενον enim ὑπό τινον auctore inquit, cum hoc significare vellet. καλεῖν nanque hoc loco vallet usurpare aliquod nomen, & rem quamplam illo uocabulo appellare: ut in secundo quoque Topicorum est usus hac uoce, ubi ait. εἴ τι δογμάτων ποία δὲ καλεῖν ως οἱ πόλεις, καὶ ποία δι: in cuius etiam loci extremo, quod excusi habent. οὐδὲ ἔτι ως οἱ πόλεις λέγεται, vidi antiquum librum, in quo esset pro illo, κλητέν. Idem etiam, quod hic ait τιθεται, appositi locurus est: nomina enim conduntur & ponuntur rebus, cum antea res illæ nullo nomine notata forent: unde etiam à Latinis imponere nomina rebus dictum est. Quia autem suspicari aliquis posset huiuscmodi nulla inueniri, quæ, cum in nullo prorsus vñ ceterorum forent, repente inuenientur ab aliquo, tollit hanc falsam opinionem: indicatq; inueniri non nulla huiuscmodi. Duorum autem exemplo utitur: quorum posterius in primis Iliadis versibus à poëta usurpatum fuit, & ab ipso Homero factum auctore Aristotele: appellat enim illic αριτήρα noua voce sacerdotem, à consuetudine Græcorum ἡρώα vocatum. An idem etiam ἡρώα vocari, à similitudine ramorum, cornua: quæ Græci vulgo κέρατα appellant, affirmare non ausim: neque enim memini me hanc vocem apud eum poëtam vñquam legisse. Quod si non Homerus ipse, aliquis certè poëta hoc vocabulum nouauit. Cū autem ἡρώες valeat in communis usu Græcorum, ramum, inde conformauit ille hoc verbum, quia ceruorum cornua referunt hanc rem. Quare eleganter etiam Virgilius inquit. Et ramosa Micon viuacis cornua cerui: epitheto enim expressit, quod Græcus ille

ille poëta, nomine formato ab ea re, quæ id valerer, significavit. Apud Hesychium in lexico, littera vna mutata, legitur φυτικός. quod sane vocabulum ipse interpretatur. φυτικός, βλαστικός, κλαδός: nec tamen me conferre ad eam scripturam volui, veritus ne id culpa typographi commissum sit. Cum autem librum eius grammatici antiquum conquisiuerim, apud nos inuenire non potui: ita enim nullo negotio de veritate lectionis statuere potuisse. Animaduertendum autem est hoc ipsum vocabulum, cuius nulla antea vestigia vsquam apparebant in eo sermone: nec illo tempore aliquis, cum ignotum prius foret, illud ediderat, repente à poëta nouatum, ut tunc factum potuisse appellari: cum vero, ab ea origine, venit in consuetudinem aliorum, factum postea non posse uocari, nisi ea ratione, qua auctor illius, & tempus, quo conformatum est, cognita sunt.

Ἐπειπομένον δὲ ἐστιν, ὃ ἀφιημένον: τὸ μὲν, ἐάν φωνίσῃ μακροτέρῳ κεχωρισμένον ἢ τὸ σίκειον, ἢ συλλαβῇ ἐμβεβλημένον: τὸ δέ, ἀν ἀφιημένον ἢ τὸ πώτῳ, ἢ ἐμβεβλημένον. ἐπειπομένον μὲν. διον τὸ, ὕδατες, πόλιος: οὐ τὸ πηλεάδου, πηλιάδεω. ἀφιημένον δὲ. διον τὸ, κρί, οὐ τὸ δέ. οὐδὲ μία γίνεται ἀμφοτέρων ὅμοιος.

Porrectum autem est, vel subtractum: hoc quidem, si vocali longiore vñsum fuerit quam sua sit ac propria: vel syllaba inculcata: hoc autem si sublatum fuerit quippiam vel ab ipso, vel ab eo, quod inculcatum est. Porrectum quidem ut ὕδατες πόλιος, & πηλεάδου, πηλιάδεω. Sublatum autem. Ceu ηρίς & δέ. & μία γίνεται ἀμφοτέρων ὅμοιος.

Post explicationem verbi facti, nouatiq; à poëta, docet cuiusmodi sint duo contraria inter se vocabulorum genera: quorum alterum auctum est, longiusq; factum: alterum verò absissa ab ipso in extremo particula, imminentum, primum igitur in longum aliqua ratione porrectum aggreditur: aitq; ipsum huiuscmodi fieri: vereq; ita vocari, si vocali aliqua litera longiore vratur quam sua propriaq; ipsius sit. Ceu si licentia poëtae, & quia hoc commodum ipsi fuerit, uocalis litera ε, quæ sua ui breuis est, in ε, quæ longa est, conuersa fuerit: aut ο in ο: quarum literarum eadem est, quæ superiorum, natura. Cum hoc igitur contingit, tunc id verbum dicitur productum: neque cum hoc tantum sit, verum etiam cum syllaba in medium illam vocem iniecta fuerit: nam hoc quoque, ac multo etiam magis, uocabulum producitur: plus enim est integrum syllabam eo inculcare, quam temporis aliquid vni alicui illic litera addere, exempla ipse utriusq; licentia ponit: utiturq; vocibus Homericis, ita ab ipso contra consuetudinem conformatis: sed non antequam tradat, cuiusmodi sit etiam verbum, vnde demptū aliquid est, ipsum autem esse inquit, si absissa quippiam fuerit, vel ab ipso, vel ab eo, quod inculcatum est. Ut videtur autem (nisi forte aliquid mendi hic subest, quod vereor) duobus quoque modis hoc usu uenire affirmat: uel potius, modo non uariato, sed immutata specie uerbi: unde, quod inde tollitur, absinditur: id est cum uerbum fuerit aut simplex ut in consuetudine uersatur, aut prius productum, syllaba in ipsum inculcata: ab eoq; postea, ita licentia poëtae conformato, noua libertate adhibita, sit absissa syllaba aliqua. Explicatis autem hoc pacto rationibus utriusq; nominis: & eius, quod porrectum est: & eius vnde absissum aliquid in extremo est, exempla utriusq; ponit: porrecti ab Homero cum πόλιος inquit pro πόλεος: & cum πηλιάδεω pro πηλεάδου: diminuti uero, & à quo syllaba in fine dempta sit, & ab eodem, cum ait κρί pro κρείμον. ut in v. Iliadis, hoc versu, qui pronuntiatur à Pandaro, narrante, domi sua pulcherrimos equos manere, quos tunc dolet se in bellum non duxisse. Επεστιν κρί λανκάρη φεπίμενοι καὶ διέραστον. Nec non δέ pro δέμα: vt in Θ Odyssea, ubi Alcinous uocatis Phæacibus de aduentu Ulyssis cum ipsis egit. ξένος δέ, οὐδὲ οἱ δέπτες, κλιμάκεις ικέτες μάρτιον, & in eodem libro

quo loco Vulcanus coegerit deos, ut viderent, quam iniuriam accepisset à Marte. & φατ' οὐδὲ πούτι χαλκοβατίς θῶ. & Empedoclis, qui & ipse & propositus posuit. in extremo versu quodam, cuius ipse paulo plus quam dimidiam partem citat. Cum autem hic locus valde olim in omnibus libris corruptè legeretur: emendeatur uero auctoritate Strabonis, apud quem integrum hoc exemplum manet, ut ostendi, differens de hac re in viij. libro Variarum mearū lectionum, non arbitror opertere amplius de hoc disputari, veritate huius lectionis explicata: potius querendum est, an verba illa ἡ εὐθεῖα προσέλευσιν, qua Robortellus quoque in non nullis manu scriptis libris narrat non inueniri, quamuis reponenda omnino censeat, necessaria hic sint. vel potius importunè irrepserint in excusos libros: ipse enim quoque vidi plures codices à quibus illa abessent: & præter quam quod valde durum est, putare nomen, quod auctum sit superiore ratione, idem postea noua licentia contaminatum esse: ita enim uix agnosceretur, nullaque penè ipsius pars integra restaret, arbitror, si id factum fuisset, Aristotelem exemplum aliquod huius, multis modis contaminati, nominis posituruin fuisse: quod tamen sine dubio factum non est: cum enim tribus exemplis in eo, quod præcepit, declarando usus sit, cuncta sunt uocum prius intatarum, & nulla sui parte immutatarum. illud autem in primis, quod infrequenter erat, videbatur exempli lucem requirere. Quare melius fortasse erit sequi in hoc quoque auctoritatem antiquorum librorum, & existimare verba illa uacare: nam superiore loco particulam diiungendi, quæ alterum quasi membrum postulare videtur, iidem libri non habent. Animaduertendum autem, cum ab his tribus vocibus, quas ἀπὸ οὐκὶν pastas indicat hic Aristoteles, una tantum syllaba sublata in extremo sit, inueniri etiam à quibus duas abscisæ eodem loco sint. quod Sophoclis & Ioniis testimonii intelligitur, qui, cōmemorante hoc Strabone, & pro p̄ adiutor protulere.

Εἴναι μεγάλον δὲ ἐστιν, ὅταν τόπος οὐ μαζούσιον: τὸ μὲν, καταλέπτη: τὸ δὲ, ποιητή. οἷον τὸ δεξιότοπον κατὰ μαζοῦ, αὐτὶ τόπος δεξιον.

Immutatum est, quando nominati: hoc quidem reliquerit: hoc autem fecerit. Ceu δέ εἰτοπον κατα μαζόν, pro δέ ειον.

Quod restabat unum, quale sit, quod ipse ἐναγγεῖον vocat, ostendit, id est uariatum atque immutatum uocabulū, & nullo modo, utin consuetudine est, prolatum: inquit autem huiuscmodi uerbum esse, cum poëta uocabuli alicius recepti partem, ut erat, relinquit: partem uero nouat: & aliter, quam erat, singit. non enim hic ab auctore eodem pacto captum est, quo capitur, cum uocatur uerbum aliquod πτωμέον, ut paulo supra ab ipso appellatum est. ὑποάσθετον verò quod inquit, arbitror ita ab eo uocatum uerbum, quod in usum iam uenerit, ac frequentatum sit, ut distinguat ipsum à nouo, & illo tempore factō: quod huic rei aptum nullo modo est. Cum igitur alicius per uulgatae uocis partem in tactam relinquit poëta, partem uero singit ac nouat, tunc id nomen immitutatum uocat: quod ualeat leuiter illud uariatum esse à specie sua: nec totum nouum factum: exemplum, quo virtutur, rem ante oculos ponit. Est usitatum uerbum & frequens in sermone Græcorum, οὐδὲν, quod ualeat dextrum. idem significare uolens Homerus in v. Iliadis οὐδὲν inquit: inde enim citatum est testimonium, quo utitur Aristoteles, quamvis aliis etiam locis poëta usurpet uocem ita à se conformatam. Est autem hic locus, ubi Diana Venerem consolatur ob uulnus à Diomede acceptum: commemorat enim Iu- nonem quoque ab Hercule in dextra mamilla percussam sagitta fuisse. Cum igitur Homerus è uerbo οὐδὲν fecit οὐδὲν, primas duas syllabas eius uerbi reliquit, ut antea erant: & è tertia duas fecit, atque ita uerbum à uulgari ratione uariauit. Ut autem poëta pro οὐδὲν οὐδὲν usurpat, ita etiam, quod ad intellectum ualeat, pro Σᾶντι Σωκράτοις: quod admonuit etiam Plutarchus in v. libro συμποσίου capite quarto. Quærendum tamen an posterius hoc immitutatum uere uocari possit: neque enim è parte aliqua pristini usitatiq; uerbi alia facta: sed quiddam potius ipsi, nulla parte im- mutato.

mutato, additum est. παρθενικὸν certe, quod prolatum ab Hesiodo est: significatque παρθένον, non rem aliquam virginis mulieris propriam, illo modo factum est.

Ἐπιώταν δὲ τῶν οὐρανῶν: τὰ μὲν, ἀρέσκει: τὰ δὲ, θίλει: τὰ δὲ, μεταξὺ. ἀρέσκεια μὲν, ὅφε τελευτᾶς εἰς τὸν ιδὺν φέρει, ιδὺν ὅφε εἰς τοὺς τῶν ἀφώνων σύγκεισον: τῶν ταὶ δὲ ἐστιν οὐδόν, τὸν φέρει, ιδὺν φέρει. θίλεια δὲ, ὅφε εἰς τῶν φωνικύτων εἴστε τὰ αἱ μακρὰ. οἷον εἰς τὸν οὐδὲν, ιδὺν τῶν ἐπεικτενομοσίων εἰς αὐτόν. ὥστε ὅφε συμβάνει τῷ λόγῳ εἰς τὸν ταὶ ἀρέσκεια, ιδὺν τὰ θίλεια: τὸν φέρειν φέρει, ιδὺν τὸν φέρειν ταῦτα εἰσιν. εἰς δὲ ἀφώνων οὐδὲν οὐρανομετατέλευτα: οὐδέτε εἰς φωνῆς θέραψιν. εἰς δὲ τὸν πείσαμόνα, μέλι, κόμμι, πέτασθαι. εἰς δὲ τὸν πάντα, τὸν νάπην, τὸν γόνην, τὸν δέρην, τὸν ἄσυ. τὰ δὲ μεταξὺ εἰς τῶν ταῖς, ιδὺν τὸν ιδύσιν.

*A*dhuc ipsorum viq^u, nominum: haec quidem virilia: haec autem muliebria: haec autem media. Virilia quidem, quæcunq^u desinunt in v̄, & ē: & quæcunq^u è quoipam mutorum elementorum constant: haec autem sunt duo v̄, & ē. Muliebria autem quæcunq^u è vocalibus & in semper longā. Cui in ū, & ū: & eorum, quæ producuntur in ā. quapropter æqua contingit multitudine in quot virilia & muliebria: v̄, enim & ē eadem sunt. In mutum autem elementum nullum nomen desinit: neque in vocale breue. in ī autem tria sola. μέλι, κόμη, πέτοδοι. In ū autem quinque πάνω, νάπτυ, γόνυ, δόρυ, ἄσυ. Media autem in hæc, & v̄, & ū.

Restare dicit aliam nominum diuisionem, quæ manet in mutatione generum: vt enim res quædam marium uim habent: aliæ verò fœminarum: quoimodo animantes omnes inter se distinguntur: aut enim illæ mares aut fœmine sunt: ita etiæ nomina, quibus res ipsæ appellantur, hæc accommodata sunt rebus virilem naturam habentibus: hæc verò muliebrem: superest tertium genus nominatum, quod medium est, atque interiectum inter ambo: neque enim conuenit rebus, quæ virilem: neq; etiam illis, quæ muliebrem speciem habent. Quare μεμένη ab ipso uocatur: vt etiam ipsum appellauit in libro sophisticorum Elenchorum: quamuis eodem in loco uocet etiam ipsum οὐσίαν, quia viens filia plerunq; ac vasa genere illo appellantur: si verè genus illud dici potest, cum animantes nullæ illiusmodi sint, quæ scilicet neutram naturam habeant, & appellatione maris aut fœminæ non comprehendantur, ea autem de causa οὐσίαν vocatur: neutrumq; à Latinis, quia non est aut virilis aut muliebris generis. Postquam igitur docuit tria hæc esse nominum genera, tradit quibus in literis singula genera desinant: primumq; quot sint virilium nominum terminations ostendit: tradit etiam virilia esse quæcunque desinunt in ī, & ē: & præter hæc, quæcunque constant è quopiam mutorum elementorum. Cum autem dicat litteras constare ex aliis, manifestò loquitur de duplicibus: ipsæ enim conflatae sunt è duobus elementis: simplices uero uinius naturæ sunt, ut nomen declarat: addidit etiam ut rem aperiret, quæ nam sint litteræ illæ, quæ cum constent è quopiam mutorum elementorum, non sunt terminatio aliorum ullorum, nisi virilium vocabulorum: easq; duas esse inquit: id est ī, & ē. nam ī, quæ & ipsa duplex litera est, & constat è muta: conflata enim est ex ī & ē, nullius virilis nominis terminatio est. quare rectè illam exclusit: multa verò virilia nomina desinere in ē, & ī, perspicuum est. Animaduertendum autem nunc est, si hoc, quod verba hæc præseferunt, significare voluit Aristoteles, id est si dixit cuncta nomina, quæ desinunt in has quattuor litteras, quarum priores duas simplices sunt: posteriores verò duplices, virilia esse, falso ipsum multis modis præcepisse: omnes namque hæc litteræ sunt etiam terminations muliebrium nominum: & è numero ipsarum simplices etiam neutrorum. Si

verò significare voluit quatuor has literas esse terminationes virilium nominum, non negans quin aliorum etiam generum quedam in iisdem literis desinant, nihil sà nè, quod à verò alienum sit, protulit: non plenam tamen huius rei scientiam tradidit: cui enim notum non est virilia multa nōmina desinere in σ: Non sine causa igitur existimari potest hunc locum corruptum esse: nec tamen magis quam ille iniuria temporum depravatus sit, ipsum contaminare libet. Quod sequitur, Aristotele sinquit muliebria nomina esse quæcunq; è numero vocalium in semper longas desinunt: quas tamen, quamvis satis notæ illæ forent, néc fallere possent, nomine appellat: aitq; ipsas esse η, & ω. Vt quæcunq; nomina desinunt in η & ω, sint muliebris generis: cui terminacioni nominum addit è numero etiam earundem vocalium literarū, cum earum aliquæ ancipites sint: & nunc correptæ: nunc productæ inueniantur: quæcunq; nomina in ξ, quæ vna ex illis est, quæ producuntur, desinunt, illa esse muliebria: vt omni hac parte aſſi met triplicem esse terminacionem muliebrium nominum, quod ad vocales pertinet: aut enim illa in η, & ω, desinunt, quæ perpetuo longe sunt, aut in ξ, quæ litera cum aliquando breuis sit, ſape etiam longius tempus recipit, arque extenditur. Admonet autem leſtorem diligens magister numerum literarum, in quas & virilia & muliebria nomina desinunt, æqualem esse: quod elici ostendit ex iis, que iam disputata sunt: hoc enim tanquam certum & iam patefactum ponit: nec tamen adhuc omnes terminaciones muliebrium vocabulorum tradiderat: sed tres tantum, quarum extrema litera vocalis. Adiuuat vero hoc opinionem eorum, qui supra σ addendum censuerunt duabus illis literis η, & ξ, in quas desinere dixit, simplices existentes, marium generis vocabula: ita enim id contingere, præter quām, quod negati non potest, quin plura virilia nomina desinant in eam literam. quomodo igitur omittere illam potuit? Cum autem quamvis perspectum effet numerum simplicium literarum esse parem, in quas vtraq; genera desinenter, non dum id certo teneretur, quia restabat duplichum terminatio, quæ non dum in foeminarum rerum genere declarata fuerat, vt respondere sibi ipſi in vitroq; genere intelligeretur, affirmat id verè dictum esse: eodem enim sunt duplices literæ, in quas vtriusq; generis nomina desinant, id est η, & ξ: tam enim muliebris generis vocabula, quam virilis inueniuntur, quæ desinunt in ipsas. Cum igitur eadem penitus sint, dubitari non poterat de ipsarum in hac re concordia. Hic verus certusq; sensus ex hac lectione elicetur, quæ & in excusis & in scriptis libris nullo discriminē inueniuntur, quare nollem ipsam à quibusdam tentatam: in primisq; non sequor confitum illorum in eo, quod negandi particulam addiderunt. nam præter quām quod veritas perūulgata lectionis nullo negotio intelligitur: si numerus terminacionum in vitroq; genere impar fuisset, quid attinebat id demonstrare: res enim ita admirationem nullam habuisset: nunc verò, cum respondeat: mirificeq; inter se consenserat, res animaduersione digna fuit, & quæ non debuerit silentio præteriri: iuuat enim prodestq; huiuscmodi res cognosse. Pusillum antea erratum hic erat, quod correcxi auxilio veruſtorum librorum: neque enim in illis, ἀντί ιη, vt in excusis legitur, sed παντὶ ιη, scriptum offendit, quæ sine dubitatione vera lectio est. Adiungit autem nullum nomen inueniri, quoq; in genere queratur, quod desinat in aliquam mutarum literarum: illæ autem numero nouem sunt, distinctæ etiam accuratè à grammaticis: neque enim cunctæ eandem penitus naturam habent, quamvis conueniat ipsis in hoc, quod omnes vocis expertes sunt. non tārum vero hoc in multis verum esse ostendit, sed addit etiam idem uisu in vocalibus natura breuibus: nullum nanque nomen definit in η, aut ξ: hæ nanque vocales literæ sunt, quæ ſemper breues ſunt. Cum autem literæ uocales adhuc duæ reſtarent, de quibus verbum non fecerat, id est η & ξ: cœpiffetq; differere de vocalibus, quæ alienæ ſunt ab hac re: nec clausula vlo modo aliquorum nominum effe poſſunt. agit etiam de illis, quæ non valde diſcedunt ab earum hac ipſa natura, cum in omni ſermone Greco tria tantum vocabula reperiantur, quæ desinant in η: & quinque itidem ſolum, quæ terminentur η: ea numerat autem tria illa nomina, quæ terminari dixit in η: ipſaque effe inquit μέλι, κόμη, πέπει. in omnibus verò exemplaribus ipſa vno tenore inueni, cum quinque illa, quæ ſequuntur, desinentia in η, in pluribus calamo exaratis à

me inuenta non ſint, ſiue illa, negligentia librariorum omitta ſint, ſiue ab auctore non enumerata. Cur autem hunc tantum numerum effe nominum, quæ ita defi- nant, voluerit, quærendum eft, cum videantur etiam alia vocabula eadem litera terminari, vt μέλι. Antequām autem de mediis nominibus conſulto ageret, hæc quæ manifesto ad illa pertinent, ea de cauſa, quam oſtendi, präcepit: neque enim virilia villa aut muliebria nomina desinunt in his vocalibus. Paucis autem in extremo de neutrī agit: inquit enim. Quæ media ſunt, interiectaq; inter hęc, desinunt ſci- licet in hęc, & η, & ξ. quibus in uerbis non ſine cauſa docti uiri existimarent aliqua desiderari: quis enim neſcit plura inueniri Græca nomina desinentia in η, quæ non continentur in voce illa, monſtrandi vim habente, qua uſus eft: τῶν enim cum in- quid, uidetur oſtendiffe duas ſolas vocales η, & ξ, quas proximè appellarat. Præterea cui dubium eft, quin alia terminentur neutra nomina in ξ, que tamen vna cum consonantibus, traditis effe neutrorum clauſulis, non enumeratur. Quare ne- ceſſe uiderur id contigerit uitio librariorum: nec tamen quicquam hic uariatum of- fendi in calamo exaratis libris.

Δέξεως δὲ αρχετή, οὐκοῦ μὴ ταπεινώ ἔιν. οὐφειδάτη μὲν οὐδὲ τίσιν οὐδὲ πῶις καὶ ὀνομάτων, ἀλλὰ ταπεινώ. παράδειγμα δὲ, οὐ Κλεοφάντος ποίη- σις, οὐδὲ Στενέλου. σεμνὴ δὲ, οὐδὲ ἐξαλάτουσε ωδὴ ιδιωτικὸν, οὐ τοῖς ἐστικοῖς κε- χωμέσιν. ἐστικὸν δὲ λέγω, γλωττα, οὐδὲ μεταφορα, οὐδὲ ἐπίκτασιν, οὐδὲ πᾶς ωδὴ β' κύριον.

Locutionis autem virtus, apertam & non humilem eſſe. Apertiſima quidem igitur eſt ea, quæ ex propriis nominibus: ſed humilis. Exemplum autem Cleophontis poēſis, & Stheneli. grandis autem & immutans vulga- rem rationem, quæ peregrinorum ſpeciem habentibus vritur. peregrino- rum autem similia dico linguam, & translationem, & productionem, & omne, quod preter proprium.

Cum diſeruerit de partibus locutionis, oſtendit nunc quibus in rebus maneat ſumma ipſius laus: ut poētae, qui absolute perfectaque locutione vti uolunt, ſciant quod potiſſimum ipſius genus ſequantur: ſunt enim plura illa & magnopere inter ſe diſtantia. Virtutem igitur ipſius, nam Latinum etiam hoc verbum, quod Greco reſpondet, eodem pacto cepit Horatius, quum inquit, Ordinis hec uirtus eſtit, & ve- nus. Virtutem inquam ipſius, id eſt laudem ac bonitatem: & quidquid deniq; in ea ad ſumnum perductum eſſe inquit, vt ſit aperta & non humiliſ: quod fanē obtinere difficile eſt: nam qui valde apertam locutionem efficere ſtudent, ſaþe incidunt in abiectum ipſius genus, atque humili repunt: contraq; qui timent ne humiliſ in dicendo ſint, obscuri aliquando fiunt. Utigitur contrarię hæ res intelligan- tur, docet in quibus rebus poſitum vtrunque ſit, ut facilius ſine vitio & incommo- do vlo quidquid in eo boni eſt, obtineri poſſit: maximeq; apertam ac planam locu- tionem eſſe inquit, quæ conſtat nominibus propriis, ſuisq; illarum ipſiarum rerum, de quibus ſermo eſt: ſed hoc mali eſſe in ea inquit, quod erit humiliſ: nam uti ſem- per nominibus peruagatis, & quæ imposta primo fuere illis rebus, conficit genus dicendi tenue, & expers dignitatis. nec tamē omnis vulgi oratio huiuscmodi eſt: exiſtunt enim in ea aliquando flores aliqui, & in primis verba translata. Eum verò, qui ſuis propriisq; rerum vocabulis vritur, declinare obscuritatē ſermonis ſignifi- catur etiam voce illa, quæ frequens eſt apud nos: vbi enim aliquis oſtendere vult, ſe plane loqui, nec uti circumſitione uerborum, inquit, ſe panem, panem uocare. Cui prouerbio ſimile etiam Greco, atq; idem penitus ualens, aliam rem appellantes, pro- uerbum habebant: aiebat enim qui hoc affirmiare volebat apud eos, τίλωσις φιλιών, τίλω- λέγω. hoc autem eſt dicere, ſe vti nominibus propriis rerum. Exempla verò hu- ius

ius locutionis, tenuis inquam atque humilis afferre uolens, ait poësin Cleophonis, & Stheneli confectam esse ex hoc genere verborum. Videtur autem Cleophon comicus poëta fuisse: citat enim ipsum Mandrobulo in libro sophisticorum Elenchorum. Sed eius etiam in iij. libro de arte dicendi meminit. *ποίησις* vero Cleophonis, (vt opinor) valet hic ratio, qua ille vtebatur in condendis carminibus: significare enim vult eum fuisse huius iudicij in hac re. Modo autem viaq; indicata, qua conficitur oratio valde aperta, docet quomodo acquiri possit dignitas orationi: fierique ipsa magnifica & ampla: inquit enim. Grandis autem, & quæ discedat à peruulgata cōmuniq; ratione loquendi, est, quæ vitur nominibus peregrinitatem redolentibus: neq; enim omnino peregrina intelligit: dixisset enim *ξένος*: sed quæ speciem habent peregrinorum: hoc enim valet *ξένος*: speciem verò peregrinorum habent omnia, quæ visitata, cotidianaq; non sunt: quomodo sanè ipse interpretatur id verbum: quid enim capi velit illa voce declarans, inquit. Xenicum autem dico, linguam & translationem & productionem nominum, & quidquid deniq; præter proprium eius rei nomen est. sole autem lingua verè peregrina externaq; vocabula sunt: sed tamen translatæ quoque & productæ, & alia quapiam ratione immutata nomina, peregrina uidentur ac similitudinem quandam eorum habent, quia non sunt crebra in consuetudine. Nam non esse omnino eadem *ξένα*, & *ξένη* intelligitur etiam ex definitionibus vtriusq; nominis, quæ diuersæ inter se sunt. Quid autem vocet *ἐπέκτητα*, apparet ex eo, quod verba, quæ hoc patenterunt, appellavit *ἐπεκτυμότα*: exemplaq; posuit huius nominum distortionis. Quod verò addidit. & quidquid demū, præter proprium nomen est, intellexit verba illa, vnde aliquid in extremo demptum esset: nec non ea, quæ alia ratione immutata forent, & à communī vñū uariata: cuncta enim continentur hac descriptione, disceduntq; à peruulgato more loquendi. Querendum autem, si *χώρα* significat certū quoddam genus verborum, quod multum scilicet valeat ad exornandam orationem, ut nomen declarat, cur non ipsum nunc appellari in enumerandis nominibus, quæ faciunt ad eam expoliendam, & quasi peregrinam reddendam: & si enim nunc non omnia ponit, tamen præteriit locum eorum appellandorum: suprà nanque post *μεταφορά* statim *χώρα* collocarat: infra quoque ubi tradit. quæ efficiunt orationem non vulgarem, hoc ipso loco *χώρα* appellauit.

Αλλ' οὐδὲ ἄπαντα τὰ τοιαῦτα ποιήσῃ, οὐδὲ αἰνίγματα, οὐδὲ βαρβαροῖς. Αὐτὸν μὲν οὐδὲ εἰ μεταφορῶν, αἰνίγματα: εἰ δὲ εἰ μεταφορῶν, οὐδὲ βαρβαροῖς: αἰνίγματος καρπός αὗταί δέ, τὸ, λέγοντα τὰ ὑπάρχοντα, ἀδύνατα σωάται. κατὰ μὲν οὐδὲ τὴν τῶν σιοφότων σωθεσιν, οὐδὲ διοί τε ἐπέρχονται: κατὰ δὲ τὴν μεταφορῶν καρπός κατατελεῖ. οἷον, Αὐτῷ δέδον πνεὺ χαλκοὶ ἐπ' αἰρῆι κολλίσανται, οὐδὲ τὰ τοιαῦτα: εἰ δὲ τῶν μεταφορῶν ὁ βαρβαροῖς. διὸ αἰρετέου τῶν τούτων.

Verum si quis simul omnia huiuscmodi fecerit, vel ænigma erit, vel barbarismus. Siquidem igitur è translationibus, ænigma: si autem è linguis, & barbarismus: ænigmatis enim forma haec est, dicentem quæ insunt, impossibilia copulare. Per compositionem quidem igitur nominum non datur facultas hoc facere: per translationem autem, contingit. Cen. Virum videlicet super viro glutinantem: & huiuscmodi. è linguis autem barbarismus. Quare temperatur aliquo modo his.

Recte admonet Aristoteles modum in hac re adhibendum esse, nam sèpè quæ boni multum in se habent, si mensuram superent: audēq; nimis sumantur, obsunt: quod hic etiam sine dubio contingeret: si quis enim delectatus suauitate harum uocum,

cum, omnem orationem illis refererit: eodemq; in loco cunctis abusus fuerit, peccabit, & in non mediocre uitium cadet: quod tamen uitium non eiusdem semper generis erit, sed diuersam naturam habebit, quia origo etiam ipsius diuersa est: si nanq; vt ipse diligenter exponit, in unum locum aliquis plures, pluresq; translationes coegerit, & oratio penè constiterit è verbis translatis, nascetur inde ænigma: si verò è linguis externisq; vocibus, barbarismus. Verborum translatorum copiam, & quæ non propria suaq; illarum rerum sint, reddere orationem obscuram, quis non fatetur: confunditur enim ita animus eius qui audit: nec secum statuere potest, quem sensum habeant voces plurimæ è sua in alienam sedem comportatae. Conferta etiam simul multa verba externa pñ se ferunt sermonem peregrinum: similitudinemq; habent Persici sermonis, aut Phrygij: è quorūcunq; lingua hausta verba illa fuerint. Cicero quoque cognovit nūmūlūm translatorum verborum gignere ænigmaznam in tertio libro de oratore de illis agens, inquit. Est hoc magnum ornamētum orationis, in quo obscuritas fugienda est. etenim ex hoc genere sunt ea, quæ dicuntur ænigmata. Quod autem auctor inquit *ἄπαντα τὰ τοιαῦτα*, uidetur respexisse ad id, quod dixerat, enumeratis iam pluribus nominibus traductis, & alia atque alia ratione immutatis. Et omne demum, quod se remouet à proprio, suoq; uocabulo illius rei: etenim nunc quoque non ait *ἄπαντα τὰ τοιαῦτα*, quibus verbis certa quædam ac definita genera immutatorum nominum significasset: sed illo modo, quem indicavi, quo etiam continentur, quæ similitudinem aliquam cum illis habent, quamvis infra referat se potissimum ad duo genera: ostendatq; incommodum, quod parciunt & translatæ & externa nomina, si nimis frequentia usurpata fuerint. Animaduertendum vero, quid valeat hic coniunctio *καὶ* ante *βαρβαροῖς* collocata: videtur enim superuacanea esse: neque enim ita accipi locus potest, vt dixerit è verbis translatis conflati ænigma, & barbarismum præterepta: statuit enim iam ut ænigma nascatur, necessarias esse translationes. An quum & barbarismus inquit, ita significare voluit vim ingentem huius mali, quod inde procrearetur: nihil enim in Greco sermone magis fugendum, quam Barbarismus: nec tamen defuere, qui e libris nuper Lutetiae, nō sine diligentia multa, excusis copulam eam inde sustulerunt. Cum autem affirmassetè translationibus procreari ænigma, naturam obscuri sermonis, ita vocati: & in quo vis illius posita sit, declarat: inquit enim in hoc illud manere: vt cum aliquis dicat ea, quæ in ea re sunt: hoc enim arbitror valere *τὰ ὑπάρχοντα*, (vocat enim nunc *τὰ ὑπάρχοντα* ea, quæ multo supra vocavit *τὰ οἰόντα*) coniungat: copulatq; vñā ea, quæ non videantur effici posse: id est nihil sane dicat, quod à re illa alienum sit: sed tamen ea sit species eius sermonis, vt videatur tradere, quod fieri non possit: quia verba illa, non ita capta, vt cepit auctor, fabricatorq; eius ænigmatis: cum enim translatæ sint, non vna simplexq; eorum necessariò est notio, videntur ostendere rem absurdam, & quæ fieri nullo modo possit, cum tamen, si quis sensum illius percipiat, omnia illic conueniant: & ea, quæ obscurè ab eo, imponere hominibus volente, & ingenia ipsorum exercere, significantur, non modo effici possunt, sed nullo negotio præstantur, ac veritati vndiq; consentiunt. Quam vero infra intelligat compositionem nominum, diligenter videndum, vbi affirmat per eam ænigma effici nō posse: si nanque intelligeret constructionem nominum, plurimq; verborum continuationem, necessariam non esse, falsum prorsus proferret: Cicero enim quoque inquit eo loco, quem supra citauit. Non est autem in verbo modus hic, sed in oratione, id est in continuatione verborum. Quare arbitror ipsum significare voluisse nomina iuncta, concretaq; è duobus pluribus ve nominibus, non habere eam vim, vt sola conficiant ænigma, quia sine translationis aliquo genere non possit id præstari: ita autem certum habet eam esse naturam ænigmatis, vt inde ducat assueretq; non licere confidere ænigma è verbis iunctis, nulla redditia ratione huius rei, quum moris ipsius sit omnia, quæ tradit, argumento aliquo confirmare. Hoc igitur valet hic compositione nominum: & tamen accipiat aliquis hoc pacto hunc locum, vt dixerit compositionem, constructionem ve quamlibet verborum, non valere hoc efficere, sed requiri etiam, ut in verbis illis, ordine inter se constructis, sint translationes plures, quod egregie conueniret sententia Ciceronis. inquit autem

Per metaphoram autem contingit, quia non omnis usus translatorum verborum semper gignit ænigma: sed usu uenit aliquando, cum illa frequentia sunt, valde obscuram ea de causa fieri orationem: & natura denique omnis eorum huiuscmodi est, quod accurate præcepit M. Tullius, ut translatum verbum in oratione positum, præterquam quod aliter etiam ornat orationem, splendorisq; ei multum afferet, reddit sepe ipsam apertorem: ponitq; ante oculos quod dicitur. Cum vero plura translati verba continuantur, ita ut aliud dici videatur: aliud tamen intelligendum sit, hoc genus orationis, Græce vocatur, rem ipsam exprimente verbo, ἀληγορία: quæ ratio non valde discrepat ab ænigmate: ac sepe etiam qui loquuntur aut scribunt, cum sensus animi sui ab omnibus percipi nolunt, hoc genere videntur, ut Cicero ostendit se facturum, cum inquit in epistola quadam ad Atticum. De rep. breuiter ad te scribam: iam enim charta ipsa ne nos prodat, pertimesco: itaque posthac, si erunt mihi plura ad te scribenda, ἀληγορία obsecrabo. Ipse certè Cicero cum idem significare vellet in iisdem epistolis, id est se obscurè locuturum, ait. Cetera erunt ἀληγορίαι. Quare non male fortasse opera poneretur, si quereretur discrimen inter ἀληγορίαν, de qua hic Aristoteles nihil præcepit, & ænigma: ambo enim hi modi non sunt in singulis uerbis, sed in oratione & continuatione verborum. præterea cōmune etiam hoc inter se habent, ut ambo constent ē uerbis translatis. Cicero qui pūtari potest eodem in loco ostendere voluisse qua nam re different illa inter se, cum diligenter vim naturamq; omnem allegoriarum exposuisset, addidit. Est hoc magnum ornamentum orationis, in quo obscuritas fugienda est: etenim ex hoc genere fiunt ea, quæ dicuntur enigmata. Admonet igitur ipse, ut obscuritas fugiatur: nec tamē modum, rationēmq; docuit, qua illa fugienda sit: nam qui obscuritatem fugere vellet, ἀληγορία non ueteretur: nec aliud diceret, cum aliud intelligi vellet: hoc enim eius est, qui obscurus esse studeat. An intellexit diu morandum non esse in ratione hac: quia qui longam orationem consumat in ipsa, nimium tenebrarum afferat orationi: vel potius non habet eam vim oratio, in qua verba multa alicuius rei propria deinceps in aliam rem similem transferantur, ut inde ænigma fiat: sed ænigma erit, cum, ut ait optimus magister, sumptis pluribus verbis translatis: significatisq; obscurè rebus, quæ in ea re sint, ea, quæ fieri non possint, coniectare copularéque videatur. Exemplum enigmatis ponere volens, recurrit eodem, quod accesserat: idem efficere studens, in tertio libro de arte dicendi, illustriq; quodam ac valde celebri usus est. correci autem illud olim atque explanaui, cum mendosum foret, in meis in illud opus declarationibus. Constatbat verò diuobus versibus, qui ambo ab Atheneo positi sunt: ubi etiam sensum ipsius breui ille indicauit. Hoc tantum addere placet: cum illic docuerim, cum etia ferè ea uerba esse translata, primum etiam prioris usus eiusdem generis esse: αἰδηπός; pro αἰδηπόνι illuc positum, qui nanque simpliciter hominem ostendere uult in Græco sermone, utitur αἰδηπόνι nomine. Hoc præterquam quod satis planum est, ita se habere, animaduerti etiam notatum fuisse à veteri scriptore. Nam quod inquit significari illo τὸν τῆς οὐκετοῦ προσβολῶν, usus est uerbo proprio medicorum in ea re ostendenda; multis enim locis Hippocrates inquit οὐκέτα προσβάλλει. Addit etiam hic Aristoteles. Et huiuscmodi: nam alia etiam enigmata occurrebant, nisi contentus eo fuisset, in quibus omnibus id esse inueniretur, quod proprium naturæ ipsorum esse significauit. Cum autem ostendisset, quid detrimenti afferret nimius usus translationum, declarat alterum uitium nasci à uocabulis externis: barbarismum scilicet conflari, si nimis multe in propinquuo loco collocatae sint lingue: vocesq; aliorum populorum: neque enim ille amplius uideri potest sermo Græcus, tot inculcatis vocabulis peregrinis, sed redolet lingua earum nationum, vnde voces illæ accepte sunt. In extremo vero huius partis inquit, superiorum disputationem cōcludens. Quare temperata aliquo modo est his: quibus verbis videtur indicare modice usurpanda esse: magnaq; cum cura, hec ornamenta, ut oratio his tanquam floribus aspergenda sit, & non tota texenda his rationibus, à consuetudine recendentibus. Sensus fanè Aristotelis aut hic ipse aut valde similis fuerit necesse est: in verbis tamen ipsis, quia non eodem modo hic locus legitur in omnibus exemplaribus, difficultas nō parua restat: ipse fanè vidi librum, in quo scriptum

prum foret δε αρχα κεχωριστη πᾶς πούτις: alijs autem, calamo itidem exaratus, habet. δε αρχα κεχωριστη πᾶς πούτις. Quare aliquando suspicatus sum legi debere, δε αρχα κεχωριστη πᾶς πούτις, immutato potius spiritu, temporēq; duarum literarum, quam literis ipsis: quod sepe contingere cōsuevit in depravata ratione loquendi: confusoq; sono multarum literarum. Adiuuat non nihil hanc opinionem, quod infra ipse inquit. μὴ οὐδὲ φάγετε πᾶς χρόμενον πούτιφ τῷ τρόπῳ: & quæ sequuntur: sententia autem huius lectionis mirifice quadraret: concluderet enim oportere uti aliquo modo, id est prudenter, temperateq; illis ornamentiis orationis. Madius narrat se in libro doctissimi viri: ac mecum, dum vixit, magna benevolentia coniuncti, Benedicti Lampredi inuenisse δε αρχα κεχωριστη: quod si ita locus ab eo coniectura emendatus fuit, non reprehendo consilium illius: si autem superiore aetate scriptus liber fuit, libentius adhuc eam lectionem sequerer: nullius enim auctoritas tanti apud me est, quanti veterum librorum fides.

Τὸ μὲν οὖν μὴ ιδιωτικὸν πούτισι, μὴ δὲ ταπεινὸν ἡ γλώττα, καὶ δὲ μεταφορὰ, καὶ δὲ κάρος, καὶ τὰ μέτρα τὰ εἴρημένα ἔσθι: τὸ δὲ πάνειον, τὸ δὲ σαφίσειαν. οὐν ἐλάχιστον δὲ μέρος συμβάλλοντεis τὸ φθεγκός πλῆς λέξεως, καὶ μὴ ιδιωτικὸν, αὐτὸν τάσσεις καὶ ἀστικῶν καὶ ἐξαλαχαῖ τῶν οὐρανῶν: διὰ μὲν γαρ τὸ ἄλλως ἔχειν, ἡ ὡς τὸ κύριον, παρὰ τὸ εἰωθός γηγόμενον, τὸ μὴ ιδιωτικὸν πούτισι: διὰ δὲ τὸ κοινωνὲν τὸ ἐωθότος, τὸ φθεγκός ἔται.

Non popolare quidem igitur faciet, neque humile lingua & translatio & ornamentum, & aliae dictæ formæ: proprium autem, claritudinem. Non minimam autem partem conferunt, ut locutio aperta sit & non popularis, productiones, & ablaciones, & immutationes nominum. Quia enim hoc aliter se habet, quam proprium, cum factum sit contra id, quod consuetum, reddet in oratione non vulgare genus. Quia autem particeps est eius, quod est consuetum, inde claritudo nascetur.

Docet hic primum, quæ genera nominū captare debeat, qui vni tantum rei addictus sit, ac studeat siue dignitati orationis, siue claritudini: ut finē solum eum habeat, effice re orationē aut honestam, aut apertam. Quamvis rationem potius tradere videatur, qua virtutem declinetur: vulgarēq; genus orationis vitetur, quamqua granditas ipsius amplitudoq; obtineatur: & tamē virtutem ab ea remouendo, bonum hoc ipsius semper indicat: nam ut supra quoque, cum virtutem ipsius in quo posita foret, declarauit, ita quoque hic infra μὴ ιδιωτικὸν inquit. Sed hoc relicto, cum seorsum haec docuerit: postea ostenderet, qua ratione virtusq; simul præstari poslit. ait igitur. Ut genus orationis non plebeium sit, neque humile, efficient lingua & translatio & ornatus, qui κάτιμος ab eo vocatur, nec non reliqua supra nominatae formæ, generaq; verborum. Qui igitur in hanc rem toto animo incumbet, huc mentem conuertere debet: ita enim consequetur quod vult: & fingeret orationem remotam ab usu idiotarum, & quæ nihil humile in se habeat. ut autem illa plena apertaq; sit, præstabit diuersa ratio, id est si posthabitatis his generibus, sua propriaq; rerum vocabula sumentur: haec enim vis est propriarum vocum, ut omnem ex oratione obscuritatem caliginemque pellant. Adiungit autem post medianam quandam rationem, indicatq; quam viam tenere debeat, qui ambabus rebus simul studeat operamq; det, ut apertam planamq; orationem retineat: nec tamen cadat in humile genus dicendi, popularēmq; atque abiectum sermonem. Inquit igitur non parum prodesse, ut hoc obtineatur, si quis sectetur tria illa vocabulorum genera, quæ supra in extremo appellauit, id est quæ fuerint porrecta in longius, nec non vnde aliquid demptum fuerit: planum enim est nunc ipsum vocare κποκοπάς, quas supra uocasset ἀφαρίσεις, si rem ipsam, quod hic

facit, appellare uoluisset: rationibus enim illic relictis, verba quæ hoc aut illud paf-
fa forent, inde tantum appellauit: ἀφημοσία enim inquit, quæ nunc ἀποκοπή descri-
bit. apud grammaticos autem posterius hoc nomen increbuit. Tertium verò genus
significare volens, illud inquam, quod cum in usu sit, leuiter à consuetudine immu-
tatum est; atque ita denique conformatum, ut pars eius integra restet, pars variata
sit, οὐαλλαξάς dixit. Rationem autem attulit, cur tria hęc nominum genera, id boni,
quod tradidit, orationi accessisse possent sine detimento ullo: Quia enim inquit
aliter se habent, atque proprium usitatumq; eius rei nomen, cum contra consuetu-
dinem factum sit, reddet hoc ipsum quiddam in oratione, minimè populare & ab-
iectum. Quia uero non omnino discedunt à consuetudine, sed participant illa, erit
illuc ea de causa claritas. Exempli causa, ut maneam in ipsius exemplo, postremq;
huius generis rationem explicem, qui Ἀξιορόν in sermone profert, sanc uariat, im-
mutatq; uocem à peruulgata ratione: multitudine enim inquit ἀξιορόν. quia tamen so-
lum fundamentumq; eius dictio manet: intelligiturq; præclarè à quolibet, quid
significare illę uoluerit, quamuis vocem aliquantum flexerit, nulla inde obscuritas
nascitur. eadem ratio est reliquarū hoc pacto variatarum uocum, ut appetat. Quod
autem dictus est à quibusdam idem penè hic tradere Aristoteles, quod in iij. libro
de arte dicendi, cum urgens aduersarium: interrogatioñq; ui perturbans eum, qui
contra sentiret, inquit. Cuius enim causa oportet apertam, & non humilem esse
orationem, sed custodire id quod decet? & quæ sequuntur, de ea re mihi longe ali-
ter uidetur; illuc enim de sententiis; hic uero de ornato uerborum differit.

Ωστε οὐκ ὁρθῶς λέγοσιν οἱ ἐπιπλάντοις τῷ τοιούτῳ γράπω τις διαλέκτου
κοὺ διακαμωδώτοις τὸν τοιοῦτον. οἷον Εὐκλέδης ὁ ἀρχοῦς. οὓς ἔχοντον τοιοῦ-
τον, εἴπις θώσει εἰ τένειν ἐφ' ὡσόν βούλεσαι, ιαμβοτοίσασιν αὐτῇ τῇ λέξει.
οἷον Ηπίχαριν εἶδον μαραθώνα βαδίζοντα, κοὺ, Οὐκ ἀν γενάμενος τὸν εἰκένου
ἐξ ἐλλέβορον.

Quapropter non recte vituperant, qui insimulant talē modū locutionis: vexantq; maledictis poetam. Cen Euclides ille priscus, perinde atque facile sit carmen pangere, si quis facultatem dabit, quantum aliquis volet extendere verba: qui iambis vsus est ex eo genere verborum. Cen Ηπίχαριν εἶδον μαραθώνα δὲ βαδίζοντα. & οὐκ ἀν γενάμενος τὸν εἰκένου

Cum tantopere laudasset genera quædam uocabulorum, quæ licentia poëtarum
leuiter immutata forent: nec tota noua aurib; inuisitataq; acciderent: & bona eius
rationis diligenter explicasset, sciens quosdam extitisse, qui ea, nullo consilio uhi,
accusassent, errorem eorum refellit: simulq; à crimine uendicat poëtam, qui temere
ab illis improbęq; notatus fuerat: dabant enim ipsi uitio, quæ laude in eo potius di-
gna erant. Quasi igitur ita ait. His rebus constitutis: utilitatęq; eorum uerborum
confirmata perspicitur, peccare eos, qui huiuscmodi genus orationis reprehēdunt,
& maledicunt Homero, cuius poëma plenum est huius licentia: διακαμωδῶν enim,
quo uerbo auctor vsus est, ualeat existimationem alicuius lādere, & maledictis ipsum
uexare, quia proprium hoc antiquorum comicorum erat. iniquo autem animo tulit
Aristoteles, optimum omnium poëtarum, & quem ipse admirabatur: diuinūque
etiam sepe appellauerat, uerborum contumelia laceratum esse ab hominibus huius
artis ignaris. Nominat autem unum ex illis, qui libere nimis insolentęq; hoc fece-
rant, id est Euclidem, quem priscum uocat (nisi fallor) ut distinguat ab eo, qui ipsius
ætate uixit, ac Megarenis patria fuit. Causam uero ille hanc sui iudicij afferebat: di-
cebatq; licere cuiq;, tenuis etiam ingenij homini, poëtam esse: nullūque nego-
tium esse uersus condere, si quis permiserit illi, ut quantum ei commodum est, uo-
ces producat: nam hoc in primis ille uidetur reprehendere solitus, id est quas auctor
vocauit

vocauit ἐπεκτάσεις: eodem enim uerbo uritur, autem tamen vna tantum prepositio-
ne, cum Aristotelis uocibus, quibus ratio hęc traditur, geminæ adplicatae sint. Facit
uerò huc illud Martialis: in telligitq; sine dubio ille hanc ipsam licentiam & immu-
tandorum & minuendorum producendorūque uerborum, qui queritur in hen-
decasyllabo non permitti hoc, ut Græcis, itidem Latinis. inquit igitur. Dicunt εξ-
εργῶ τamen poëtae, Sed Græci, quibus est nihil negatum. Et quis Aράρατ licet so-
nare. Nobis nō licet esse tam disertis, Qui musas colimus seueriores. Animaduer-
tendum autem diligenter, quid ualeant uerba hęc apud auctorem ιαμβοτοίσασι
αὐτῇ τῇ λέξει. ut Madius accepit, mordens in eadem dialecto. id est, ut puto,
qui dum lādere uoluit, usus est illo ipso genere orationis, quod accusabat. An, qui
senariis usus est, dum hoc efficeret: uerbaq; quibus eos exagitaret, clausit illo gene-
re numerorum ad maledicendum apto. nec tamen existimatū est Euclidem teme-
re & imprudenter iacidiſe in idem genus orationis, plenum scilicet huius licentiaꝝ,
ac productionis, quod in alio reprehendebat, ut quidam acceperunt: sed ex indu-
stria, ut rem poneret ante oculos, & quam proclive fore illa licentia utentem, poë-
ma conficere, ostenderet, imitatum esse ipsos in compositione hac uerborū. Exem-
pla autem quæ posuit diligens magister, fructum nullum ferunt. nam cum singuli
tantum uersus citati sint: nec sententia eorum explanetur ab auctore: aliquo ullo in
loco ipsi legantur, si integræ etiam forent, & ab omni labo vacui, uix intelligerentur.
Accedit huic malo quod mendosi sunt, ac multis maculis inquinati, quod uarietas
lectionis declarat: aliter enim illi in alijs libris leguntur. nam præter ea, quæ discre-
pancia à peruulgata lectione, commemorat se inuenisse Robortellus, uidi etiam ipse
duos codices, a quibus abeset præpositio posita ante postremum nomen ἐπέβορον.
Sed ueritate desperata, nihil amplius cura suscipere de hac re uolui.

Τὸ μὲν οὖν φάνεθαι πας χρώματος τούτῳ τῷ τρόπῳ, γελοῖον: τὸ δὲ μί-
τρον, ποιον ἀπάντων δὴ τὸν μερῶν: κοὺ γαρ μεταφορᾶς κοὺ γλώττας κοὺ
τοῖς ἄλλοις ἔμετοι χρώματος ἀπεπών κοὺ ἐπίτιθες τοῖς ταὶ γελοῖαι, τὰ αὐτὸν ἀ-
ποργάγετο.

*Apparere quidem igitur aliquo pacto utentem hoc modo, ridiculum:
mensura autem communis est omnium partium: etenim translationibus, &
linguis, & alijs formis viens indecora & studioſe ad res ridiculas, idem
conficeret.*

Refellit nunc criminationem Euclidis: docetq; eum in hac re malitia usum: ut
enim uitium huius locutionis ostenderet, coegerat in paruum locum omne genus
huius licentiaꝝ. Non negat igitur Aristoteles, quin si quis poëta hoc moliatur, pec-
catus sit: nullum enim est lumen orationis tam lepidum, nec tam iucundum, quod
si sine modo ullo usurpetur, & non suo loco ponatur, non incommodum afferat:
atque ineptum futurum sit. Quare mirari non oporteret, si idem etiam in hoc poëticæ
orationis bono uisu uenit. inquit igitur ipse, eo consilio, quod iam patet feci. Appa-
rere igitur, atque intelligi, certoq; deprehendi, aliquo pacto utentem hoc modo, ri-
diculum est: particulam enim τοῦ, retinendam prorsus censeo, quæ sanè in omni-
bus scriptis exemplaribus reperitur: sine causaq; à non nullis, quæ hinc eiiceretur,
digna existimata est. Valer autem hic τοῦ: prava omni ratione & quæ à uero distet:
quodam enim pacto uitium in se continet: quodam vero laudem habet. Concedit
igitur perperam, malęq; tractatam hanc rationem, & hunc, ut supra quoque ipsum
uocauit, modum orationis sine modo usurpatum iustum reprehensionem inuenire:
eosq; merito, qui id faciant, irrideri: statim autem unde id nascatur ostendens: do-
cēnq; proficiſci ab errore eius, qui male atq; intemperanter re bona ueteretur, non à
uitio ipsius rei, inquit. Mensura autem communis est omnium partium: id est, quod
in alijs luminibus orationis custoditū, ut modice adhibeantur, hic etiam seruari
debet:

debet: nam qui faceret idem in aliis rebus, quae bona uno omnium iudicio existimantur, & sunt tanquam flores orationis, ut abriteretur illis in rebus leuisimis exponendis, & contra dignitatem, in eandem culpam incideret: hoc enim quum sit, sine dubio id quod non decet, geritur. quum res illae grandes sint & amplae, & quae nullo modo conueniant humiliis rebus. appellat autem translationes & linguis, additique & ceteras formas, quae scilicet probantur, & laudem non paruam in se habent: intelligit verò nomina iuncta, & quae ornamenta uocavit: omniaque demum, quae splendoris aliquid in se habent. Fecit autem hoc, qui appellauit *συνώπτην*, quod ipse memorie prodidit in libro de arte dicendi: usus enim est genere illo uocabuli, quod uocat *κόσμον*, in re nimis tenui ornanda, & quae nullo modo recipit eum splendorem. Et sane arbitror Aristotelem significare uoluisse poëtam illum: quēadmodum etiam in primis *κόσμον*, cum inquit *καὶ τοῖς ἀλλοις εἰδοῖς*: iam enim appellarat translationes & linguis, quibus generibus uocabulorum hoc addere consueuit. Nam quod inquit *τῷ περὶ οὐλοῖς*, manifesto qui id fecit, risum mouere uoluit: neque enim alia de causa existimari debet tam honestum & grande nomen rei tam tenui, atque humili adiunxit. Idem autem efficeret, ualeat hic, rem dignam reprehensione gereret, & eidem uitio affinis foret.

Τὸ δὲ αἴρμόθον ὅσον διαφέρει τὸν τῶν ἐπῶν, θεωρέω, εἰλ. θεμάτων τῶν οὐμάτων εἰς τὸ μέτρον: οὐδὲ τὸν γράμματος, καὶ τὸν μεταφορῶν οὐδὲ τὸν ἄλλων εἰδῶν, μεταλλείας αὐτοῖς τὸ κύριον οὐδόματα, ιερίδαι, ὅπαληγῆ λέγομεν. οἷον τὸ αὐτὸν τὸν θεότος ιαμβεῖον Αἰχίλου οὐδὲ Εὔρεπίδου: εἰ δὲ μόνον οὐδόματα μεταλλεύτος, αὐτὶς καρέου ἐωθέτος, γράμματα: τὸ μὲν, φαίνεται καλὸν: τὸ δὲ, δύπλα. Αἰχίλος μὲν καὶ εἰ τῷ Φιλοκτήτῃ ἐποίησε, φαγέδαινα, οὐ μαρτυραστὸς οὐδεὶς ποδός: δὲ αὐτὶς τῷ ἐθίει τὸ θοινάτου μετέθενται.

Id autem, quod congruit, quantum excellit in heroicis carminibus, consideretur in ictis nominibus in versum, & in lingua vtiq; & in translationibus, & in alijs formis, loco illorum positis proprijs nominibus, videret vtiq; quod vera dicimus. Ceu, cum eundem iambicum fecerit Aeschylus & Euripides, uno vtiq; tantum nomine immutato, locoq; proprij consueti posita lingua, hoc quidem apparer pulchrum: hoc autem humile: Aeschylus quidem enim in Philoctete cecinit. Phagedana, que mei carnes comedit pedis. hic autem pro comedit, epulatur posuit.

Facit, quod hic primo præcipit, ad superiorē partē confirmāndā: tradidērat enim vocabula producta, nec non imminuta, vt etiam quae vocavit immutata, dignitatē afferre poēmati: neque tamen negauerat, quin si quis his bonis vti nesciret: & aut non suo loco poneret, aut immoderatē ipsa usurparet, peccaturus esset, & in multa magnaq; incommoda casurus. Quantum autem iuuēt hoc genus, si quis modice ipso, temperatēq; vtatur, nunc adiungit intelligi posse usu ipso periculoq; huius rei facto. Non igitur pertinet hoc ad uerba externa aut translata aut facta, sed ad proximē superiora genera vocabulorum, quamuis statim addat, quod illuc usu uenit, idem etiam in reliquis generibus nominum contingere, vt modus in primis, & id quod conuenit, spectandum sit. Quantum igitur, inquit, modus, & id quod undequaqueq; congruit, in usu scilicet horum, à consuetudine abhorrentium, nominum, præstat & excellit, orationi uidelicet parenti his leporibus atque elegantis: nam ita uerē appellandas putat, uideatur in heroicis carminibus inculcatis eō nominibus his: seruatis numeris, mensurisq; eorum uersuum: existimat enim hoc bonitatem horum uerborum certo declaraturum. Si igitur capitur *ἀεριτός*, vt ego ceipi, ut ualeat in eadem illa genera uersuum ac mensuras, uidetur potius legendum

οὐτιστι.

εὐτιλεπέσθων, quām αὐτιτισμέσθων: quamvis non negarim me hanc lectionem inuenisse in pluribus exemplaribus, & sanè commode hic etiam illa manere potest, neq; omnino contemnenda est: significaret enim loco illorum positis, uicemque eorum ipsis subeuntibus: quod fortasse magis respondet iis, quae sequuntur: in primisq; uerbo illi μετατίθεται. Adiungit post ualere multum ad idem comprobandum veritatemq; sui præcepti ostendendam, si quis idem spectet in aliis generibus uocabulorum, ut sumpto in manus aliquo poēmatē: eiētis inde aliquibus uocibus, suis propriisq; earum rerum, de quibus agitur, loco illarum ponat translatas: motisq; itidem inde uernaculis nominibus, in locum eorum ponat peregrina: qui enim auctōritati non cedit: nec utilitatem huius præcepti aliter intelligit, hoc factō uerum esse quod dixit, cognitū arbitratur. An μετατίθεται κύρια ὀνόματα, non ualeat loco priorum nominum positis translatis & aliis eiusdem generis, sed contra. si poēma aliquod in manus sumpserit, quæcunq; illic vocabula splendida inuenierit, inde sustulerit: locoq; eorum posuerit propria & peruulgata, quod ipse infra facit in Homericis uersibus corrumpendis, & omni honore spoliandis. nam poēma, quod ita uerē uocari debeat, refertum potius illiusmodi uocibus esse debet, quām propriis & communibus. exemplum autem huius rei sunt tres Homeri loci, quos infra ponit. Non contentus autem docuisse, quomodo hic error ex animo aliquorum extirpetur, quod illos facere iubet, ipse prius agit: uel potius egisse summum artificem ornandę orationis, Euripidem ostendit. Cum enim inquit eundem iambicum uersum fecisset Aeschylus, & Euripides: uult enim Aristoteles forte hoc factum esse, ut in scribēdis suis fabulis ambo hi tragici eundem senarium iambum effuderint, ne diceret Euripidem sumpsisse uersum antea ab Aeschilo factum. Vel ualeat τὸ αὐτὸν ποιησαντος ιαπύτην, quum in fabulis suis ambo hi poētae usi essent eodem senario. in verbo, quod infra positum est μετατίθετος, appetit industria & consilium eius, qui corrigere aliquid voluerit. Cum igitur ambo casu incidissent in eundem uersum: unumq; tantum nomen inmutasset Euripides: locoq; proprij usitati posuisset linguam, alter eorum uersuū intelligitur esse dignitatis plenus: alter uerò humili. Sed uersus etiam ipsos leuiter immutatos magnorum poētarum posuit accuratus magister: Aeschylus enim inquit, in Philoctete cecinit φανέθαια, οὐμονταρχαστὸν ηδία ποδός, id est Phagedēna, quae mei pedis carnes comedit: est autem haec cancri genus. Euripides uerò pro illo uerbo ἐπίεις, quod ualeat comedit, posuit ιαπύτην: cuius uerbi externi, uel translati uis: certè à consuetudine in hac re ostendenda abhorrentis, uidetur esse ut significet, epulatur. Αἴρμόθον igitur quod inquit, significat quod illic, & in usu eorum uerborum quadrat. τῷ ιππῷ ualeat in hexametris uersibus: haec nanque ἐπί propriè appellantur, præcipue autem licentia illæ aliter conformandorum nominum, uel concinnitates potius, illuc locum habent; plurimumq; dignitatis grandi illi carmini gignunt. Et sanè de Homero loquebatur; studiumq; ipsius ac prudentiam, in exornando illo poēmate contra imperitos non nullos & importunos homines defendebat. Quod autem, cum iam κυρίοι dixisset: quod satis esse uidebatur ad ostendendum nomen illud nullam in se habere dignitatem aut splendorem, addidit εὐθότος, arbitror hac de causa factum esse, ut quum dixisset ιδίει proprium uerbum esse, quasi emendare id uoluerit: & quomodo accipiendo esset, ostendere: neque enim ιδίει omnino proprium hic est: propriè enim ea uox dicitur de animalibus. Sed tamen Græci medici, cum de ulceribus, quæ depascuntur, disputant, ita ipsa passim appellant, id est ιλλα ιδιόμορα, & cum eorum naturam significare uolunt, hoc ipso uerbo utuntur. Quare εὐθότος addidit, ut si non uere illud proprium esset, saltem uinceret, ipsum usitatum ac receptum esse. Quare locum proprij, & honore parentis, obtinet. Fabula autem huius Aeschili, à Philoctete appellata, meminit quoque Plutarchus in libro, quo docuit uitam ab Epicuro inductam iucundam non esse. Non certò uerò auctor declarat Euripidis quoque uersum de Philoctete editum fuisse, ualde tamen hoc uerisimile, cum ille ulcere hoc uexaretur, & hac ipsa parte corporis. Quare si Euripides quoque Philoctetem fecit, ambæ illæ fabulæ perierte: Sophoclisque tantum Philoctetes conferuata est.

Καὶ Νῦν δὲ μέσων ὀλίγος τε, καὶ οὐτιδανος, καὶ ἄκιντος: εἴ τις λέγει τὰ πάρεται μεταλλεῖς. νῦν δὲ μέσων μυρος τε, καὶ ἀθενικος, καὶ αἰδινος. καὶ: Δίφρον ἀειλιον καταθεῖς, ὀλίγου τε τράπεζαν. δίφρον μοχθηρὸν καταθεῖς, μυρον τε τράπεζαν. καὶ τό. Ηἱονθε βούσιν: ηἱονθε πράξισιν.

Et νῦν δὲ μέσων ὀλίγος τε καὶ οὐτιδανος καὶ ἄκιντος. Si quis dicit, loco illorum propriis positis. νῦν δὲ μέσων μυρος τε καὶ ἀθενικος, καὶ αἰδινος. id est. Nunc enim me existens parvusq; et imbecillus, et deformis. Et. Δίφρον ἀειλιον καταθεῖς, ὀλίγου τε τράπεζαν: δίφρον μοχθηρὸν καταθεῖς, μυρον τε τράπεζαν. id est sedile abiectum cum posuisse, parvamq; mensam. Et illud. Ηἱονθε βούσιν. ηἱονθε πράξισιν. id est litora clamitant.

Quod probauit exemplo tragicorum, uel Euripidis potius, qui correxit erratum Aeschyli, & clarum lumen vniuersi uerbi, quod ille non viderat, attulit carmini, ceteris nominibus pari ac nulla re discrepanti: idem nunc declarat testimonii uersuum Homericorum. Tria autem inde citat: quorum prima duo ex Odysseae tertium uero ex Iliade acceptum est. Non expessi autem uersus ipsos Homeri, quia diffusus fui me inuenire posse uerba, quæ penitus illis responderent: ac sententiam simul figuramq; eorum uerborum retinuerent. declarationem vero auctoris, qui idem uerbis propriis protulit, conuerterunt nullum enim negotium fuit uim Græcorum illorum Latinis uerbis exponere: nec enim defunt plerunque uerba, quæ idem ualeant in utroque sermone, si sententia tantum spectanda est. Principio igitur ducto à primo exemplo, cuncta, in quibus præcepti huius uis manet, explanare conabor. Versus autem ille est à Cyclope pronuntiatus in ix. Odysseæ, qui rationem illuc sui erroris reddit: quod quum admonitus esset ab augure eius telluris, uideret ne oculo illo, quem unicum habebat, orbaretur, narrat se nunquam timuisse, ne tantæ molis ac roboris vir, qualis ipse erat, malum id acciperet à pusillo, & infirmarum uirium, & turpi deniq; homine. Quod igitur apud Homerum est ὀλίγος, proprium non est, sed καταχρησιῶν prolatum: factum enim id uerbum est ad quantitatatem secretam, non continentem, ostendendam: & tamen poëta ornande orationis gratia, confundunt nomina, & ab altera ad alteram liberè verba transferunt. Quod verò hic Homerus facit, ut ὀλίγος pro μικρὸν poneret, id est paucum pro paruo, fecit etiam Apollonius in primo Argonauticorum, cum cecinit. κέρας νέαν ὀλίγον λίθον ἐκνύσσετο. id autem animaduertit quoque interpres, qui tradidit valere ὀλίγον, illuc μικρὸν: utiturq; ad id comprobandum testimonio inferiore Homeri, vbi mensam parvam significare volens, ὀλίγου ipsam appellauit. Sed Theocriti quoque, qui eodem animo ὀλίγον κούνεον vocauit. Quod sequitur οὐρανὸν, uidetur nullius pretij homo significare: refert autem hoc Aristoteles ad uirium imbecillitatem, interpretaturq; infirmi corporis, vt qui putauit ideo ipsum nullius pretij vocatum, quia nihil ualeret in iis, quæ ad fortitudinem pertinent. Tertium uerbum peregrinum & ab usu populi remotum est ἄκιντος: ita enim legendum hic prorsus puto, vt sanè nunc apud poëtam ipsum inuenitur, cum tria sint uerba externa apud poëtam uno in versu, quorum loco vernacula & usitata ponuntur, non duo: quid enim attinebat tertium vocabulum citare, si exempli vim illud non habebat: idemq; infra in declaratione repetere debebat: nec me tamen fallit memoria prodere Eustathium in quibusdam Homeri exemplaribus legi αἰδινος, pro ἄκιντος. Vnde factum puto, vt eorum librorum lectio irrepescat in hunc locum Aristotelis: inuentos enim quosdam arbitror, qui dum emendare ipsum voluerint auctioritate Homericu exemplaris, deprauatam codicem nacti, corruerint. Scrupuli tamen adhuc aliquid refutat: is autem est, quod grammatici tradunt ἄκιντον ualere imbecillum & priuatum robore, non αἰδινος, id est deformem ac turpem. ego tamen in ueteri vocabulo interpretando: frequentiū in scriptis poëtarum potius accedo sententia summi philosophi, quam opinionibus inferiorum grammaticorum

maticorum si quis tamen existimans non dissentire posse inferiores grammaticos ab Aristotele in notione huius nominis ἄκιντος: valereq; omnino ipsum imbecilli corporis hominem, eò fortasse recurrere posset, dicereq; Aristotelem ordinem Homericorum uerborum in immutatione ipsa eorum non seruasse, atque id fecisse, ut metrum seruaret: & quum inquit ἀθενικος, quod secundum apud ipsum est, tertium apud poëtam exprimere voluisse. Secundum exemplum, quod duobus externis nominibus decoratum est, è libro xxij. Odysseæ sumptum est, quo loco poëta narrat Telemachum domi uoluisse Vlysses sedere, & ei, quæ tunc erat ipsius fortunæ aptū adposuisse sedile: nec non pusilla mensam, in qua cibum caperet. κατεκέλιον igitur, quod cuiusmodi fuerit sedile illud declarat, id est vile, externum uerbum est: eodemq; pacto alterum, quo significauit mensæ tenuitatem: ut supra enim ita illic quoque ὀλίγων, paruam significat: & à naturis sciunctis distinctisq; ad solidas res & continentis nomen id translatum est. nam μοχθηρόν, quo vocabulo peruagato, crebroq; in consuetudine, vim notionemq; expressit externi illius κατεκέλιον, significat abiectum & dishonestum, ut ipse etiam docet in primo libro Topicorum, ubi tradit dominum uocari μοχθηρόν, quæ contraria eius esset, quæ appellatur in Græco sermone κατεκέλιον. huiuscemodi igitur etiam erat sedile, quod Telemachus pàtri eo tempore adposuit, & quod poëta peregrina voce κατεκέλιον vocauit. Tertium exemplum miserrimum in modum deprauatum erat in excusis & scriptis quibusdam codicibus, quod erroris turpissimi causa fuit illis, qui in Latinum uerterunt hunc librum: neque enim iorū, quæ uox locum hic nullo modo haberet, sed οἵον legi debet, ut in libro quoq; calamo exarato inueni: est autem uersus ualde notus, & illustris multis uirtutibus: nam à Dionysio quoque Halicarnasseo celebratus est, qui diligenter explicauit artem, quam in sonitu exprimendo litorum, fluctibus maris verberatorum, adhibuit poëta. neque tamen nunc Aristoteles, industriam illam poëtæ, quamvis summa laude dignam, admiratur, sed tantum significatum nouum illius uocis perpendit: clamatitare nanque: hoc enim ualeat βροχή, non dicitur propriè de rebus sensu parentibus: cum enim simile quiddam illis accidit, dicuntur ipse κράζειν, quod tunc litoribus usitent, proprium verò κράζειν esse eius clamoris indicat etiam locus ille in iij. libro de arte dicendi, quo aucter exagitat poëtam, qui suauem in primis musæ vocem vocat κραυγὴν κακλότην. hoc autem verbo usus est hic in exprimendo intellectu illius, honestè sanè ac magnificè, sed tamen contra vsum, libertate poëtarum positi. protulit autem eum uersum poëta in xvij. Iliadis in simili quodam exponendo: cum enim impressionem Troianorum duce Hectore in Græcos, qui etiam ipsi globo facto pellit renouabant, plenam strepitum, ac vocum tumultuosarum, auxilio rei similis ante oculos ponere vellet, inquit. Μέτα δέ τινα προσχόμενον πλεύσεος ποταμού Βίθυνον μέτα καὶ ποτίζειν: αμφὶ δέ τακταῖς Ηἱονθε βούσιν σφιγχυσιν ἀλόγοντα.

Ἐπὶ δὲ Αἰριφράδης τῇ τραγῳδίᾳ φίδην, δηνὸν οὐδὲτες δηνὸν εἶποι οὐ τῇ διαλέκτῳ πούτοις χαλίγει. οἷον τὸ, σωμάτων ἄπο, ἀλλὰ μὴ ἀπὸ σωμάτων: οὐδὲ τοι, σέθει: οὐδὲ τὸ, ἔργων δέννιν: οὐδὲ τὸ, Αἰγαίων τόποι, ἀλλὰ μὴ τοῦ Αἰγαίων, οὐδὲ δέ τοι αὐταῦ τα: διὰ γαρ τὸ μὴ εἰν τοῖς καρίοις, ποιεῖ τὸ μὴ ἴδιωτον εἰ τῇ λέξει ἀπαντα τὰ τοιαῦτα: εἰκένος δὲ τοῦτο οὐδέ.

Adhuc autem Aiphraades tragedos maledictis figebat, quod que nullius uiri diceret in sermone, his utuntur. Cen illud σωμάτων ἄπο, sed non ἀπὸ σωμάτων. Οὐ σέθει: Οὐ ἔργων δέννιν: Οὐ Αἰγαίων τόποι, sed non τοῦ Αἰγαίων, Οὐ κακονάτην αἰγαίων: quia enim non sunt in propriis, efficiunt quod minimè vulgare est in locutione omnia huiuscemodi. ille autem hoc ignorabat.

Restabant rationes quedam loquendi propriæ tragicorum: quas illi, multum in hoc videntes, excogitarant, ut dignitatem acquirerent suo sermoni. eas autem ut Euclides,

Euclides, ille priscus, improbè accusauerat superiorē formā orationis, & Homericam præcipue, ita Aiphraudes quidam inuentus fuerat, qui sine causa reprehenderet. Defendit igitur hac in re tragicos noster doctor, & vtilitatem huius licentiae declarat, inscītia Aiphraudes demonstrata, qui stulte ea vituperaret, quæ laude in ipsis digna forent, ita locum hunc persequens. Præterea Aiphraudes tragicos poëtas notare solitus erat: hos enim manifesto intelligit, quamvis tragœdos appellat, quo uocabulo multi significabant actores tragicarum, non poëtas ipsos: insimulabat autem eos eo nomine, quod nimis liberè discederent à consuetudine, ac non pauca verba, quæ nemo auderet loqui: similiaq; monstri essent, in sermone proferrent, passimq; illis vterentur. Exempla autem non nulla ponit Aristoteles modi huius loquendi, quem ferri non posse aiebat præposterus ille reprehensor. Ceu, quod ipsi dicerent διαμάτων ἄπο, ordine harum uocum, sonoq; unius earum immutato: & non, ut ceteri loquerentur, ἀπὸ διαμάτων. &c præterea illud, nouum auribus multorum ponerent, σιέσ: hoc autem crebrum est apud eos poëtas, ut σιέσ dicant, cum σων intelligi uolunt. Sophocles quoq; in oratione, qua fingit Oedipo se Creon tem purgasse, facit illum dicentem. νῦν οἱ σιέσ χείροντας ἔκκαλονται. Eadem ratio est illius ἐπὸ διννού: hoc enim quoque visitatum non est: ab eorumq; licentia natum: addit autem his quartum, uexatum itidem contumelia & ipsum ab Aiphrade, quod tragicus quidam dixerat Αχιλλέως πέρι, pro, ut multitudo loquebatur, τῷ Αχιλλέως. Simile est autem hoc primo. Quod uero inquit, Et quæcumq; alia huiuscmodi, indicat non nulla etiam alia ipsum, quæ paria superioribus forent, criminari solitu. Ceu, quod Æschylus in Agamemnonne inquit χαράξ νῦν, pro illo peruulgato ὅπὸ χαράξ. Nec non, quod Euripides in Oreste protulit ἐμοῦ μετέπε, pro μετέπε. Quod sequitur ualeat ad indicandum bonum huius locutionis, patefaciendumq; consilium poëtarum, qui populare cotidianumq; genus orationis declinare volentes, huc se conculerunt: cuncta enim hæc ut tradit, quia non sunt è numero visitatarum vocum: hæc enim nunc videtur intelligere, κυρια, dicens, gignūt quiddam in oratione, quod minime uulgare nec plebeium est: cuius generis dicendi grandioris, ut vndiq; respondent magnitudini earum rerum, quas tractant, ratione summa studiosi sunt tragicis poëtae. Μηδωτικὸν autem vocauit, vt supra, quod quia tenue non sit, atque in usu quoque hominum imperitorum, ac vulgi deniq; ipsius, meritò hic probatum est: ιδωτικόν enim vulgare valet. Plato quoque in Ione hoc verbum ita cepit. ιδωτικόνq; vocauit, quod in usu etiam populi & imperitorum est: ita enim illuc Socrates loquitur cum recitatore illo Homerici carminis, dissimilazione illa sua vtrens. βουλομένων αἴστιον ἀλέγειν φίλον, ἀλλὰ σοφοί μεροὶ πονοῦσεν φίλον, καὶ οἱ ὑποχρηταὶ, καὶ οἱ ὑψηλοὶ, ἀλλεπαλτήσαντες πονοῦσεν φίλον, οἱ δὲ οὐδὲν άλλο, οἱ ταλαντῖνοι λέγειν. οἱ δὲ εἰκασίαι ιδωτικοὶ εἰσὶν παραγόντες αἴστιον, οἱ δὲ φάντασι οὐδὲν ιδωτικοὶ εἰσὶν παραγόντες αἴστιον, οἱ δὲ φάντασι οὐδὲν ιδωτικοὶ εἰσὶν παραγόντες αἴστιον. Ut autem ex eodem hoc etiam loco apparet, ιδωτικοὶ vocauit nulla doctrina excultum, vt est plerunq; inmultudo. Sed antea quoque eodem pacto, idem hoc verbum usurpat. Cicero præterea hoc Græco vocabulo sèpe usus est, quod radices egerat in Latinum sermonem, vt in nostrum etiam fecit: atque id quidem, vt magis receptum appareat, in orationibus. In extremo vero ponit, quod, constituto iam iudicio tragicorum, stultitiam Aiphraudes declarat, qui existimare vellet ac sententiam ferre de illis rebus, quarum peritus non erat: inquit enim. ille autem, qui scilicet tantum sibi tribuebat, hoc ignorabat, nec videbat ea ratione stilum grandiore fieri.

Ἐσὶ δὲ μέγα μετὸν τὸ ἐκάστῳ πονοῦσιν τῶν ἐριμείων πρεσβύντων χρῆσθαι, οὐδὲ διατάσσειν οὐδὲ μετὸν τὸ μεταφορικὸν ἐστιν: μόνον γαρ τοῦτο οὐ παράλλον δὲ λαβεῖν: διφοῖ αστοντοῖς εἰστι: τὸ γαρ δὲ μεταφορεῖν τὸ οὐ μονον θεωρεῖν εἰστι.

Est autem magnum quidem uno quoque eorum, quæ dicta sunt, conuenienter vti, & duplicibus nominibus, & linguis: multo autem maximum metaphora

metaphoricum esse: solum enim hoc neque ab alio licet sumere: ingenij signum est: transferre enim recte verba, est simile videre.

Quum tradidisset, quæ plurimam laudem afferunt poëtis, si modus in illis adhibetur: ornamentaq; multa orationis explicasset, quia non omnia paria illa inter se sunt, docet nunc qui sint eorum gradus, ac quæ maiore cum labore obtineantur. Quia inquam cunctis in illis luminibus, id quod decet seruare, nec modum in ipsis transire, arduum est. in quo tamen eorum captando maior difficultas posita sit declarat: sed causam etiam huius difficultatis aperit. inquit igitur, usum translationum ab hac etiam re laudare volens, & commendationis ipsi aliquid acquirere. Est sanè magnum atque arduum singulis his, quæ tradita supra sunt, afferentia orationi decus atque elegantiam plurimam, vt decet vti, & in usu illorum nullam in partem peccare: id est non nimium eorum, neque parum sumere, & tempus etiam personasq; spectare: planius autem significare volens, quæ intelligeret: nam proximè ergat de modis illis loquendi abhorrentibus à consuetudine, quibus delectati fuerant tragicis poëtae, addidit: testatusq; est se loqui de iunctis nominibus atque externis, quæ vocabula externa ipse vocat linguas. Cumq; non negauerit laboris non parum in his recte tractandis necessario capi, adiungit laborem hunc pusillum esse præ illo, qui capitur è translatiis verbis cum laude usurpandis: hoc enim valet, quod inquit. Multo autem maximum metaphoricum esse: metaphoricus nanque vt opinor, vocatur ab eo, qui natura & studio aptus est ad uerba recte transferenda: inueniuntur enim quidam huiuscmodi, cum plerunq; mortales hi ad hanc rem idonei sint: alij vero ad aliam. Ut autem hic μεταφορικὸν appellat eum, qui abundat hoc bono, ita in viii. Topicorum & συλλογικούς & ἐπακτικούς eos, qui plurimum in usu diuersarum illarum rationum ualent: nec non etiam eodem loco προπτεικόν & εὐερτικόν & eum, cui in disputando multæ propositiones in mentem ueniunt: & illum, qui facile potest resistere argumentationi aduersarij. Causam autem statim huius rei reddit, cur scilicet tanti laboris sit hoc adipisci, ac plurimum in ipso valere: aitq;. Solum enim hoc neque ab alio licet sumere: ingenij signum est: quæ nanque studio alicuius, promptoq; in nos animo possumus obtainere, cum ipsis ornati sumus, non tantam laudem nobis afferunt, vt illa, quæ intelliguntur nostra opera parta esse, vel à natura profecta. Quod vero inquit παράλλον λαβεῖν, eodem etiam pacto locutus est in iij. libro Topicorum, ubi de præstantiore bono differit: locosq; monstrat, vnde prominuntur argumenta ad id probandum apta: ait enim illuc. Id quod nullo modo licet opera aliis comparare, magis expedendum esse illo, quod studio alicuius potest obtineri, cuiusmodi esse adiungit iustitiam; si cum fortitudine conferatur: qui enim ipse fortis non est, alium inuenire potest, cuius præsidio tutus sit: non tamen utius vñquam aliquis fiet opera alterius. addit autem præterquam quod metaphoricum esse bonum quoddam est, quod aut à natura, aut doctrina illius ipsius, qui vti debet illo, proficiscatur necesse est, esse præterea ipsum summi ingenii indicium, cuius etiam rationem reddit: nam inquit. Recte enim transferre verba, & è sua sede in alienam aptè comportare, est simile intueri: in rebus scilicet diuersis: posseq; subito excogitare, quod similitudinis aliquid habeat cum ea re, de qua oratio habetur. hoc autem effici non potest sine natura eximia, aut præstanti eruditione: de hac vero facultate videndi simile in rebus discrepantibus, & quot fructus ferret in optimis artibus tractandis, differuit in primo Topicorum prope extrellum eius libri. Quod præterea inquit hic, probè vti translationibus, abundareq; illis esse σημεῖον οὐφύτος, idem videtur Cicero significare voluisse, cum & ipse de eadem re differens in iij. de oratore: rationemq; reddens, cur homines translatis & alienis magis delectantur verbis, quam propriis & suis, inquit. Id accidere credo, vel quod ingenij specimen est quoddam transilire ante pedes posita, & alia longe repetita sumere.

Τῶν δὲ οὐρανῶν, τὸ μετὸν διατάσσει τοῖς διδυράμοις: οἱ δὲ γλωτταί, τοῖς ἡρωῖοις: αἱ δὲ μεταφοραὶ, τοῖς ιαμβέοις. οὐδὲ οἱ μετὸν τοῖς ἡρωῖοις ἀπανταχθήσια παραγόντα χρήσιμα παραγόντα: αἱ δὲ τοῖς ιαμβέοις, διὰ τὸ οὗτοι μάλιστα λέγουν.

λέξιν μυμεῖθαι, τῶις τα αρμέττει πῶις ονομάτων, οσσις ικὸν σὲ λόγοις τῆς χρήσιμης : ἐσὶ δὲ τὰ τοιαῦτα, τὸ κύριον, ικὸν μεταφορὰ, ικὸν πόσομος . τῷδὲ μὲν οὐδὲ τραχωδίασ, ικὸν τέλος σὲ πᾶν περιέλειν μεμίστεις, ἐστιν οὐδὲν ικανὸν τὰ εἰρημένα.

Nominum autem duplia quidem maxime congruunt dithyrambis: lingua autem, heroicis: translationes vero iambicis versibus. & in heroicis quidem omnia utilia sunt, quae tradita sunt: in iambicis autem, quia quam maxime fieri potest imitantur locutionem, haec nomina congruunt, quibuscumq; in sermonibus aliquis veteretur. Sunt autem huiuscmodi proprium, & translatio, & ornamentum. De tragœdia quidem igitur, & imitatione in agendo, sint nobis satis, quæ dicta sunt.

Vt supra docuit, quæ potissimum poëticorum verborum præter cetera summam laudem in se habent: dignitatisque plurimum afferunt scriptis poëtarum, ita nunc, quod præcipue ipsorum genus, cui generi poëtarum idoneum: maximeq; accommo datum sit, tradit: hoc enim quoque præceptum præterire non debuit. inquit igitur. Nominum id est vocabulorum: neque enim hac voce capere debemus solum nomina proprie vocata, verum etiam verba. Nominum igitur ea, quæ duplia sunt, iunctaq; è duobus pluribus ve nominibus, maximè congruunt atque apta sunt dithyrambis: poëtis enim, qui vtuntur eo carmine, sectantibus sonitum, granditatemq; vndiq; aucupantibus, conceditur, vt in componendis verbis libetiores sint. *Aeschylus*, qui & ipse multis est in hac amplitudine orationis consecuta, iunxitq; multa verba contra usum multitudinis, aliquando reprehensus est atque exagitatus, quod nimis duriter nō nulla finxerit: licereq; sibi putarit, quod solis cōceditur dithyrambicis, vt in illo etiam loco. πολύπλαγχτα διεν ἐπαστροτριβην τὰ χρὸς ὀρέγματα. nam scholion hoc etiam illic habent antiqui libri, quod vitium eius rationis declarat. καρπός οὐδὲν οὐδὲν αἴρεται μέτωπος. perspicitur autem fuisse animaduersiōne illam docti viri, quia sentit cum optimo magistro. De hac verò *Aeschylī* licentia, supra quoq;, exemplo itidem posito ex alia fabula, disputauit. Addithic Aristoteles linguas in primis conuenire heroicis carminib;: cuius rei causam, vt superioris etiam attulit in ij. libro de arte dicendi: linguae enim inquit sunt quiddam honoris plenum ac contumax, homini scilicet, qui fastidiat peruvulgatum modum loquendi. Translationes verò iambicis senariis accommodatas dicit, atque illic maxime quadrare. Demetrius in libro τέλος φύλων, cum de ampla dicendi forma differeret, dixit vt opere sane in ea verbis translatis, non tamen crebris: cuius iudicij sui, cum rationem redderet, ostendens malum quod inde nascetur, inquit. Quia dithyrambum eo pausto, non orationem scriberemus. existimari igitur ille posset dissentire ab Aristotele, qui tenui carmini assignat metaphoras, cum ipse grandi poëmati, plenoq; spiritu easdem tribuat. Sed frequēs nimiusq; ipsarum usus alienus etiam esset, vt arbitror, à senariis iambicis, non tamen dissentaneus à dithyrambis, qui quamuis magis aptum sibi genus verborum inuenierint: duplia scilicet, iunctaq; è pluribus vocibus nomina: non tamen lepida hæc quoque & honesta verba despiciunt, sed omne quod elegans atq; amplum est, libenter recipiunt. Quamuis autem affirmasset supra, externa præcipue verba recte inseri in versus heroicis, tamen adiungit nunc omnia illa, quæ tradita sunt, nominum genera, illic fructum ferre, nec aliena esse ab eo genere poëmatis. vt in iambicis versibus, quia illi quam maximè fieri potest, imitantur & exprimunt peruvulgatam rationem loquendi, & consuetudinem sermonis (hoc enim arbitror hic valere νέον) quadrare dicit cuncta hæc nomina, quibusq; aliquis vteretur in colloquiis & familiaribus sermonibus. ipse inquit εἰ λόγος, quod verbum (nisi fallor) hoc quod ostendi, hic valet. ne tamen incertum sit, quæ nam hæc nomina sint, ipse rem aperit, & huius naturæ esse inquit, vt recte vñ-

pentur in familiaribus sermonibus . proprium nomen , & translationem , & orna-
mentum . quod tertium genus verborum , cuiusmodi sit non certo tenerut , quia su-
pra posita non est explicatio ipsius : nam quin suis propriisq; rerum nominibus con-
suetudo referta sit , dubitare nemo potest : eandem etiam recipere nomina translata ,
nec carere hac elegantia constat . Quod auctor hic inquit τοῖς δινερχύμβοις , τοῖς ἵρωις
κοῖς , τοῖς ἱαρέσιοις , vt sanè verba ipsa valent , accepi pro generibus illorum versuum :
nec tamen non existimare aliquis posset non insulsè versus hic positos esse pro poë-
tis , qui ipsis vterentur , ac poëma conderent eo genere carminis , ut multo supra fe-
cit , quem inquit . οἱ μὲν ἀγριτοὶ τὸν ἱαρέων καμπάνων οὐδείσιν ποτε : οἱ δὲ , ἀγριτοὶ τὸν ἱαρέων
δοδούσικαλοι . His verò omnibus expositis docet ad finem peruentum esse huius di-
sputationis : sc̄q; satis iam præcepisse de tragœdia , & imitatione , quæ fit agendo : usus
est enim hac quasi declaratione quadam tragœdiæ : ita enim distinguitur illa ab epo-
pœia , quæ narrat , commemoratq; facta ipsa , non renouat ac refert , quæ multo an-
te gesta sunt , vt ipsa facit . Animaduertendum autem seruare hic auctorem , quod
initio libri sep̄e usurpauit : vbi enim locutus est de instrumentis , quibus ars aliqua
vteretur ad imitandum , semper addidit præpositionem εἰ : dixitq; ποιῶντα μίμησιν in
hoc aut in illo . idem igitur hic facit : vtiturq; hoc verbo πράττειν tanquam instrumen-
to : agendo enim & referendo tragici , comiciq; imitantur . Sed paucis etiam post
verbis idem custodit . εἰ μέτρῳ dicens , ut multo quoque infra apertius , vbi inquit
εἰ γέτις εἰ ἀλλοι τινι μέτρῳ συμματικώι μίμησιν ποιῶντο . & quæ sequuntur .

Πρὶ μὲν τοῖς διηγματικοῖς, οὐδὲ μέτρῳ μηριπποῖς, ὅπερεσθὲ μύθους, κα-
θάπτοι τοῖς τραγῳδίαις σωισάναι σφραγαττοῖς, οὐδὲ μίαν πλεῦσιν ὅλην
οὐδὲ τελίαν, ἔχουσαν αὐτὸν καὶ μέσον οὐδὲ τέλος, ἀνταρθρόν διώνον τὸ λόγον ποιῆ-
τιν οἰκεῖαν ἀδύνατον, δῆλον. οὐδὲ μηδεμίαστισείαστο τὰ σωμάτων, εἰν αἷς αἵγ-
κην οὐχί ματα πλεύσεως ποιεῖθαι δῆλωσιν, ἀλλ' ἐνος χρόνον, ὅπερεν Σύντονοι εἴ-
ποιεῖναν τολείους, ὥν ἔκαστον, ὡς ἐπιχειρέχει προς ἄλιττα. ὅπερ δέ γειτανεί-
ται αὐτῷ χρόνος οὗτόν εἰν Σαλαμῖνι ἐγένετο ναυμαχία, καὶ οὗτόν εἰν Σικελίᾳ Καρχη-
δονίων μάχη, οὐδὲν προς τὸ αὐτὸν παντένονται τέλος, οὕτω καὶ εἰν τοῖς ἐφεξεῖς
χρονίοις εἴνιοτε γίνεται θάττον μετατρέπονται: εἴς ᾧ δὲν οὐδὲν γίνεται τέλος.

De narrativa autem & in metro imitatrice, quod oportet fabulas quemadmodum in tragœdijs constituere dramaticas, & circa unam actionem, totam & perfectam, habentem principium & medium & finem, ut quemadmodum animal unum totum faciat suam propriamq; voluptatem, per spirituum est: & nullius historiae consueta esse: in quibus necesse est non unius actionis facere expositionem, sed unius temporis, quæcunq; in hoc contigere circa unum aut plures: quorum unumquodq; ut euenit, se mutuo habet: Quemadmodum enim per eadem tempora & natalis pugna commissa est in Salamine: & prælium Carthaginem in Sicilia, quæ pugna nullam in partem ad eundem finem tendebant: sic & in temporibus, quæ deinceps consequuntur aliquando fit alterum cum altero, ex quibus unus nullus fit finis.

Cum, ut ipse met etiam testatur, ad finem iam peruenisset præceptionis illius, qui orthauit tragœdiam, nunc rationem aggreditur alterius poëmatis constituendi, plurimum & ipsius dignitatis habentis, id est epopeiæ, quam vocat poësim *anonymatim*, quia narrando ac cōmemorando mūrus suum obit, atq; ita imitatur quæcunq; sibi proposuit imitanda, quod non facit tragœdia: illa nanque alia ratione, id est re-

nouando, rursusq; easdem res gerendo, imitatur. addit autem, quod est tanquam declaratio ipsius. Et in metro imitatrice, id est quæ imitatur vtens heroico versu: cum enim metrum orationis omne genus, quod certis mensuris illigatum est, appelleatur, vt est sermo poëtarum, hoc tamen loco, vt aliis etiam non nullis, quos indicaui, vocavit Aristoteles hoc nomine hexametrum carmen: si nanque hoc non ita se haberet, hoc quod adiungit explanandi animo, certusq; quod volebat, ostendendi, contrarium efficeret. De huiuscmodi igitur poësi constare dicit, quod in ea oportet fabulas constituere ac componere dramaticas, id est in quibus homines facientes aliquid, & in aliqua re gerenda occupati, contineantur, ut in tragedia fieri demonstratum esse inquit: in argumento enim quoque epico finguntur personæ aliquid agere, quamvis illæ ipsæ non inducantur, sed poëta eorum facta exponat; ac saepe ex persona ipsarum aliquid narret. Hoc igitur arbitror hic significare fabulas dramaticas. Addit autem planum etiam esse, quod fabula illæ versari debent circa unam actionem integrum & perfectam, quæ habeat principium & medium & finem: hoc enim est, quo supra declarauit intelligi posse, an totum aliquid sit: cum enim nullum horum defuerit, illud integrum esse cognoscetur: reddit autem rationem, cur actionem huiuscmodi esse oporteat, id est unam, non plures: & eam quidem integrum: hoc enim comparatum est, vt gignat pariatq; suam ac propriam voluptatem: nam animans eriam una, & ea integra: cum voluptatem spectatoribus afferat cognitione sui, parit illam puram, & quæ meritò ab ipsa expectari potuit: hoc enim simili putauit se facilius, quod probare voluit, demonstratum. Hec igitur omnia ex superiori tragedia explicatione aperta esse inquit: quibus addit, nullo modo adhiberi transferriq; huc posse, quod omnis historiæ commune est, atque illic visitatum: quamvis similitudinem quandam historia hoc poëma habeat, & ipsum quoq; narrando atque exponendo efficiat, quod uult. Non potuit autem hoc non admovere, ne aliquis, cum audisset hoc poëma narrationem quandam esse, licere sibi putaret omnibus in rebus historicos imitari. Cum igitur similitudinem, quam cum historia epopeia habet ostendisset, nunc dissimilitudinem declarat: proprietatem nanque historiarum exponit: in illis enim necesse inquit esse non unius tantum facti explanationem facere, vt res illa cognitæ ac perspectæ sint, quibus antea ignotæ forent: hoc enim ualet πιθανόν διάλογον, verum unius temporis, quæcunq; eo tempore contigere in unius persona, plurimum ve siue hominum, siue populorum: quæ sane diuersa facta, cum aliquando inter se affecta quodam modo inueniantur, totum tam illud, quod ipsa coniungit ac paria reddit, casu gestum est, & non certo consilio rationeq; administratum: quod poëmatum series requirit: cuncta enim ita illic copulata esse debent, vt alteru ex altero pendeat. Probare autem volens hoc quod dixit, fieri, vt nascantur quandoq; eodem tempore res, quæ quamvis similes inter se sint, tamen copulari non possint, nec eodem referri, vtitur memoria rerum multo ante factarum: nam eodem tempore, aut vicino admodum commissam esse pugnare naualem propè Salaminam, narrat: & pedestrem pugnam Carthaginensium in Sicilia: quæ tamen necab eodem consilio profectæ sunt, nec ad eundem finem referebantur: altera enim victoria Atheniensium fortunæ sociorumq; auctæ sunt: altera gloria Græcis, Siciliam incolentibus, parta, qui cum illis non consentiebant. Accipit autem hoc ab Herodoto, qui in vij. siuorum librorum id diligenter memorie prodidit: quare qui totam rem accuratè scire uoleat, auctorem eum adeat: narravit enim hoc, ubi docuit missos esse legatos in omnes terras, in quibus Græci uiarent, à Lacedæmoniis & Atheniensibus ad petendam opem contra Perias: cum enim ad Gelonem quoque in Siciliam misissent, exponit quod ab eo responsum accepterint, & quid impedimento fuerit, ut aiebant Siciuli, ne Gelon eò maxima auxilia miserit. Hoc igitur, quod tunc forte temereq; gestum est, temporibus etiam, quæ deinceps consequuntur, vnu uenire potest, ut quicquam geratur quasi una cum altero: ex quibus tamen, disiunctis penitus, unus aliquis finis nullo modo esficitur. Cum in excusis omnibus libris prius foret, καὶ μὴ δύνασθε ἴσχειν τὸ τρωνικόν εἶναι, ex quibus uerbis commodus nullus sensus eliceretur: & is etiam, qui inde duceretur, ui ex torqueretur, nam Madius, qui omnino uoluit ea uerba huc accommodare, multa supplere

supplere conatus est, & uerba ipsa postea, magna ex parte aucta, sic ordinauit. Et oportet imitationi per narrationem metro non similes historias esse consuetas. præterquam autem quod hoc ualde durum est, & ita quidem concisum, curtumq; ut uideatur recipi non debere, hoc etiam ualeat non parum ad sententiam horum uerborum labefactandam: neque enim debuit Aristoteles tradere historias similes non esse huic poëmati: neque hoc ei nunc propositum est, ut præcepta de historia det: sed ut ab errore imperitos auerteret, ostendendum ei fuit, quæ peculiaria sunt in omni historia, aliena ab hoc poëmate, quod nunc instituit explicare, & præceptis optimis ornare, magnopere esse. Quare sp̄rera ipsa hac lectione, quam corruptam, mendosamq; prorsus arbitror, alteram hanc securus sum: quæ si non uera est, quamvis cur uera existimari non debeat, non uideam, tamen melius multo, quam illa manere hīc potest. certè nihil illa neque in sententia, neque in structura uerborum asperum ac salebrosum habet: inueni autem ipsam in calamo exarato libro: nec quicquam in ea, iudicium meum securus, immutauit. Τὰ σωμάτια uero ualere puto ea, quæ sunt usitata & peculiaria, id est quæ solita sunt diligenter seruari. Animaduertendum uero, quum utatur hic iisdem uerbis, quibus supra usus est in tragedia ui naturaq; euoluenda, ordinem tamen ipforum auctorem uariare: illic enim inquit. καὶ περὶ δημητρίου τῶν τραγῳδῶν αὐτοῖς ὅπου πρέπειν εἴναι μήποτε.

Σχεδὸν δὲ οἱ τολμοὶ τῶν ποιητῶν τέλος μοδοῖ: διὸ, ὡς δὴ εἴπομεν ἔδη, οὐκ τούτη διετέλεσις ἀν φανέν Οὐρανος παρὰ τὸ ἄλλον, τῷ μηδὲ τὸν τολμεμόν, οὐκέπορος έχοντα αρχήν οὐκέ τέλος, ἐπιχειρῆσαι ποιεῖν ὅλον: λαμψάκης δὲ μέγας, οὐκ οὐκ δύνασθε εμελεῖ εσθθαι. Η τῷ μεγέθει μετειάζονται, καταδειλεγμένον τῇ ποιητικῇ. νῦν δὲ μέγεσσος ἀπολαμβάνει, ἐπεισθεῖσι κέχυται αὐτῶν τολμοῖς. διὸ. νεών καταλόγῳ, οὐκέ ἄλλοις ἐπεισθεῖσι, δις διαλαμβάνει τὸ ποίησιν.

Ferme autem multi poetarum hoc faciunt, Quare, quemadmodum diximus iam, & hac re diuinus utiq; videri posset Homerus præter ceteros, quia neque bellum, quamvis habens principium & finem, aggressus est canere totum: valde enim utiq; magnum, & quod non facile vndiq; perspici posset, futurum fuit. vel magnitudine modice se habens, intertextum varietate. nunc autem, cum unam partem inde demp̄isset, episodijs vñs est ipforum multis, vt manuum catalogo & alijs episodijs, quibus distinguit poësim.

Cum materiam nouam exorsus esset: & tragedia natura iam explicata, præcipere aliquid eorum, quæ ad epopeiam expoliendam faciunt, cœpisset: in hisq; oportere ipsam unum tantum factum persequi dixisset, non plura, quod commune ipsi est cum tragedia, docet nunc hoc, quod tanu ponderis est ad opus egregium, perfectumq; vndiq; conficiendum, neglectum esse à maiore parte poëtarum, qui utilitatem huius rei non viderunt: nec valde periti artis, quam tractabant, extiterunt. Quare cum tam multi in hoc lapsi sint, qui id prorsus scire debebant, hoc auget laudem Homeri: ille nanque hunc scopulum vitauit, & vt in alijs omnibus rebus, ita in hoc se egregie, & summa cum laude, gessit. quare fert ipsum, quod supra quoque fecerat, in cœlum: ac veris ornat laudibus. Quod igitur initio huius partis inquit. Ferme autem maior pars poëtarum hoc faciunt, ualeat, imitantur historicos: & quæcunq; vno tempore contigerunt, persequuntur: nec intelligunt quid discriminis versetur inter suum, & inter illorum studium. Adiungit autem statim. Quare, vt iam testati sumus, hac etiam in re diuinus coelestisq; videri posset Homerus præter ceteros, intelligens illum locum, vbi quomodo accipi posset vna fabula, docuit: con-

futato enim errore aliorum, tradidit Homerum, quemadmodum ceteris in rebus omnibus poëtis præstat, ita etiam ab ea culpa longe afferre, in quam illi passim incurserent: vidisseq; quod facto illic opus esset. Cur uero dignum putet tanta laude Homerum, ostendit: causamq; eius esse dicit, quod ille quamvis ansam quandam peccandi nactus esset, cognito uitio eius rei, longe ab ea se remouit. ansa autem fuit, quia bellum Troianum, si totum illud scribere voluisset, principium & finem habebat, id est res integræ absoluteq; erat: nam extremis positis medio ipsum non caruisse significat. Hortari igitur hoc ipsum potuit, vt se aggrederetur: quod tamen non tantam uim in animo ipsius habuit, ut illum à uero, & eo, quod rectum esse sentiebat, auocaret. Causam etiam afferit, cur se ab eo rectè abstinuerit Homerus, & quod illic uitium futurum fuerit, exponit, dicens. Valde enim magnum & quod non vndeq; perspici posset, id bellum opusq; fuisset. nam quod testata iam immensa ipsius magnitudine adiunxit, καὶ τὸν θεούπολον, est tanquam declaratio antecedentis sententiae: magnitudo enim belli Troiani nulla alia de causa obfuissest, nisi quia impeditisset, ne principium ipsius belli & finis simul conspici posset. Addit præterea ipsum nō solum hoc rectè non fecisse, ut totum scilicet id bellum aggrederetur, sed neque iustum etiam bonamq; partem eius belli suscepisse, quam episodiis uariaret: insertisq; eō suis quibusdam digressionibus ornaret: sine hoc autem elegantia non multum, uoluptatisq; poëma habere potest. eadem uero causa ne hoc faceret, Homerum impulit: ita enim quoque nimis prolixum id opus futurum fuit: neque facultatem iis qui audirent legerentq; daturum, ut uno quasi aspectu oculorum uideri posset. Postquam autem exposuit, quid ratione summoq; consilio usus, non fecerit Homerus, ostendit quid ille animo suo pròbarit, & omni ex parte aptum magnæ laudi consequenda iudicavit: ait enim. Nunc autem una parte intercepta, episodiis usus est ipsorum multis. uero autem quod inquit, non tam tempus significat, quām corisilium Homeri monstrat, utile magnopere huic rei: remotumq; ualde à rationibus ineptis aliorum poëtarum. Nam ἀπολαβήτης è toto aliquo integrōq; corpore, partem demere significat testimonio etiam hoc Platonis, qui in iij. libro de rep. & ipse his uerbis usus est. διὰ τὴν ἀπολαβήτην μάρτυρι: ostendit enim Socrates se imitaturum esse in ea re tradenda eos, qui nullam facultatem habent dicendi: illos enim ita se uulgo gerere planum est. Quod uero legitur in excusis libris ἐπεισοδίοις κέχρηται αὐτῷ πολλοῖς. qui locus non nihil negotij attulit interpretibus: Paccius enim ὡς αὐτῷ uideretur legisse: Madiusq; sedulo etiam de hac varietate scriptura disputauit, cum eodem modo scriptum inuenierim in calamo exaratis exemplaribus, uidendum puto, an commodus aliquis aptusq; sensus ex hac lectione elici possit: quare si ipsorum acceperimus, rerum gestarum in eo bello, quæ extra partem illam posita sint, non insulsè fortasse faciemus: certum enim est hoc poëtam fecisse: admiscuisseq; eō non nulla, quæ facta eo tempore sunt, cum adhuc iratus duci Græcarum omnium copiarum Achilles non erat. aut igitur ita intelligendum hunc locum arbitror, aut sententiam Paccij esse sequendam: cuius etiam iudicium in eo probbo, quod emendauit pro ἀτ, quod in multis libris est, ὅτι: qui etiam error scripturæ quomodo natus sit, facile perspicitur: notæ enim, quæ spiritum sonumq; huius uocis monstrabant perperam acceptæ ab imperito aliquo librario, existimatæq; pars esse primæ literæ illius nominis, fecerunt ut pro ἀτ, scriberetur ἀτ; nec tamen sequor illum in sententia eorum uerborum, cum uerterit. Quibus poësim ipsam locupletissimam reddit: arbitror enim ἀπολαβήτης hic ualere, quæ ferè notio est huius uerbi, distinguit diuersasq; in partes secat. augere sanè episodia opus illud ac locupletare, manifestum est. non tamen hoc auтор hic tradit: neque ea uis subiecta est huic uerbo: dirimere autem episodia, ac varietate sua elegantia plurimum suauitatissq; afferre alicui poëmati, apertum est. nam partes etiam non nullæ utriusq; Homerici operis uocatae sunt ab his episodiis. itaque ipsas citare ueteres scriptores sæpe consuerant.

Οἱ δὲ λοιποὶ εἰδοῦσι, καὶ τοὺς εἴσα χρόνου, καὶ μίαν τορέξιν πολυμερῆ. οἷον δὲ τὸ Κυπριακὸν ποίησασ, καὶ τὴν μητρὰν Ἄλιασθε. τοιχαροῦ εἰ μὲν Ἄλιαδος καὶ Οὐναστίας μία τραγῳδία ποιεῖται ἑκατόντα, οὐδὲ μίνα: εἰ

δὲ Κυρ-

δὲ Κυπριακόν, πολλὰ: καὶ τὴν μητρὰν Γλαδίος τολέον ὄντω. οἶν, Οὐλαων καρ-
σις, Φιλοκήτης, Νεοπόλεμος, Εὐρύπουλος, Πτωχεῖα, Λάκωνας, Ἄλιον πόρσις,
καὶ Αὐτόνομος, καὶ Σίνων, καὶ Τρωάδες.

Aly autem circa virum unum faciunt, & circa unum tempus, & unam actionem, habentem multas partes. Cen qui fecit Cyprica, & parvam Iliadem. Igitur ex Iliade quidem & Odyssea una tragœdia efficitur ex utraq; vel duæ solæ. Ex Cypris autem, multæ: & ex parua Iliade plus quam octo. Cen, Armorum iudicium, Philoctetes, Neoptolemus, Eurypylus, Medicatio, Lacena, Ily depopulatio, & Reditus clavis, & Simon, & Troades.

Vt proxima vicina pars laudes Homeri continuit, iudiciumq; illius in cœlum tulit, ita hæc ceteros poëtas vituperat: multumq; peccasse in suo studio declarat: tradit enim ipsos omnia, quæ vni alicui personæ contigerunt, cecinisse: & cuncta, quæ vno tempore gesta sunt, complexos esse, quod historici munus, non epici poëta docuit esse. Eosdem etiam labi dicit, quia unam actionem, præditam multis partibus, argumentum faciunt sui poëmati. πρεξιν πολυμερῆ ipse appellauit: videtur autem πολυμερῆ dicens, intelligere, quam supra, iuncto itidem uerbo, vocavit πολύμυθον, vbi tragicos admonuit, ut summo studio cauerent, ne coagmentationem epicam caperent, ex eaq; conficerent tragediam: quæ nanque sit rerum coagmentationis, epico poëta apta, ostendere uolens, inquit. ἐποποίησον δὲ λέγω τὸ πολύμυθον. Partes igitur illæ, quas nunc intelligit, sunt fabularum instar. Sed quum hi loci, qui nunc a me collati inter se sunt, gignere facile possint scrupulum in animo alicuius, nō alienum erit de hoc aliquantulum disperare: uidetur enim auтор sibi ipsi aduersari: quū reprehendat nunc, uitiosumq; esse tradat id, quod illic peculiare propriumq; esse huius poëmati affirmari: si nanque coagmentationis epica multarum fabularum est: hoc nanque sine dubio ualet πολύμυθον σύγκρισιν, quo modo accusari possunt, qui huiuscmodi aliquam materiam argumentum faciunt sui poëmati: manifestò autem auuthor id nunc facit: obiicitq; hoc iphis, ut uitium. Ita uero posse puto occurri huic difficultati, ut hinc Aristoteles insimulet id, quod sanè mendī aliiquid continere intelligit: vellet enim omnino ipse argumentum epicum ex una fabula constare: aut, quia hoc effici vix potest, proxime ad id accedere, & hanc putat esse optimam omnium constitutionem: illic uero dixit esse coagmationem epicam, multarum fabularum, quia magna pars ipsarum huiuscmodi inuenitur: quippe quum in extremo propè hoc libro fateatur & Iliadem Homeri, & Odysseam nō esse simplices penitus & vnas fabulas, quum habeant in se partes alias grandiores, & ex quibus fabulæ commode componi possint: quod tamen docet factum esse non negligentia poëtae, sed rei ipsius vitio: nam eodem animo, cuius antea semper fuerat, affirmat illa poëmata bene se habere, quod ad rerum coagmationem facit, & uacua esse ab hac culpa, quantum res ipsa patitur. Quod uero reprehendit iphos, quod ea tantum persequerentur, quæ illi personæ accidere: aitq; iphos, hoc significare uolens, πολύμυθον, eodem pacto locutus est supra, quo loco redarguit errorem illorum, qui non intellegent, quomodo una fabula capi deberet: putarentq; fabulam unam esse, quæ in eadem persona semper maneret, quamuis res diuersas & nulla parte inter se cohærentes, commemoraret: inquit enim. μῆδος διεστήτη, δὲ χ. ὥστε τινες οὐντει, ἐπεὶ πολύμυθος. Exprimere autē hoc ipsum Cicero uidetur uoluisse, cum in epistola ad L. Lucceum inquit, causas afferens desiderij illius sui, quod uehementer cuperet res à se gestas separatim scribi. Et simul si uno in arguento, unaq; in persona mens tua tota uerabitur: & quæ sequuntur. Exempla uero ponens Aristoteles eorum poëtarum, qui in hanc culpam incidunt, nomina eorum non ponit, sed au'tores poëmatum eorum uitiosorum citat: quia (ut opinor) incerti illi erant: aliiq; de ea re aliter sentiebant. Ne igitur iudicium suū interponeret in re tam obscura, nulla præ-

fertim necessitate premente, ita illos significauit. inquit enim. Ceu qui scripsit Cypriaca: nec non pusilla Iliadem. Operis autem uocati Cypria mentione fecit etiam Herodotus in Euterpe, his uerbis. οὐ δὲ τοῖσι κυπρίοισι ἡρόις, ὡς τετάκος Αἰλέανδρος ἀπίκεται εἰς τὸ ίππον. Nec non Athenaeus in viij. libro θεωρίας φησιν ἄνων. Multo quoque supra ego de hoc disputauit: ubi enim Aristoteles egit de tertio quodam genere agnitionis, meminit Cypriorum Dicæogenis. quare magis adhuc ad eam opinionem inclino, ut non intelligat duobus his locis idem opus, cum hic nomen poëtae non ponat: sequaturq; institutum reliquorum, qui ita inde testimonia citabant, tanquam incertus auctor eius poëmatis foret: eodem pacto etiam citatur alterum poëma à ueteribus scriptoribus Pausania & alii. Probare autem hoc uolens Aristoteles: Homerum scilicet multum in hoc uidisse, qui materiam sui carminis ceperit partem tantum belli Troiani: ceteros verò peccasse, qui facta quedam persecuti sunt, multiplicia, conflataq; è multis partibus, quarum singulae modicum corpus haberent, inquit hoc etiam posse inde perspici, quod ex Iliade quidem, & Odyssaea una tragœdia conficitur: hoc sensu, ut puto, ut una ex Iliadis, una itidem ex Odyssæa toto corpore conflaretur, quod arguit facta illa simplicia esse, nec è pluribus, integris & ipsis factis: quaq; per se manere possint, constare. addit autem. Vel duas solæ, significans, si quis contendat, ex vtroq; separatum poëmate, duas fortasse tragœdias hausturum esse, quamvis illa grandia nunc sint: immensumq; corpus unâ cum episodiis conficiant. contra verò traditè poëmate, quod uocaretur Cypria, multas tragœdias elici posse: nec tamen numerum earum ostendit. è pusilla sane Iliade ita multas, vt ascenderent ad numerum octo tragœdiarum. liquido igitur hinc perspicitur, actiones, quas illa continebat, multiformes fuisse: & in una fabula (ut illi putabant) multas fabulas latuisse: nomine autem illas appellat, numerumq; earum ponit: qui numerus, dum accuratè res quereretur, crevit: non tantum supra indicato ab Aristotele numero respondit: decem enim inde posse duci traditæ sunt. Nomina earum sunt: armorum iudicium, quo titulo Pacuvius apud Latinos etiam fabulam docuit: Philoctetes, Neoptolemus, Eurypylus, Mendicatio, Lacena, uel, ut in quodam scripto exemplari inueni, numero multitudinis Lacenæ, Ilij depopulatio, & redditus clavis, & Sinon, & Troades. Non oportet autem subtiliter querere, à quibus poëtis hæ tragediae confectæ sint: neque enim obscura erant & ignota quæ gesta erant in eo bello, vt è partibus ipsius singulis, si aptæ huic rei fuissent, tragicæ poëtae fabulas conficerem posse: quamvis hæc duo poëmata nunquam in manus sumissent. Præter id autem, quod indicaui, aliud parui momenti discrimen inueni in calamo exaratis libris: κυπρία enim cuncti habent, non, ut excusi formis, κυπριακά. Quod uerò ad nomina fabularum facit, quæ ducerentur è pusilla Iliade, uidendum est, quod Neoptolemi factum complecti potuerit tragœdia ab eo vocata: nam cum in Lemnum insulam unâ cum Ulysse missus est, ut inde seu dolo, seu ui, abduceret Philoctetem, Philoctetis ipsius nomine appellata est, quam iam nominarat. An cum primum patre interfacto in exercitum uenit? quamvis si hoc uerum sit, antecedere su periorem deberet: cum enim iam ad Ilium uenisset, usus est exercitus opera ipsius in Philocteta reducendo ad Troiam. Sed in alijs quoque fabulis appellandis uidetur hic Aristoteles ordinem earum rerum non secutus, ut cum Sinonem nominavit post Ilij direptionem, & redditum Græcorum in patriam, si fabula ab illo vocata continet factum illud, cum Sinon capi uoluit, & ad Priamum ductus est, ut imponeret Troianis: quam totam rem tetigit Virgilius. Eurypylus quoque fabula habet difficultatem, nec exploratum est, quod argumentum ipsius fuerit. An significat πρόδημη illam, cum miserunt Græci Eurypylum ad Apollinem, vt quereret ex eo aliquid, quod ad commoda exercitus pertineret: hoc enim narrauit Sinon apud nostrum poëtam illo loco, qui tamen falsè dixit eum missum, ut rationem interrogaret expediendæ fugæ: responsumq; tulisse, oportere, ut classis inde abire posset, humana hostia literæ.

re. nam quod quidam tradiderunt huius tragœdiæ meminisse Ciceronem in Tusculanis, non uidetur satis firmum. Citat sanè Cicero plures uersus illic è tragœdia quodam, in quibus Eurypylus fauicus inducitur. non tamen tragœdiam illam ab ipso uocatam ostendit: nec uerisimile est inde plenam tragœdiam effici potuisse: præter quam quod Homerus hoc narrat in xj. libro Iliadis: quare non conuenire videtur sententia Aristotelis. Incertus quoque mihi magnopere est titulus consequentis tragediæ: nec sanè perspicere possum, quid ualeat hic πρόδημη. Scrupulus præterea uersatur in ea uoce, quæ sequitur: nec teneo, quæ nam pars parua Iliadis uocari potuerit λάκανα, & vnde hoc nomen eò venerit. si valet, vt videtur, λάκανα, mulieres eius gentis. Spartanæq; quid enim feminis Lacenæ cum rebus ad Troiam gestis? Aliquando ueritus sum, ut numerus tragœdiarum magis respondeat ei, quem primo prodidit Aristoteles, ne coniungi debeant duo hæc nomina: ut index unius fabulæ duobus uocabulis constiterit: quod saepè factum est, potueritq; demum inde erui tragœdia, quæ uocaretur πρόδημη λάκανα: nam quod adiuuat tenetum hanc meam suspicionem, uidebatur ostendendum, cuius generis hominum, nationisq; esset emendatio illa.

Ἐπὶ δὲ τὰ ἔδη τωντά δέ τοι ἐχειν τὴν ἐποποίην τῆς τραγῳδίας: οὐ γάρ ἀπολιτῶν,
ἢ πεπλευρέων: οὐ διηλύτων, οὐ παθητῶν, δέ τοι: οὐδὲ τὰ μέρη ἐξω μελοποιήσας οὐδὲ οὐδὲ οὐδὲ τῶν ταῦτα: οὐδὲ γαρ τῷ περιπέτειῶν δέ, οὐδὲ αἰσχυνωμέσσων, οὐδὲ παθητῶν. ἐπὶ τοῖς διανοίασι, οὐδὲ τὴν λέξιν ἐχειν καλῶς. οὐδὲ ἄποστον Οὐ μηροσκηνού οὐδὲ πεπόντος, οὐδὲ ικανῶς.

Adhuc autem formas easdem oportet habere epopœiam cum tragœdia: vel enim simplicem, vel implicitam: vel moralem, vel patheticam oportet esse. & partes extra melopœiam & aspectum, easdem: etenim peripetyjs eget, & agnitionibus, & passionibus. præterea sententias & locutionem habere recte. Quibus omnibus Homerus usus est & primus, & ita, vt sat is putari debeat.

Cum iam docuisset conuenire epopœiæ cum tragœdia in hoc, ut actionem vnam ipsa quoque persequatur, vt tragœdia: & non vniuersa facta vnius alicuius commoveret, addit nunc alia itidem non nulla, quæ ipsis ferè communia sunt. Primum igitur tradit requiri etiam, ut epopœia formas easdem habeat, quas habet tragœdia: formas autem, quas uocet notum est è superiore disputatione. confirmare verò volens totidem species inueniri carminis epicis, quot tragœdia docuerit esse, inquit. Vel enim simplicem, uel implicitam: vel moralem, uel patheticam oportet esse: inueniri enim tragœdias, quæ his formis inter se discrepant, significauit: cum earum alteræ simplices forent, & uno tenore, vt ab initio cœpissent, procederent: alteræ verò quasi duplices essent, & testæ: quod persona aliqua magni ponderis in eo facto falleret, ac quæ nam foret initio ignoraretur: eadem ratio duarum reliquarum est, ut, cum suo loco de illis disputatione, demonstratum est. Quod igitur illic usu uenit, hic etiam diuerso in poëmate contingere affirmat, vt eodem pacto inueniantur epopœiæ inter se distinctæ, addit etiam partes, duabus exceptis, easdem esse in epopœia, quæ existunt in tragedia: partes uocans, quas suo magis ac proprio nomine paulo ante appellavit formas, quia informant corpus vtriusq; poëmatis, & qualitatem quandam illic aspergunt. partes autem, quæ absunt ab epopœia, esse inquit melopœiam, & aspectum: neque enim modi & instrumenta musica adhibebantur lectioni epopœiæ: neque scena ornabatur, ut oculis etiam spectatorum proponerentur, quæ recitabantur. Probare verò uolens uerum esse quod dixit, ait. Etenim caribus illis admirabilibus subitisq; qui vocantur πρόδημη, eget epopœia, non minus atque tragedia: nec non agnitionibus: hec autem res sunt, quæ reddunt omne

poëma, in quo nascuntur; implicitum atque inuolutum. Sed etiam opus illi esse dicit pathemasi: id est requiri, vt aliquando in ea referantur casus atroces, & vt plena illa sit vulnerum ac cædum: hoc enim valet, egere epopœiam his rebus: facere inquam non posse, quin hæc omnia in ea aliquando contineantur, si plena ipsa & ornata futura est: hominibus enim huiuscmodi multi casus eveniunt. Animaduertendum autem respondere hunc locum illi, cum euoluta iam uia agnitionis, duobusq; ipsius generibus explicatis inquit. Duæ igitur fabulæ partes circa hæc versantur, peripetia inquam & agnitione: tertia vero, pathos: illic enim quoque appellat tres has partes præter partes quales quantasq;. Sunt autem illæ, ut eo loco declarauit, fabulæ partes quæ una est è partibus qualibus, ac princeps quidem ipsarum. Non constituit autem ratione vlla cunctas illas diuersas species epopœiæ, sed duas tatum, vt suspicari licet: cuius generis infrequentiores sunt: qua de causa videbantur magis confirmatione egere: illæ uero sunt: implicita epopœia, & pathetica. Adiungit præterea oportere etiam, ut in sententiis elocutione q; benè se illa habeat: quæ nanque his partibus laboraret, non magnam aliquam laudem unquā consequeretur, quamvis abundaret alii poëmarum virtutibus: magni enim momenti res est, quæ potissimum sententia in ea edantur: graues ne & acute: an leutes & futilles: nam stilus etiam ornatus esse debet, ac respondere granditati eius poëmatis, claudit autem hanc partem laude Homeri: paucisque uerbis infinitum honorem illi tribuit, affirmans ipsum iis omnibus vsum primum, quia ante ipsum epicus nullus his uirtutibus instruere poëma suum potuerit. Egregia uero laus est, quempiam ea bona collegisse, quæ in illa re ornanda, cui studébat, desiderari poterant: ac tempore etiam ceteros omnes vicisse, eidem opere incumbentes: qui enim primi aliquam rem utilem, laudeq; dignam inuenierunt, magnopere semper commendati sunt. Quod verò sequitur *μάρτυς*: ita enim legitur in scriptis, quæ vidi, exemplaribus, ualeat cunctas illas res ita Homerum tractasse, ut merito quisquam illic aliud desiderare non potuerit: & iudicare ea parte poëma illud minus belle tractatum: neq; tamen videtur negare Aristoteles, quin si quis summo studio in id solum incumbat, possit aliquid ornamenti alicui parti acquirere. Sed tamen hoc non inurit notam aliquam ei poëte, qui ita se gesit in munere suo obeundo, ut nihil illic iure optimo desideretur: eaq;, quæ adlata sunt, homini omniæ quo satisfacere debeant.

Καὶ γὰρ καὶ τῶις ποιημένων ἐκόπτερον σωτήσουει : οὐ μὲν Ἰλιακά, ἀπλοῦσιν παραγίνεται : οὐδὲ Οὐδύσσεα, πεπλευμένον : αἰσχυνώσεις γῆς διόλου καὶ θικῆς προς δὲ τούτοις λέξεις καὶ διανοίας πάντας ὑπόβλεψεν.

Etenim & poematum utrumq; constituit. Ilias quidem, simplex & patheticum: Odyssaea uero, implicitum: agnitione enim per totum, & moralis est: præter autem hac locutione & sententia omnes superauit.

Cum auctorem principemq; extitisse Homerum dixisset in epopœia ornanda, atq; omnibus bonis augenda, quæ desiderari illic poterant, ne falsò existimaretur tantum ei tribuisse, probat id verum esse earum rerum enumeratione: locaq; indicando, in quibus hoc aut illud positum foret. Si nanque inquit utrumq; ipsius poëma quispam attendat, inueniet ipsa hoc pacto constare, & ita deniq; conformata esse, vt Ilias simplex poëma sit, & patheticum: in quo verò positum sit, vt poëma aliquod simplex, idemq; patheticum dicatur, valde iam notum est, ob superiorum crebram de his rebus disputationem. Odyssaea autem, inquit, implicitum est: cuius dicti statim, antequam alteram, quæ in toto eius corpore fusa est, qualitatem ostendat, causam affert: nullam enim partem eius operis carere dicit agnitione: altera autem hæc est earum rerum, que reddit poëma aliquod inuolutum, cum scilicet persona quæpiam, quæ diu illic sefellit, repente agnoscitur: uel potius hæc magna ex parte id præstat. nam peripetia plerunq; ipsam consequitur: videnturq; præcipue admirabiles huius casus, subiectæ fortunatarum mutationes in fabula quæpiam nasci, cum persona ali-

qua,

qua, longo tempore ignorata, agnoscitur. Nec tamen non & agnitiones in fabulis aliquando sine peripetis inueniuntur: & fortunæ alicuius magnopere uariantur, quamvis persona nulla illic agnoscatur. Quod vero toto illo poëmate sparsam ac disseminatam agnitionem inquit, intellectus & in prima & in media & in extrema parte ipsius inueniti agnitionem quæpiam: tractatiq; locum, ubi persona, quæ latuerit, rursus cognoscatur. ita autem locutus est ob crebras, quæ in eo poëmate exponuntur, Vlysi agnitiones: neque enim ita accipere debemus illud *διάλογον*: & quasi per totum, vt significare voluerit ita illam fusam illic esse, vt ab initio eius operis principium ducat agnitione aliqua, eademq; ad exitum usque ipsius perducatur. Eandem etiam Odysseam moralem esse: egregiæq; illic expressos esse mores plurium personarum, tradit. quare probauit iam quatuor illa, quæ vocavit *Ἄριστον*, in variis Homeri operibus omnia inueniri. Adiungit autem his, quod merito desiderari posse supra affirmarat, ac magni momenti esse in omni poëmate, reliqua duo abundè illic esse: sunt autem & illa partes vocatae quales ac formæ, cum Homerus vicerit omnes poetas bonitate & locutionis & sententiarum. Hic calamo exarati libri quiddam habent, quod discrepat à lectione excusorum: est enim in illis *πρὸς ξένοντας*, non *πρὸς άλλον*. si ne dubio peruulgata lectio planior: nec tamen non locus esse potest alteri huic. nam supra etiam, cum dixisset Homerum omnibus illis rebus usum fuisse ante ceteros & commode, verum id esse significare volens, statim dixerat. *καὶ ξένοντας*: & quæ sequuntur. Ut maneat igitur in eadem ratione, ita quoque hic loqui potuit: sed tamen multo durior sensus erit. impulit autem me, ne omnino hoc contemnerem, consensu trium manu scriptorum librorum.

Διαφέρει δὲ κατόπιν τις συστάσεως ὡς μήκος ἢ ἡ ποστοποιία, καὶ δὲ μέτρον. τοῦ μὲν οὖν μήκους ὅρος ἴνανος ὁ εἰρημένος: διώσαθαι γάρ θεῖ σωρόφαθαι τὴν αρχὴν, καὶ δὲ τέλος. ἐν δὲ ἀντίστροφῃ, εἰ τῶις μὲν αρχέσιν ἐλάττους αἱ συστάσεις εἴναι, προς τε τὸ πλάνηθος τῶις τραχυφθίωις, τῶις εἰς μίαν ἀκρόασιν λιθίνων, παρίκοισι.

Differt autem & secundum constitutionis longitudinem epopœia, & secundum metrum. Longitudinis quidem igitur terminus sufficiens est qui dictus est: posse enim oportet simul conspicere principium & finem. Eset autem hoc, si præcis quidem minores constitutiones essent: & ad multitudinem tragœdiarum, in unam auditionem positarum, porrigerentur.

Postquam similitudinem, quam habet epopœia cum tragœdia, & quibus in rebus ipsis inter se conuenit, docuit: quæ discrimina nunc inter ipsas versentur, ostendit: duabus autem rebus discrepare illas affimat, id est operis longitudine & genere versus, quia longè maior est coagmentatio epopœiae, quam corpus tragœdiae sit ac materia, quæ illic agitur: in scenamq; deducitur. Genus etiam carminis, ut appareat, diversum est. Hæc igitur sunt, quibus hæc poemata inter se distant. Cum autem quærere quis posset hæc ipsa epopœia prolixitas, quam accepit iam vincere tragœdia longitudinem, quam latos terminos habeat, & in quantum spatium se proferat: ipseq; intelligeret, non esse illos ita fixos certosq; vt permutteri non possent: internullumq; eorum aliquantulum uariati, inquit præfinitionem illam, quæ dicta est, satis habendam esse, & nihil exquisitus debere postulari: repetit autem illam: ostenditq; cum seruatum fuerit, quod omnino custodiri oportet, vt simul conspicere & principium & finis possit, satis huic rei futurum. Quomodo autem hoc ipsum obtineatur, vt uno quasi aspectu oculorum & initium & extremum epopœiae uideatur, declarat, affirmans id non defuturum, si constitutiones ipsarum minores fuerint constitutionibus præcis: quibus scilicet vterentur antiqui epicis, cum fabulæ ipsorum nimis prolixæ forent: atque ita illi res coagmentarent, ut immensum spatium temporis illis re citandis

citandis necessarium foret. Non contentus autem adhuc hac mensura, aliam rationem addit, qua itidem amputetur nimia ipsarum longitudo. Spectandum igitur tradit tempus, quod consumunt tragediae, quas moris fit vna die, vnaq; conuocatione multitudinis, recitare: & ad eundem terminum recte perduci posse vnam epo-
pœiam tradit. ut si viij. horarum spatio spectatores in theatro pluribus tragediis, quæ agantur, operam dantes, manent, ad idem spatiū proferatur epopœia: existimari enim posse totidem horis homines cum voluptate audituros epicum carmen recitari. Admonet igitur epicos, ne maius corpus epopœiae conficiant, quām acerius futurus sit omnium illarum tragediarum, quæ vna die in scenam inducuntur, si simul texantur: quamvis enim in theatro eodem modo carmina epica non recitarentur, tamen vocabantur etiam, qui audirent, cum illa recitari debebant: aut si etiam non vocarentur, tamen id spatiū, quod consumebant in actione fabularum, videbantur etiam æquo animo consumpti esse in recitatione, lectioneque epicis carminis.

Ἐχει δὲ προς τὴν ἀπειρεθαῖς μέγεθος πολὺ πίστην αἰδίον, διὰ τὸ μὲν τῇ γραμμῇ αὐτῷ χρεῖα ἡμέρα πολλὰ μέρη μημέθαι, ἀλλὰ τὸ τεῖχος στύλων, καὶ τὰς θυρίταν μέρος μόνον: εἰ δὲ τὴν ἀποποίησι διὰ τὸ διήμερον ἐστι, ἐστι πολλὰ μέρη ἡμέρα πολλῶν προσάνθουσι, οὐ φῶν, οἰνοίων οὐτῶν, αὐξέσου δὲ τὸ ποικίλατον ὄγκος. ὅτε τὴν τὴν ἀγαθὸν ἐστι μεγαλοπεπειλαν, καὶ τὸ μεταβάλλειν τὸν ἀκούοντα καὶ ἐπεισοδίουν αὐθομοίοις ἐπεισοδίοις: τὸ δὲ δροῖον, ταχὺ πληροῦν, εἰπίπειν ποιεῖται τὰ γραμματια.

Habet autem ad magnitudinem extendendam multum quiddam epopœia proprium, quia in tragedia non contingit, quæ simul gerantur, multis partes imitari: sed illam, quæ in scena & histrionibus est, partem solum: in epopœia vero, quia narratio est, licet multis partes simul facere ad finem perduci: à quibus, suis ipsius proprijsq; existentibus, augetur poematis moles. Quapropter hoc habet bonum ad magnificentiam, & ad dignam mutationem in eo, qui audit, & angendum dissimilibus episodijs: simile nanque, cito comprehens, cadere facit tragedias.

Cum ostendisset, quantum natura harum rerum patitur, quanta sit epopœiae magnitude, & quām latos fines hoc poema habeat, tradit extare quiddam, quod magnopere adiuuat ipsam in hac re comparanda, corporeq; ipsius augendo, quo tanquam auxilio quoddam destituta est tragedia, id autem est, ut accuratè exponit, quod cum genus quoddam narrationis sit epopœia, licet in ea eodem tempore multis partes fingere peragi, id est ad finem eum, qui est ipsius perduci & absolui: quarum partium expositione, suarum proprietatumq; existentium, non ut in tragedia, importatarum, & aliunde ascitarum, augetur moles eius poematis. Hoc autem minime concessum est in tragedia, quia illuc ratio nulla inuenitur, qua idem efficiatur: ut partes scilicet multis simul gerantur, sed ea tantum pars, quæ in scena versatur, queq; aguntur oculis spectatorum proponuntur, atque ita exprimuntur, tanquam illo ipso tempore primum gerantur. Est igitur hoc, vt produci inquam corpus epopœiae possit, magnitudoq; ei debita acquiratur, proprium ipsius bonum, atque id quidem amplum & copiosum: quo scilicet illa superat tragediam. exponit autem, hoc demonstrato, quæ commoda inde nascantur: affirmatq; posse acquiri multum magnificentiae ei poemati hac ratione, id est facultate, quam illa præberet se tractantibus, augendi suum corpus. Non parum autem illud ornatur, cum hoc, quo in primis eget, ipsi adhibetur: amplum enim & grande in primis id poema esse debet. alterum au-

tem

tem commodum, quod ex eadem reducitur, esse inquit, quod ope illius, is qui audit, mutatur: varietatēq; rerum animum reficit: in primis enim poëta caendum est, ne tedio quodam auditor capiatur: cui malo facile hoc affert remedium: vel potius nasci illud non finit. Tertium autem commodum, quod inde capitur, est, quod cum oporteat dilatare episodijs ipsius corpus, atque inculcare eò res aduenticias non nullas, quæ ornent id poëma, episodia ipsa erunt dissimilia inter se: nec periculum erit ne fastidium gignant in animo eius qui audit. dissimilia autem erunt, quia episodium hoc aptum erit ex huius rei narratione: aliud verò ex aliis. Nascetur igitur huius mali vitatio ex diuersarum rerum narratione, quæ simul fit: simul autem hoc pacto, quia è media alicuius rei expositione transitur in aliam. Rationem etiam reddit, cur verè hoc, magnum bonum epopœiae dici possit: nam contrarium eius, id est similitudo episodiorum, obest alteri poëmati: facitq; ut accidat inde ipsi maius incommodum, quām accidere alia vlla de causa possit: simile enim inquit, cuius rei ea natura est, vt cito expleat: hoc enim mali semper secum portat similitudo, ut satiet ac fastidium gignat, cadere facit tragedias, atque omnem gratiam ac fauorem amittere. Hoc quoque timeri debere cognouit Cicero: cum enim in primo libro de inventione vñsum argumentorum traderet, præcepit, ut sedulo vitium hoc declinaretur: inquit enim. Variare autem orationem magnopere oportebit, nam omnibus in rebus similitudo est satietatis mater. Εκπίπτει hic manifesto idem valet, quod valuit multo supra, cum auctor inquit, dolens aduersum casum amici. Εἰνιοῦ Αἰσανθοῦ ἐπίπονοι εἰ τούτῳ μέν. non tantum autem hoc nocet tragediis, si in epopœiae modum extendantur, ut quidam putauerunt, verum omnibus tragediis, in quibus inuenientur fuerit, quamvis iustum mensuram haberint: nam illius modi aut nullæ fortasse, aut paucæ admodum omnibus seculis scriptæ fuere. Cum vero auctor hic, ut supra quoq; aliis locis, tetigerit diuersam esse rationem duorum horum poëmatum, quorum alterum tractatur ita vt res ipsæ in scena referantur: alterum vero in commemoratione illarum manet, libet admonere, sermones etiam eos, qui à veteribus dialogi appellantur, esse tractatos ambobus iis modis. nunc enim scribuntur more epopœiae. quod seruauit Cicero in iij. libris de oratore ad Q. fratrem & aliis non nullis: nunc vero sunt instar tragediarum, cum scilicet personæ ipsa inducuntur quasi tunc de rebus illis agentes. Significauit hoc Cicero initio primæ questionis Tusculanæ his verbis: illis enim omnibus posteriorem hanc rationem sequutus est. sed quo commodius disputationes nostræ explicitentur, sic eas exponam quasi agatur res, non quasi narretur. Sed in disputatione quoque de amicitia cum idem fecisset, aperiens sui consilij rationem reddidit: inquit enim. Quasi enim ipsos induxi loquentes, ne inquam & inquit sapienter interponeretur: atque ideo feci vt tanquam à praesentibus coram haberi sermo videretur.

Τὸ δὲ μέγερον τὸ ἔρωτον ἀπὸ τοῖς πέρασθαι μονεῖ: εἰ γάρ τις οὐ ἄλλῳ ζεῖ μέτρῳ διηγηματίᾳ μέμνοντο ποιοῖτο, οὐ εἰ πολλοῖς, ἀπειπόθε δὲ φάνητο: τὸ γάρ ἔρωτον σασιμάτα τον καὶ ὄγκωδεστα τον τὰς μέτρων δέσι. διὸ καὶ γλώττας, καὶ μεταφορὰς δὲ χειρὶ μαλισα: τοῦτο δὲ καὶ διηγηματικὴ μέμνονται τὰς ἄλλων: τὸ δὲ ιαμβικὸν καὶ πετράμετρον κατέλιπε: τὸ μὲν ὁρχισιον: τὸ δὲ, τρεχτινον.

Metrum autem heroicum ab experientia quadravit: si enim quispiam in alio quopiam metro narratiuam imitationem faceret, vel in multis, indecorum utiq; videretur: heroicum enim stabiliſſimum & tumidiſſimum metrorum est. Quare & linguas & translationes recipit maxime: eximia enim & narrativa imitatione inter alias: iambicum vero & tetrame-trum, mobilia. hoc quidem, saltationibus idoneum: hoc autem, rebus agendis aptum.

Cum

Cum de longitudine operis epici disputasset: ac quantum res illa ferret, vbi figi termini eius deberent, indicasset, transit ad alterum, in quo itidem discrepare tradidit epopœiam à tragedia, priore discrimine iam patefacto. id autem est genus carminis, quale potissimum ipsi accommodatum sit. Tradit igitur heroicum atque hexametrum carmen cognitum esse illi mirifice conuenire, atque omnium consensu ipsi tributum esse: quod tamen non factum sit ratione hoc monstrante, & veritatem huius rei docente, sed vñ, periculoq; factō multorum: primis enim temporibus, cū rudit adhuc atque inchoata epopœia foret, qui incubuerunt in illud poēma, plura versuum genera usurparunt. Reliquorum igitur ita vitiis cognitis omnes probabant, quod heroicum vocatum est: ipsum enim contra intellectum est eodem pacto granditati eius poēmatis congruere. Hoc igitur est, quod inquit. Carmen heroicum periculo ipsius factō congruit, & quæ sequuntur. Quod vero ait. Siquis etiam id poēma tractaret variis generibus versuum exhibitis simulq; mixtis, illo etiam modo intelligi posse, non aptam esse confusionem diuersorum carminum dignitati epoœiae, valet ad idem declarandum: vt cum huius rei indicio liquido perspiciat hoc nunc non quadrare, existimari etiam debeat eadem re docente, tunc probatum non fuisse, *διηγματικῶν* autem *μημονίων* vocat epopœiam, quia imitatur exponendo & narrando, vt supra dictum est, non res ante oculos ponendo, quod facit tragedia ac commedia. Docet autem Aristoteles, quod vñ cognitum sit, rationem etiam habuisse, quamvis veritatem huius rei magister aliquis tunc non aperuerit. inquit enim. Heroicum nanque maxime stabile è numero metrorum omnium: in primisq; tumidum atque inflatum est. addit etiam, quod non nihil ualeat ad id probandum, & tamen tanquam cumuli loco huc allatum est, ne hoc nesciant qui legunt. & eam causam esse, cur præter cetera genera versuum capiat id carmen & peregrina vocabula, & verba translatæ: vt enim hæc granditatem quandam præ se ferunt ac splendorem, ita imitationem hanc atque poësim, præstantem esse inter ceteras & altiore locum tenere. Non contentus autem accuratus magister hoc constituere, vitium etiam aliorum quorundam, quæ huc adhiberi imperitè posuissent detegit: ait enim. Iambicum autem carmen, & tetrametrum, mobilia sunt. Quare si illud aptum fuit, quia in primis stabile est: hæc nullo modo idonea esse possunt, quia valde mobilia sunt. Cum verò intelligatur voluisse ipsum huiuscmodi aliquid significare, videndum est an *κύπερτον* potius legi debeat, quam vt passim habent libri omnes, *κυπερτικά*: verbi enim huius ea vis est, vt notet ea, quæ mouendi alias res facultatem magnam habent: non quæ ipsa proclivia ad motum sunt: & tamen mobile respondet stabili, non motiu, vt rei declarandæ causa ita loquuntur: nam quin *πέσιπον* stabiles appellavit. Suspicionem hanc meam aperire alienum non duxi: neque tamen non video receptum nomen locum hic habere: vocareq; potuisse Aristotelem *τετραμετρικόν*, quia mouendi vim incitandiq; alios habeat. Quia autem varia genera motionum sunt: nec idem genus motus refert atque exprimit iambicum carmen, quod tetrametrum, hoc etiam diligenter monstrat: inquit enim alterum eorum, id est tetrametrum, esse idoneum saltationibus; alterum verò, iambicum videlicet, natum esse rebus gerendis, vt sequar Flaccum in voce hac exprimenda: *περικτικόν* enim videtur ille reddere voluisse, cum de iambo pere inquit. Et naturam rebus agendis. Cum autem in excusi olim libris legeretur: *προτίθεται διηγματική ἀντίληψις*, quomodo etiam in quibusdam calamo exaratis scriptum offendi, probauit semper iudicium hac in re Faccij, qui cum inuenisset in aliquo exemplari *μημονίων* pro *κύπερτον*, fidelitatem huius lectionis cognovit: meritioq; ipsam alteri illi præposuit: nam hoc fecisse ipsum duce veterem quopiam libro, aliquo modo testari possum, quia ipse quoque noctus sum quendam, in quo *μημονίων* legitur. quod si illo etiam pacto legeretur, non video cur motus narratiuus accipi debeat pro carmine heroicō: vocando enim ipsum narratiuum, videtur eum intellegere, qui in omni narratione est. Quare narratio etiam, quæ soluta oratione fit, & historia ipsa, eundem hunc motum haberet. Quod vero quidam ita verti hunc locum debere putarunt: Abundat enim narrationis motus aliis: iidemq; existimant intelligi oportere, exornationibus, vereor ne decepti sint: longe nanque alia

vis est, quād crediderunt eius nominis ποέτη: nec ostendit illa vox copiam & abundantiam alicuius rei, sed præstantiam & dignitatem inter ceteras eiusdem ordinis: reddit enim rationem auctor hac parte, cur heroicum carmen maxime recipiat in se & linguas & translationes: eamq; esse dicit, quia cum hi ornatus sint, imitatio illa, quæ munus suum peragit narrando, ac res gestas commemorando, eximia est ac præstans inter ceteras, vincitq; dignitate reliquas imitationes, quæ diuersa ratione efficiunt, quod volunt. Sed cum tota res, nisi fallor, aperta sit, non oportet accuratius de hoc disputare. illud potius videndum, quomodo non sibi ipsi aduersetur auctor. Si nanque eximia est inter ceteras imitatio epica, qua ratione ipse contra iudicium multorum, anteponit tragediam, qua imitatur referendo res, non narrando, epoœiam? nam hoc facere ipsum summo studio in extremo hoc libro notum est.

Ἐπὶ δὲ ἀρχῆς τὸν, ἐπὶ μηρύνοντες αὐτὰ, ὁστῷ Χαρίμαν. διὸ οὐδεὶς μαρτραὶ σύστασιν εἰλλα φεποίκισε, οὐ τῷ ἡρώῳ. ἀλλ’ ὁστῷ ἔπομέν, αὐτὴν φύσις διδάσκει τὸν αρχόντον αὐτῇ διαρρέειθαι.

Adhuc autem absurdius, si misceat aliquis ipsa, quemadmodum Chæremōn. Quapropter nemo longam constitutionem in alio fecit, quād hetero: sed queadmodum dicimus, ipsa natura docet, quod congruit ipsi partiri.

Reiecerat iam ab opere epico duo carminum genera, id est iambicum versum & tetrametrum, vt non respondentia ipsius amplitudini: ipsum enim stabile, plenumq; dignitatis: illa verò mobilia. Nunc autem docet, si quis confuderit plura versuum genera. & nunc, hoc: nunc verò, illo, inducat personam aliquam videntem, peccatum eum magis: tentaturumq; rem, quæ iustius multo reprehendatur atque explodatur: cui tamen culpa affinis erat Chæremōn, qui tragediam scriperat, vocata Centaurum, in qua admiscuerat omnia versuum genera. Vnde non longe ab initio huius libri exagitatus est ab Aristotele. Accusat igitur tragicos hic, qui inducebant histriones, non uno aliquo videntes carminum genere, qualemq; illud foret: ipsoq; contentos, sed diuersa variaq; simul usurantes, si qui forte huiuscmodi extarent: neque enim putare debemus ipsum in cantibus chori hoc improbare, cum partes illæ tragediarum apud optimos quosque eius poēmatis auctores referantur: omni genere versiculorum, modis musicis aptorum: vt enim in cantilenis illis hoc locum habet, ac mirifice quadrat, ita alienum valde est à sermonibus personarum. Nec tamen non aliquando illi ipsi poëtae summa laude digni, hoc commiserunt, vt in ore histrionis, grauem aliquam personam referentes, ponerent aut tetrametra, aut elegos, vt Sophocles fecit in extremo Oedipo tyrranno, qui Creontem, suadentem illi regi, vt finem faceret deplorationis suorum malorum: intra teatrumq; subiret, induxit tetrametris videntem: quo etiam carminis genere responderet ipsi Oedipus, & idem etiam usurpat in clausula fabule chorus: nec non Euripides, qui in Andromacha, mulierem hanc ipsam induxit Illy excidium deflentem, vñam carmine tristum rerum expositioni apto. Non debent igitur reprehendi poëtae, cum modice hoc faciunt: atque illo ipso tempore, quo id gerunt, faciunt id tempori seruentes: & rebus illis, quas tractant. Adiungit autem Aristoteles, quod aliquo modo extra rem est: ualeat tamen ad id, quod præcepit, comprobandum: hoc enim quasi vidisse vniuersos illos dicit, qui cum prolixam aliquam materiam aggredierentur: & ut inquit, longam rerum constitutionem scriberent, nullo alio carmine nisi hexametro vñ sunt: cognoverunt enim, natura duce, longæ materiae conuenire longum carmen, & quod maiestatis quiddam præ se ferret. Nec tamen existimandum est intelligi tantum voluisse auctorem, dicendo longam constitutionem, epopœiam, sed ut verba ipsa sonant, omne coagitationem rerum prolixiorum: & quæ longitudinem in se haberet: nisi nanque hoc pacto cepisset ipse: à nobisq; itidem capi voluisse, non magnopere probasset, quod volebat: nunc autem mirum quantum valet ad confirmādum quod vult, ostendendumq; valde accommodatum esse huic poēmati heroicum versum:

cum omnes poëtae, non solum qui epicum opus condunt, sed quamlibet materiam prolixam, ut illam, persequuntur, summo consensu hunc eligant. Hoc igitur meum est de hoc loco iudicium, cum tamen ceteri interpres aliter senserint: opinionisq; illius, quam ostendi, fuerint. Adiungit auctor, quod prius etiam se protulisse commemorat, naturam ipsam docere, quod potissimum carmen sibi conueniat, & quasi iubere, ut ipsum repudiatis ceteris sumatur: è numeroq; reliquorum eximatur: hoc enim videtur valere, quod inquit *diuīsiōnē*: ut diuīsione ipsorum facta: totaq; re diligenter explorata ipsum hoc ut valde aptum, ipsi illi seponatur. Quod verò narrat se hoc prius dixisse, arbitror ipsum intelligere locum illum, cum ait, heroicum versum cognitum esse mirificè epopœiæ quadrare vsu ipso, ac periculo huius rei facto: quæ nanque ita cognoscimus, naturæ ipsius beneficio percipimus, non ab aliquo magistro docti intelligimus. Quod prius hic erat *ārō*, manifestè deprauatum, ac mendi etiam à Madio rectè insimulatum, correxi: secutusq; auctoritate plurium scriptorum librorum, restitui *ārō*, dandi casu, ea ratione, qua in sententia explicanda ostendi: neque enim in macula hac ipsa delenda: sensuq; ex his verbis eliciendo comitem ei me p̄t̄ebui, cuius auctoritatem, cum potero, semper libenter sequar.

Oὐ μηρός δὲ ἄλλα τε ποιήσαι ἔξιος ἐπανεῖθαι, καὶ δὴ καὶ ὅτι μόνος τῶν ποιητῶν οὐκ ἀγνοεῖ, δὲ τοιὲν αὐτὸν: αὐτὸν γέρε δὲ τὸν ποιητὸν ἐλάχιστα λέγειν: οὐ γαρ ἐστι κατὰ τῶν ταμείων αὐτοῖς μετανοῆσαι. οἱ μὲν οὐδὲ ἄλλοι αὐτοὶ μετὶ δι' ὄλου ἀγωνίζονται: μεμονῶται δὲ ὀλίγα καὶ ὀλιγάκις: δὲ δὲ, ὀλίγα Φροιμασόριος, δύσκις εἰσάγει αἴσθησα, ἡ γωνία, ἡ ἄλλοπ θῆσος, καὶ οὐδὲν ἀντίθη, ἀλλ' ἔχοντες θῆσος.

Homerus autem & ob alia multa dignus est laudari: & iam & quod solum poetarum non ignorat, quod oportet ipsum facere: ipsum enim oportet poetam quam paucissima dicere: non enim est secundum hanc imitator. alij quidem igitur ipsi quidem per totum certant: imitantur autem pauca & raro. hic vero cum pauca exorsus fuerit, illico inducit virum, vel mulierem, vel alium quempiam morem, & nullum vacuum à moribus, sed habentem mores.

Cum ostendisset hexametrum versum, vnum ex omnibus esse aptum epopœiæ: confutatis rationibus aliorum, qui aliud genus carminis eò transtulissent, aliud præcipit, quod & ipsum seruatum magnum fructum fert epicis poëtis. Hoc autem vidisse etiam Homerum narrat, qui viam summe laudis in eo studio consequenda nō stravit omnibus, artificium ipsius intelligentibus. à commendatione autem illius orditur hoc documentum. nam superius etiam bonum cognovit Homerus, egregieq; illo vsus est, quamuis ipsum illic non appellaret Aristoteles. Vnde ad aliam rem transiens, non importunè laudibus ipsius nouum præceptum auspicatur. accommodatum autem valde hexametrum esse epico poëmati, non tantum significavit Homerus, cum uno illo versu ambo bus in operibus tam magnis, tamq; variis, constanter vsus sit, sed etiam dictus est ab Horatio omnibus monstrasse, quo versus genere materiae illæ scribi possent, quasi ille auctor eius extiterit: nec ante Homerum quispiam eo carmine vsus fuerit in epico argomento tractando, quod tamen non tradit dux nos & magister. Sed potius utilitatem eius uersus non in ea re tantum, sed simili etiam pariq; ab omnibus cognitam, summoq; consensu comprobata, affirmat. Sed hoc nunc relieto, admonere uult epicos auctores, ut raro admodum sua ex persona aliquid promant: sed statim, ut posfunt, personam aliquam inducant, cuius mores diligenter exprimant. Hoc autem summa cura tractasse Homerum uidens, cum ceteri omnes in eo lapsi sint, ac pene ab artificio suo munereq; recesserint: admiratus

inge-

ingenium hominis, effundit se hic quoque in laudes ipsius, atque inquit. Homerus autem & aliis multis de causis dignus est qui laudetur, & non parum, quod unus ille è numero poëtarum omnium non ignorauit, quæ suæ partes sunt: quodq; expectari merito à se debet, si persona suæ seruire mult. Explicat autem hoc Aristoteles, patefacitq; utilitatem huius rei: nam qui quis nullo negotio uidere potuisse facere hoc Homerum: nec tamen quid boni in eo foret, cognouisset: ille uero & hoc subtiliter uidit, & quid longa animi prouisione notasset, nobis etiam notum esse voluit. inquit igitur. Ipsum enim poëtam oportet pauca admodum dicere, suaq; ex persona loqui: nam quin se immisceat aliquando in medios sermones, facere non potest. Reddit autem statim rationem cur poëta pauca admodum debeat suo ex ore proferre. Non enim est, inquit, in his omnibus, quæ suo nomine edit, imitator: id est amittit penè eo tempore nomen poëta: in imitatore nanque omne ipsius officium positum est. Ut autem initio huius præcepti exponendi rulerat in coelum Homerū, ita nunc ceteros poëtas reprehendit, qui quid oporteat ipsos facere, ac magnam partem officij sui non cogouerant. inquit igitur, contemnens illos. Ceteri autem omnes per totum, id est omni in parte poëmatis concordant, & quasi in puluerem descendunt: cum raro admodum immiscere se cum illis, quorum personas imitantur, dererent, & certis quibusdam in locis tantum: & eo quidem tempore paucis agere. adiungit etiam, cum ostendisset eos getere quod opus non erat, ipsos omittere quod toto pectore amplexari debebant. Hoc autem est quod inquit. Imitantur autem pauca & raro. tota igitur via hi errabant. Ut autem hos, indicatis explanatisq; eorum vitiis, vituperauit, ita Homerum, qui contrarium fecerat, patefactis ipsius virtutibus, verè à se laudatum declarat: ait enim. Hic vero cum initio tantum quadam locutus fuerit, quæ proenij vim habent, ac connectunt narrationes illas, subito relicta sua persona, inducit virum, vel feminam, vel alios quosdam mores: quibus postremis verbis ostendit se, cum ait virum, intellectissime Homerum in viro aliquo inducendo solitum exprimere mores virilis sexus, ac loci etiam condicionisq; quam in vita ille habebat. ut etiam, cum inquit feminant: nam certos etiam mores mulieribus sexus habet, quos variant tamen aliquatum diversæ fortunæ in eo ipso sexu. Addit autem, quod consilium penitus poëta aperit, nihil ipsum inducere expers morum, & quod speciem aliquam eorum non habeat: ad neutrum enim genus transit, quod seruat ad extremum huius sententiae: quamvis cuncta hæc, in omnibus calamo exaratis virili genere, accusandiq; casu posita legantur, quæ lectio multo planior est: ita enim illi habent, καὶ οὐδὲν ἀνθρ., ἀλλ' ἔχοντες θῆσος. Non igitur, si scriptura hæc fidelis est, contentus fuit dixisse Homerum nullum hominem vacuum à moribus in poëma inducere: sed rei magis explanandæ causa, virtutisq; ipsius declarandæ, adiungit omnem hominem ipsum solitum inducere prædictum moribus, & in quo similitudo magna huius rei appareat.

Δεῖ μεν οὐδὲ εἰ τοῖς πράγμασι ποιεῖν τὸ θαυμασόν: μᾶλλον δὲ εἰδεῖ χεῖται ἐπὶ τὸ ποτόντοις καὶ τὸ ἀλογον. διὸ συμβαίνει μάλιστα τὸ θαυμασόν, διὰ τὸ μὲν ὅραν τὸν περιποτόντα. ἐπεὶ τὸ ποτόντος θεωρεῖται, τοιούτοις οὖται, γελάσις δὲ φανέν: οἱ μὲν ἐσώτεροι, καὶ οὐ διώκοντες: δὲ, αὐτούσιν. ἐν δὲ τοῖς ἐπεισ λανθάνει: τὸ δὲ θαυμασόν οὐδὲν: σημεῖον δὲ: πάντες γέρε προσιστέντες ἀπαγγέλλοντο, ὡς χαριζόμενοι.

Oportet quidem igitur in tragediis facere admirabile: magis autem contingit in epopœia quod ratione caret, ob quod euenerit maxime id, quod admirabile est, quia non spectant in eum, qui gerit: quia ea, quæ ad Heretoris insectationem, in scena existentia, ridicula utiq; apparerent. Hi quidem, stantes, & non persequentes: hic vero remuens, in epico vero car-

mīne clām sūnt. admirabile autem iucundūm est. cuius rei signūm est: omnes enim addentes aliquid ei, quod factūm est, nuntiant, vt rem grātam facientes.

Affert aliud, in quo vincit epopeia tragœdiam: supra enim quoque docuerat superare ipsam eandem, quod facilius quam illa potest proferre magnitudinem suam: habetq; quiddam in se positum, mirificè hoc ipsum adiuuans. Utigitur necesse habent & tragicus & epicus poëtae extendere corpus suarum fabularum, ita utiq; summo studio excitare debent admirationem, fingentes aliquid in fabulis suis, quod aptum ad hoc sit: commune nanque hoc amborum est. hoc autem minore negotio epicus efficit, quod ostendere uult Aristoteles: ita verò id constituit: docetq; nullam rem plus valere ad admirationem gignendam, quam fingere quippiam, quod alienum à ratione sit: nec consentaneum ullo modo esse videatur. huiuscemodi enim ferè sunt ea, quæ admirationem mouent, vt noua & inexpectata. Hoc autem in tragedia maiore cum periculo fit, ac non sine iusto metu tentari illic potest, quia rem eam absurdam esse, ac repugnare rationi apparet: apparet autem, quia agitur: & oculis omnium, qui in scena sedent, subiicitur. penè igitur exclusi sunt tragici modo hoc, viaq; aliquid admirabile sine periculo confandi: epicis verò tutius multo, vt exemplo Homeri demonstrat, hoc aggreduntur, quia non cernitur oculis aliquid illic, sed narratur. in narratione vero latent hæc: nec intelligitur tam facile illic quippiam repugnare rationi: nec minus tamen ea de causa ipsum admirationem gignit. Sed hæc ex uestibus auctoris eliciamus. Cum igitur dixisset in tragedia sane etiam importare fingere aliquid quod admirabile sit, addidit, Magis autem contingit in epopeia, quod ratione caret: lego enim ἀλογον: non ut prius in excusis erat, αἰλογον: cui verbo (nisi fallor) locus hic esse nullo modo potest: cum contrà, illud, quod restitui, mirificè hoc loco quadret: quare ausus sum, uestitate sententiae mehortante, ita emendare. Nam quin infra de eo, quod absonum uidetur, & alienum à ratione, disputet, dubitari non potest. Exemplum certe Homeri huiuscemodi est: omnisq; ille locus, quo Achilles Hectorem sectatur fugientem: interdicitq; nutu capitis militibus Græcis, ne in eum tela coniiciant: illi autem manibus dimissis manet, & exitum eius pugnae, tanquam spectatores in theatro essent, non milites in acerri- mo prælio, expectant. Adiuuat etiam non parum coniecturam meam locus huic ualde similis, qui est paulo infra, ubi aperte ἀλογον appellantur. Quare hic quoque cum inquit τὸ μὲν τὸν διάφερον, aut ἀλογα sunt intelligenda, aut certe facta illa & loca, quæ quin à ratione vacua sint, negari non potest: illic uero agitur de insulsis illis sententiis, quæ prope sunt eum locum, quo Ulysses in Ithacam exponitur. Quod igitur inquit Aristoteles (uestra enim ipsius rei explanandæ causa ponam) μᾶλλον δὲ τὸ θέατρον οὐ τὸ ἐποποίησθαι, ualet (ut opinor) Magis autem locum habet in epopeia id, quod expers est rationis: faciliusq; illic tractari potest: εἰδέχεται enim arbitror significare, locum in ea habet, & commodius illic recipitur. nam quod sequitur. οὐδὲ συμβαίνει μᾶλλον τὸ θεατρόν, manifesto significat, ob quod, scilicet ἀλογον: & quod expers est rationis, evenit ac nascitur quod admirabile est: vt enim ipse supra disputauit, illud præcipue, quod parum consentaneum est, nec uideretur effici ullo pacto potuisse, habet eam uim, ut admirationem gignat. Quod itidem hic prius perpetravat, tanquam adverbium foret, emendaui sciungens partes, quæ errore libratorum coaluerant: feciq; ut esset δέ, id est opera cuius, ac ui. τηρησάντεν enim ualeat hic, quod solet, evenit ac conflatur, id est nascitur inde, & habet plerunq; eum fontem. Reddit autem rationem statim eius, quod supra dixerat, facilius ferri posse in epopeia, quam in tragedia, sedemq; magis illic habere id, quod expers est rationis: fieri enim dicit, quia is qui audit non habet directos oculos in eum, qui gerit: neq; perspicit eam rem: quod in tragedia fit: tantum enim auribus accipit quod exponitur. Quare non intelligitur id esse præter rationem, ac nullo modo uerisimile, vt intelligeretur, si res oculis subiecta foret: ipsi enim planius, siquid uitij illic est, notare possunt. Probat autem hoc illustri exemplo: docetque si id, quod ab

Homero

Homero tractatum est sine ulla reprehensione, à tragico quoq; in scena ageretur, habitum iri insulsum, risumq; spectatoribus sine dubio excitaturum. id autem in diuerso poëmate diuersam uim habet, quia fallit in narratione, clamque auditore est, quod absurdum illic est: in actione vero, in qua tota res ponitur ante oculos spectatorum, non fallit, quem autem locum Homeri intelligat, apertum est: à meq; supra indicatum. sed etiam prius hoc Robortellus animaduerterat, accurateque explicarat. Valet uero multum ad hoc declarandum omnemq; dubitationem tollendum, quod virtutem eodem uerbo Aristoteles in ea re ostendenda, quo poëta ipse usus fuerat: cum enim insulitatem rei monstrans, inquit. ὁ δέ αἰρετος, Homerus gestum illum corporis exponens, cecinit. Λαούσιν δέ αἰρετος χαράκτης διε Α' χιλίων. Eum autem locum transtulit Virgilius in Aeneidem suam, cum finxit Aeneam sequi Turnum perterfactum, reliquo omni exercitu à pugna cessante. Subtiliter vero hic eruditus magister ostendit quid absurdum illic uideatur: explanatq; id uitium, quod tegitur apud auctorem, quia narrando imitatur, non agendo. illud autem est, quia uniuersæ copiæ Græcorum stabant, & non insectabantur hostem fugientem: quod eorum munus erat: Achillesq; capite Græcis uatabat, ne ipsum uulnerarent. asperitus igitur illorum stantium, fortissimiq; uiri suis interdicens ne in Hectorem tela conicerent, ridiculus futurus fuit: in epico tamen carmine, id est in poëmate, quod rem uestibus exponit, hoc latet. Adiungit auctor, quod admirabile est iucundum esse, ac uoluptatem gignere, significans, ut iucundum poëma efficient, suauitatisq; plenum, operam dare poëtas ut fingant aliquid admirandum. admirandum uero nulla ratione tam facile conficitur, quam, ut supra ostendi, rem aliquam, quæ auerafa à ratione sit, constituendo. hoc vero, ut docuit, minore cù periculo tentant epici. Quod uero admirabile est uoluptatem gignere in primo etiam libro de arte dicendi iisdem uestibus protulit, nisi quod illic ostendit id plerunq; contingere: sed etiam Cicero hoc in partitionibus ita se habere affirmauit: ipsius enim hæc verba sunt. Fit etiam suavis oratio, quum aliquid aut inuisum, aut inauditum, aut nouum dicas: delectat enim quidquid est admirabile. Argumento etiam quopiam confirmare voluit, quod in extremo dixerat. quidquid admirabile sit, id etiam iucundum esse: atque inquit, hoc etiam declarare, quod cuncti, qui rem gestam nuntiant, aliquid ei adfigunt: nec contenti sunt rem, ut fieri viderunt, aut ab alio factam acceperunt, exponere. id vero ipsos facere inquit, quia quo magis rem admirabiliorē fecerint, eo magis putant se rem gratam facturos iis, quibus id narrant: non enim studere inquit ipsos rem augere alia de causa, nisi ut oblectent auditores. Cicero etiam in prima Philippica moris huius meminit tradens, eos, qui sibi discedenti ex Italia narrarent, quæ Romæ facta essent, hoc seruasse. Quod ἀπαγγέλλοντι inquit, vñus est verbo illo, vnde poëma hoc ipsum vocatum est ἀπαγγέλλει: quia poëta hi funguntur officio nuntij, atque expoant commemorantq; quid factum sit. Notandus etiam est modus loquendi, alienus à consuetudine, quod inquit εἰπεῖς δὲ τὸν πράγματα, & hō δεῖς τὸν πράγματα, nisi potius credi debet ille proprius esse Atticorum; atque exprime re mirifice id, quod auctor vult: neque enim significare tantum uult auditorem non videre eum, qui gerit eam rem, quam oculos haberos à respectanda: occupatumq; totum esse in ea audienda: scit enim in eo genere poëmatis res gestas non lumenibus, sed auribus, accipi. Ut opinor autem facit hoc ad eum locum, quo præcepit in coagmentatione rerum esse obseruanda quæ nascuntur à sensibus, necessariò comitantibus poëticæ, quia illic sæpe numero à multis peccari soleat: hoc enim (nisi fallor) vñum eorum est, in quo, nisi aliquis diligenter caueat, facilis errato locus sit.

Δεδίσθε χεὶς μάλιστα. Οὐ μήρος ήγει τὸν ἄλλους φαῦλη λέγειν, ὡς δέ: ἔστι δὲ τὸν παραλογισμὸν: διὸ γέγονε γαρ οὐδεποτε, δταν τοῦτο οὐτος τοῦτο δέ, οὐ γνωμονίου γίνεται, εἰ τὸ πρότερον ἔστι, οὐτος τὸ πρότερον ἔστιν οὐτεθαύει: τὸ δέ ἔστι πρότερος. διὸ δέ, οὐ τὸ πρώτον φαῦλος, οὐδὲ οὐδὲ τούτου οὐτος, αὐτόγνης ἔστιν οὐτεθαύει οὐ προσθεῖναι: διὰ γὰρ τὸ τὸν παραλογισμὸν οὐ, παραλογισμὸν οὐ μάλιστα τὸ πρώτον, οὐτος οὐ.

Docuit autem maxime Homerus & alios falsa dicere, ut oportet: est autem hæc captio quedam: putant enim homines, quando hoc existente hoc fuerit, vel cum sit factum fuerit, si posteriorius est, & prius esse vel fieri. hoc autem est mendacium: ob quod iam vtiq; primum mendacium: sed neque hoc existente necesse esse, vel factum esse, vel adponere. quia enim scit hoc verum esse, capitur fallacia illa noster animus: & primum, ut existens.

Eius, quod à ratione vacuin est, atque ἀλογον in disputationibus de fabulis vocatur, meminerat modo Aristoteles: idq; magnopere aptum esse tradiderat ad gignendam admirationem: qua in re praestanda, huius ipsum rei auxilio, vincere poëma epicum ostenderat tragœdiam, in eo, quod expers est rationis: similitudinemq; haberet rei absurdæ, manet etiam sèpè mendacium. & hanc causam esse puto, cur nunc differat de ratione falsam rem aliquam inferendi in animos hominum: cuius rei recte ordineq; facienda auctorem fuisse narrat Homerum: docuisseq; ipsum ceteros affirmat, quomodo id callide confici posset. Hocigitur est (nisi fallor) quod eruditissimum hunc huius artis magistrum impulit, vt nunc de eo disputaret, & hæc videtur sententia esse huius loci. Inquit autem. Docuit autem maxime Homerus & alios res falsas exponere ut oportet: quibus verbis arbitror significare ipsum voluisse, Homerum non tantum hoc astute & ratione quadam vtili, quum opus fuit, tractasse, verum etiam viam modumq; reliquis indicasse, quo hoc cum laude praestarent, & ut ea res meliore modo geri administrariq; potest: hoc enim puto valere quod ait. οὐδε: neque ita accipio hæc verba, vt Paccius interpres accepit: existimò enim auctorem laudasse Homerum, non tantum quia docuerit alios mendacium proferre, sed quia veram rationem hoc efficiendi monstrarat. οὐδε igitur, id est recta ratione & via: ante ipsum enim quoque aliqui falsis vrebantur, sed nondum veram cernamque rationem huius rei inuenierant. quod verò supra dixerat maxime hoc ipsum fecisse, significauit alios etiam hoc attigisse, sed in primis hoc Homerū recte tractasse. Explicat autem statim, quod obscurè dixerat: affirmatq; genus id fallaciæ esse, quo vafri ingenij homines, peritq; dialectices imponant rūdibus, & qui notas non habeant captiones, quæ in disputando fiunt. Callidum igitur hoc genus decipiendi imperitos excogitauit Homerus, quod aperit Aristoteles, & radicem huius erroris ostendit his verbis. Putant enim homines, quando hoc existente hoc fuerit: vel quando cum id sit, factum fuerit, si posteriorius est, & prius esse, vel fieri. intelligit autem elemchum illum, simulatumq; genus confutandi, quod nascitur à consequenti. labuntur verò idiote, quia arbitrantur, vt in libro sophisticorum Elenchorum inquit, retro agi, conuertiq; consecutionem: quod prorsus falsum est: neque enim id semper fit, neque in omnibus rebus: sed in iis tantù, quæ vndiq; pares atque aequales sunt. Quare non tutum est ita argumentari: sèpèq; fraudis illic aliquid subestram cum id contigit, non vi argumentationis ipsius contingit, quæ fallax est, sed natura eorum rerum. Cum autem hic ostendat non id solum locum habere in his, que iam sunt, sed in his etiam, quæ adhuc fiunt, vt si cius generis sunt, ut posteriorius priori comitem: ac si id fiat eo tempore, ipsum etiam fiat: in Elenchis sophisticis meminit tantù eorum, quæ sunt: nam inquit. ὅταν γέ τινας εἴη αἰάγματα; non contentius verò hic fuit id in his indicasse. Emendauit autem hunc locum, qui deprauatus erat, secutus fidem scriptorum librorum; restituìq; quod defecerat. ηθοί. Videlicet verò accurate, quid valeant ea verba, τὸν δὲ ἐπιθέματα, an prolata ab auctore sint eo animo, vt doceat falli magnopere in hoc imperitos, qui existimunt hoc valeat ad aliquid probandum: veramq; esse argumentationem illam, cum falsa sit: ita enim interpres accepit, qui vertit. Quod quidem mendacium est. siue potius ostendere voluerit duobus modis contingere, ut ratio illa inanis sit: & quia posteriorius, quod dicitur esse, non est: falsumq; illud totum esse, quod dicitur esse. Quare adiungit sequi inde etiam, vt primum falsum sit, quod opere ipsius confirmabatur: hanc enim vim habere videntur, quæ sequuntur verba. οὐδὲ αὐτὸν πρῶτον φύσις. intelligens autem Ma-

dius

dius non posse illa quadrare alteri sententiæ, corrupta putauit, atque ita correxit, vt ipsi conuenirent, nihil tamen ipse varietatis in scriptis libris ea parte inueni. quare conatus sum inde commodam aliquam sententiam elicere: quod (nisi fallor) praestiti. Id etiam, quod sequitur. ἀλλὰ τότου ὅτος (manifestò enim ita legi debet, ut sanè etiam quidam calamo exarati habent) hoc confirmat. proximè inquam egisse auctorem de illa ratione, quando id, quod posteriorius uocat, falsum est. nam ait. Sed neq; etiam cum hoc ipsum (posteriorius scilicet & auxilio cuius probare se putant posse, quod prius est) est, id est verum est, & ita se habet ut dicitur, quicquām roboris est in ea argumentatione: necesseq; est esse primum illud: aut si dictum posteriorius est fieri, neccesse vlo modo est primum etiam fieri: hoc enim concise significauit, cum ait. ή ριώται. Huc usque igitur (nisi fallor) satis bellè res procedit. in eo verò, quod sequitur, scrupulus est, difficultasq; non parua, quod inquit. ηρόδεων: neque enim perspicitur quid adponi debeat. in primo sanè libro de arte dicendi, quo etiam in loco vtitur eodem hoc verbo, differens de enthymemate, quod vna tantum propositione contentum est: quomodoq; id fiat docens, tradit, quod desideratur ad ratione concludendum, ipsum auditorem adiungere. & paulo post iterum inquit, quod in exemplo quod ponit, apertum ac valde notum est, noui debere adiungi, quia omnes homines id illo modo se habere cognoscunt. in libro etiam iij de moribus ad Nicomachum vtitur nomine inde conformato, πράξεις: quod valet accessio. huiuscmodi igitur aliquid hic valeat verisimile est: & si me non fallit, alias etiam notiones huius uestri. Sed quia vereor magnopere ne hic macula aliqua sit, non libet mihi de hoc amplius quære. Causam autem afferit huius erroris, docetque quid in fraudem rapiat homines, non omnino stultos, hoc pacto. Quia enim scimus hoc verum esse, quod scilicet primo illo posito consequitur. Verbi gratia (hoc enim ipse exemplo usus est) cum contingat: cum imber ceciderit, tellurem madefieri, visa nos illa madefacta, pluviaque aspersa, illico pluisse dicimus: quod necesse non est: aliis enim de causis solum terræ madefieri potest, non tantum cœlesti imbre. Ut igitur in hoc exemplo maneamus, quia compertum nobis est terram aqua aspersam esse, hoc enim oculis cernimus, animus nostro decipitur: & primum etiam verum putat, esseq; ponit, id est pluisse: in ea enim consecutione primum id fuit: consequitur autem tellurem aqua aspergi. Usus verò est eo verbo παραστήσει, quia sophistæ vtuntur genere hoc captionis: imponuntq; auxilio etiam huius fallaciæ, vt aliarum non nullarum, imperitis. Locus è iij libro de arte dicendi valet, vt opinor, multum ad hunc locum illustrandum: illic enim quoque testimonio Homeri auctor probat, quod vult: id autem similitudinem aliquam habet cum eo, quod precipit hic Aristoteles: à consequentibus enim docet cōstitui: inquit igitur πλάστας τὰ τελεῖα τοῦ Οὐκέτου εἴναι, οὐ γάρ εἴ φυγενταχετοχειριπότητα. Hoc vero facere, quod anum illam eo tempore fecisse dixit, signum est, vt ipsem tradidit, qui statim inquit, eos qui flere incipiunt, constuisse in anum oculis admouere. Vnde supra rationem hanc vocavit ἐπιφορα. Illustre autem exemplum huius fallaciæ, & quod ad rem falsam constituantur. adhibitum est, inuenitur apud Boccacium nostrum in v. fabella secundæ diei, vbi quomodo impurus homo, qui vigilabat, fidem fecerit vicinis, se tuincè profundo somno excitatum, significauit. inquit enim ipsum exerto capite è fenestra (accensa autem erant in tota vicinia illa lumina) tunc oscitasse, & manibus oculos pressisse: quod facere soleat, qui ex gravi somno excitantur. vnde stulte qui viderunt, credidere, sequuti illa signum, ipsum paulo antea dormisse. Sed alia etiam exempla huius doli ex eo: ingenioso scriptore fumerentur: & sane quicunque imponere volunt: persuaderéq; quod falsum est, si arte hoc faciunt, huc recurrent, quum inuentor fuerit huius callidæ rationis Homerus, qui crebro eximieq; quum oporebat, suo in poëmate finxit aliquos hoc facientes. Verba, quæ testatus est Robortellus inueniri in Mediceo libro, cum à me quoq; & in eo ipso exemplari, & in alio etiam reperta sint, non omnino contemne da puto: presertim cum auctorem huius fallaciæ rationis tradat Aristoteles fuisse Homerum, apud quem de hac re copiose agitari induciturque Ulysses pedes lauandos præbere nutrici, qua occasione ille agnitus ab ea est ex cicatrice: notum autem est ve-

Y iiiij teres

teres scriptores partes plurimas Homericorum poëmatum à rebus, quae illic geruntur, appellare consueisse. Verum quia nihil illic video, quod faciat ad hanc fallaciam disputandi: agnitionis; cui illic opera datur, non hoc pacto facta est, sed à signo aduentio profecta, vereor ne intelligenda sit fabula Sophoclis, cui Niptra nomen impositum fuit: illic enim quippiam tractari potuit, quod hoc pertineret: luculentusq; exemplum huius captionis foret. Sed dubium etiam est, sint ne hæc uerba auctoris, siue ab aliquo olim in margine alicuius libri adnotata fuerint, qui præterea ostendere voluerit duci posse exemplum aptum ad hanc fallaciam demonstrandam è fabula illa Sophoclis: nam videtur absurdum, cum Aristoteles docuerit principem fuisse huius fallacie Homerum: docuisseque ipsum quomodo reetè ordinęq; falsi aliquid proferri posset, in exemplo postea afferendo usum eum fuisse auctoritate aliis poëtæ. Et ramen quantum ex natura eorum verborum perspici potest, præcipue autem ex coniunctione, quæ in eorum ordine secundum locum habet, illa potius legitima auctoris sunt existimanda.

Πλοαρχεῖσθαι περιδιάλεκτα μακρον διωκτὰ ηγετικά.

Elegereq; impossibilia & verisimilia, potius quam possibilia & nullo modo probabilia.

Aliud nunc præcipit, quod & ipsum cognitum, ac diligenter seruatum, non mediori auxilio erit poëtis: docebitq; ipsos quam potissimum materiam, aptam fini suo consequendo, sumant, occurtere enim ipsis possunt argumenta, ita inter se diuersa, ut earum alterum è genere sit eorum, quæ effici nequeunt: alterum verò ex illis, quæ exitum habent: nec tantum effici possunt, sed etiam nullo negotio fiunt. Cum igitur videatur repudianda omnis materia, quæ continet quippiam, quod fieri non possit: anteponendaq; ipsi ea, quæ facilem euentum earum rerum habet, atque intelligitur ab omnibus cotidie usu uenire, admonet acutissimus huius studij magister poëtas, ut si illi materia, quæ effici non potest, adiunctum fuerit, ut verisimilis sit, crediq; facile possit gesta esse: altera verò, quæ effici potest, aliena sit ab opinione hominum, nec videatur probari posse eam factam, priorem sumant: posteriorem verò hanc, non aptam consilio ipsorum, relinquant: finis enim poëtarum est adipisci assensum eorum, qui audiunt: quare accommodate se debent ad eorum iudicia, & ea proferre, quæ sint apta ad persuadendum: quamuis aliquando sint, si verè spectentur, beneq; de illis existimetur, eius generis ut nulla ratione possint effici. Hoc, quod nunc sedulo præcipit, infra etiam repetit, ubi docet quomodo dissolui possint, quæ vitio dantur poëtis: ait enim studio artique poëtarum magis expedendum esse id, quod fieri non potest, si aptum est ad persuadendum, quam quod fieri potest, si alienum est ab existimationibus hominum: quare falsò scepè insimulari poëtas, qui hoc commiserunt. Capere vero ipsum hic èk; pro mētrā perspicitur fas aperte; ut enim διωκτὴ contrarium est eius, quod dixerat ἀδιάλεκτα, ita ἀπίδιάτης, eius, quod uocarat εἰδότα: hoc autem fecit, quia quæ verisimilia sunt, uim habent persuadendi, & facile irrepunt in animos eorum, qui audiunt. Quid ad integratem lectionis facit, vidi calamo exaratum librum, in quo præterea est, οὐ: ita enim in eo legitur. προφέθεια περὶ διάλεκτων: nec tamen statuere possum positum ne id ab auctore fuerit, cuius sententia necessaria proorsus hic est, quia erat consuetudinis Atticorum sèpe id in sermone omittere, cuius sermonis fuit studiosissimus Aristoteles. nam initio quoque Analyticorum priorum, id desiderari maluit, quam illuc aperto legi quis igitur scit; an rei declarandæ causa adiunctum hic ab aliquo fuerit? Eodem pacto coniunctio οὐ, quæ infra bis ponitur, abest à duobus libris. Sed haec quoque sit me an non sit, parui omnino refert: nam infra eo loco, quem indicauis, ubi eandem sententiam repetit, semel posita est. Semel verò relicta. Non oportet autem in his præceptis certum aliquem ordinem requirere: ut posterius scilicet à priore prorsus aptum sit; neque enim in his nunc rebus admonendis,

quæ

quæ poëtam instruunt, documentaque artis eius dant, series illa penitus necessaria est. Hoc verò verum esse, facile intelligi potest.

Τούτε λόγους μηδεπίστεθαι εἰ μήδων ἀλόγων, ἀλλὰ μαλάτια μετὸ μηδὲν ἔχειν ἄλογον. εἰ δὲ μή, ἔξω τῆς μαθημάτων, ὡς τῷ Οἰδίποτος, τὸ μὴ εἰδέναι πάντας ὁ Λάιος ἀπέδεινται. ἀλλὰ μήτι τῷ θράματι, ὡς τῷ Ηλέκτρᾳ οἱ τοῦ πύθια ἀπαγγέλοντες: ή τοῦ Μυστοῦ, ὁ ἀφωνος εἰς Τεγέας εἰς τὴν Μυσίαν ἴκεται.

Fabulasq; nō constitutere ex partibus ratione carētibus, sed maximè quidem nihil habere vacuum à ratione. Sin autem, extra fabule compositionem, quemadmodum Oedipus, non scisse, quomodo Laius interierit: sed non in dramate, quemadmodum in Electra, qui Pythia nuntiant: vel in Mysis qui sine voce è Tegea in Mysiam venit.

Auctor est, qui studium ipsorum vndiq; expolire conatur, Aristoteles poëtis, tragicis simul atque epicis: (hoc enim commune vtrorumq; præceptum est) vt videant ne in constituendis rebus, argumentisq; fingendis, sit aliquid absurdum, ac nullo modo consentaneum: hoc enim, si penitus præstare id potuerint, afferre putat ipsis plurimum laudis. Verum quia difficile admodum est à principio usque ad exitum fabulam perducere, in qua nihil huiuscemodi inueniatur: raroq; hoc poëtis etiam bonis contigit, docet si omnino id præstari non potest, vt omnis fabula prorsus hoc malo libera sit, multo facilius id tolerari posse, si extra compositionem rerum, omne hoc, quod parum consentaneum est, extiterit. Hoc igitur est, quod nunc sedulo præcipit. λόγος autem videtur hic appellasse omne corpus fabulæ: nam λόγος etiam in aliis multis, quæ significat, valere fabulam, remq; commenticiam, appareat multis exemplis veterum scriptorum, & auctoritate etiam grammaticorum, iubet igitur poëtas toro animo prouidere in arguento texendo, ne partes vllæ illic sint absuræ, & quæ contineant in se aliquid parum consentaneum, sed in primis dare operæ ipsos debere, ne quicquam illic huiusmodi sit. addit autem, intelligens præclarè quam hoc sit arduum atque operosum. Sin autem: hoc scilicet obtineri non potest, extra veram fabulam, atque ea, quæ geruntur eo tempore, illud collocandum: hoc enim videtur intellexisse, cum inquit ἔξω μαθημάτων: valer enim hoc idem, quod aliis locis inquit ἔξω θράματος, vt multo supra, de eadem hac persona differens, τοῦτο μηδὲν ἔξω τῶν θράματος: & non multo posteriori, ubi tradit, qui sit verus usus machinæ: sed etiam ἔξω τραχυδιάστας, idem significans, aliquando dixit: vt statim post priorem duorum horum locorum: quo sanè loco, idem, quod hic, vno tantum hoc verbo variato, præcipit: ait enim. αλογον δὲ μηδὲν εἴναι εἰς τοὺς πράγματον: εἰ δὲ μή, ἔξω τραχυδιάστας οὐ τοῦ Οἰδίποτος τῷ Σοφοκλέους. Nam idem significare μέθομα & θράμα hoc loco intellegitur etiam ex eo, quod hic adiungit, ἀλλὰ μή τῷ θράματι. Exemplis verò comprobate quod dixerat, volens, docet hoc fecisse optimum omnium tragicorum in optimâ fabula: cuim enim ipsi non licuisset contexere ita res illas, argumentumque componere, vt nihil illic absolum foret, id quod necesse habuit recipere, & sine quo fabula manere non potuit, fuit extra res illas, quæ in scena tunc aguntur: ut multo minus ipsum hoc pacto peccasse apertum sit: carere namque ratione videtur, Oedipo notam non fuisse rationem modumq; quo Laius, qui ante ipsum Thebis regnarat, imperfectus fuerit: inducit enim ille huius atrocissimi casus omnino inscius: est autem à ratione vacuum hoc, quia cædes clarorum virorum, regumq; ignotæ nemini esse possunt, qui in illis locis viuat: nequum summo homini, atque ei, qui in regno ipsi successerit: debebat enim ille totum hoc diligenter, suæ saltem salutis causa, perscrutari: ac leui etiam de eo facta cogitatione suscepta, totam rem subito percepisset. Hoc igitur parte tantum laborat nobilissima fabula: ceteris verò in rebus perfecta & ab omniliabe vacua est. Ut autem illic ferri hoc potest: nec magnam aliquam

aliquam culpam subit poëta, qui hoc commisit, ita in alia tragedia idem itre optimo reprehenditur, qui in media actione, rebusque quæ ea die geruntur, in idem viatum incidit. Inquit igitur Aristoteles, quantum potuit declinasse hunc scopulum Sophoclem in Oedipo tytanico, cum extra fabula compositionem, & non in drâmate, rem penè absurdam induxerit. Electra verò fuit, ut narrat, & ut perspicere licet, in qua magis peccauit: qui enim illic tanquam nuntij exponunt, quid in Pythiis gestum sit, contra verisimile id faciunt: & locus ille rationi repugnat: nec tamen ipse; vt in priore exemplo fecerat, declarat, quid illic contra rationem sit. Repugnare autem existimatur, quia aetate Orestis, ludi illi nondum instituti fuisse dicuntur, quomodo igitur id, ea ratione vñ uenire ac contingere potuit: vt scilicet adolescentes ille, dum illic quadrigas agitaret, curru fracto, impetu equorum abreptus, necaretur. si nihil huiuscmodi illo tempore siebat. Scholion etiam illic tradit, id commissum esse à poëta *αἴσχυλος*: quæ figura, licentiaque reperitur aliquando usurpata à poëtis, quæ nanquam sunt ipsorum tempestate, tribuunt temporibus priscis ac personis antiquis, quæ ab ipsis inducuntur in aliqua parte poëmatis. nec vitio valde hoc poëtis datur: putaturque affine esse alicui magnæ culpa. hic tamen potuit illud vitiosus existimari, quia facit multum ad finem earum rerum: totaque illa communitas ac ficta, in hoc fundata est, quod si hoc inane esse falsumque intelligitur, tota illa narratio simul labefactatur, hoc igitur facere potuit, ut ab Aristotele consilium Sophoclis multum reprehenderetur. Aeschylus certè, qui eandem fabulam docuit, quamvis alio nomine appellari: & eosdem illos simulações nuntios fingit mortem Orestis Clytemnestrae Aegisthoque narrasse, nihil huiuscmodi cominiscitur: nec mentionem ullam Pythiorum facit. Sed tantum inducit eos dicere Orestem mortuum: sequitur iussos esse hoc ipsis exponere à Strophio Phocensi, cum accepisset ipsis illucaliis de causis iter facere, Argosque venire debere. hoc (ut opinor) aliquid facit ad probandum, quidquid est hic absurdum, in eo manere, nam rem prorsus ita se habere non affirmari: cum enim ratio illa Sophoclis valde probabilis fuerit: sepe nanquam huiuscmodi aliqui casus illic incidebant, & adolescentes nobiles, ac cupidi gloriae, illic exercabantur, in mentem etiam prius id Aeschilo venire potuit: fingere inquam eo pacto Orestem interfectum. Alterum exemplum rei, parum consentaneæ, ubi magis offendit, collocare, acceptum est à Mysis, fabula, vt suspicari licet, Sophoclis, cum superiora etiam duo exempla ab eodem tragicō sumpta sint: nihil enim affirmo, quia grauis testis Plutarchus commemorat Agathonem etiam Myson docuisse in primo capite iij. libri Symposiacorum: nam Sophoclem scripsisse tragediam Myson appellata in indicat Atheneus, & Hesychius, qui sàpè testimonia ipsius ex ea fabula citant. Hoc autem in ea parum verisimile (ut opinor) erat, quod induxerat quandam è Tegea, Arcadiæ oppido, in Mysiam nulla edita in tam longo itinere voce, venisse: hoc enim arbitror valere eo loco *αἴσχυλον*, non mutum: sensusque (nisi fallor) ita magis quadrat: neque enim mihi non fieri posse videtur, vt mutus homo multo maiora spatia terrarum conficiat: nullo autem modo probabile est, aliquem tacitum tantum tempore mansisse: tam longum enim quoque silentium ipsius suspicionem contibus & hospitibus mouisset. Ita autem (ut opinor) ille inductus fuit, quia si loqui ceperisset, statim è sermone cognitus fuisset: atque ita fabula omnis interfuisse, aut aliquid maius incommodum natum esset. Hoc mihi, vt in re obliqua & incerta, fas quis quadrare visum est.

Ωστε τὸ λέγειν, ὅτι αὐτῷ επιτὸ δῶν ὁ μῆδος, γελῶσιν: ἐξ αὐτοῦ λέγεται οὐ δὲ σωματικού ποιούποιο: δῶν δὲ τὴν, καὶ φαίνουσιν λογώτερον, ἀποδέχεθαι καὶ ἀποποντον. ἐπεὶ καὶ τὰ τὸ Οὐδοντία αἰτητα, τὰ τῶν τὴν σκληρούν, οὐδὲ δῶν λεπταὶ, οὐδὲ λογικά γένονται, εἰσὶ ταὶ φαῦλος ποιητικὲς ποιόσι. νῦν δὲ Γῆς αἱ μοιραὶ ἡγεθοῖς ὁ ποιητικὸς αὐτοῖς, οὐδὲν τὸ τοπικόν.

Quapropter dicere, quod interiisset utique fabula, ridiculum est: à principio enim non oportet constitutere tales: si vero positum fuerit, & visum

magis

magis consentaneum, accipere & absurdum: quia quæ in Odysea sunt ratione carentia: illa inquam, quæ circa expositionem, quod nullo modo toleranda sunt, perspicuum fieret, si ipsa malus poëta tractarit. nunc autem alijs bonis poëta delet ipsa, condimenti aspergens illud absurdum.

Docet nunc rationem, qua se purgabant parum acuti poëte, cum in huiuscmodi vitium inciderant, inanem esse, & nihil valere ad eos culpa liberandos: aiebant enim quidam, cum huiuscmodi quippiam, remotum à verisimili, finixerant, se coactos fuisse id facere, quia aliter fabula periisset, nec illud suum commentum exitum habuisset. Ridiculum igitur hoc esse inquit, ostendere volens non oportere ipsis aliquid committere, quod ab initio videant esse vitiosum, sperantes postea sibi veniam datum iri: reddidit enim rationem, cur illi à se dicti sint rem ridiculam facere, cum se excusent ob ea, quæ vitare poterant: hoc pacto. Non enim à principio decet constituere tales, scilicet fabulas: tales verò, quæ hoc vitio laborent. admonuit nanque supra optimus magister poëtas, vt antequam se ad scribendum appellerent, totas fabulas in animo suo coagmentarent: ac si quid huiuscmodi illic appareret, argumentum illud mutarent, aut penitus abiicerent. Hoc igitur est, quod nunc inquit, debere illos diligenter videre, ne componant fabulas, in quibus aliquid à ratione vacuum sit. Quod si huiuscmodi aliquid illic extiterit, & tamen positum fuerit à poëta & receptum: hoc enim valere puto, quod inquit *αἴσχυλος*. ostendit autem cur ponni probarique, aliquando possit, quod rationem non habere videtur, verbis quæ consequuntur: his inquam, *καὶ φαίνουσιν λογώτερον*: ita enim interpretor: & visum fuerit totum illud commentum ac fabula, hoc pacto melius procedere: vt poëta scilicet, cognito illo, quod vocat Aristoteles *ἀλογον*: ac diligenter ponderato, praestare putet id ponere in fabula, quod ita res, quæ illic aguntur, reddantur probabiliores. Cum hoc, inquam, contigerit, docet quid factò opus sit: oportereque affirmat expectare illud, & nullo modo expanescere: eo animo scilicet, quo intelligitur Homerus multa huiuscmodi loca non reformidasse, cum ea remedia adhibuerit, quæ necessaria illi malo videbantur. illa autem loca dicit, nisi tanto artificio tractata fuissent, ita insuffisa futura fuisse, vt vix aures ferre possent: quæ nunc cum voluptate, expolita ab optimo poëta, audiuntur: omnibus enim suavitatisibus, quarum comparandarum summus opifex fuit, Homerus loca illa referat. indicat autem locum, ubi hac ipsa ratione carentia apud eum poëtam frequentia sint: Odyssæaque appellat, & illius operis eam partem, in qua exponitur Ulysses in terram à Phæacibus: illic enim non nulla finguntur, quæ facile quiuis respueret, & nullo modo consentanea iudicaret. Inductriam verò, quam adhibuit Homerus in hoc malo tegendo, eleganter exponit Aristoteles: declarat enim eum, præclare videntem rerum illarum insuffitatem, effundisse illic omnia sua bona, quibus abundabat: in eoque loco cuncta poëtarum pigmenta consumpsisse. intelligit autem & sententiarum & verborum ornamenta, & cetera, quæ illustrant orationem: atque ita sententiarum imbecillitatem operuisse: nec non quasi imitatum esse optimos coquos: ab eorum enim studio verbum transtulit. illi nanque cum viles efcas & insuaves in honorem adducere volunt, condimentis ipsis adiuuant. quod tradit etiam fecisse Homericum, quamvis longè alia condimenta sint, quæ epulas condunt, & quæ locum aliquem apud poëtam, suauem reddunt. ιδωμένον enim, quo verbo vñus est, significat condire epulas. Vt autem ipse eleganter hic inquit ιδωμένον αἰτον, ita etiam de eodem summo poëta loqués Strabo ait. ιδωμένον φρέσον: contra Eratosthenem enim in primo libro Περὶ ἀρχαρχουμεῖων disputans, & ipse ab eadem re, idem penè significare volens, verbum transtulit. Hæc igitur ipsius verba sunt. πᾶς ἀλλοδοτικός προσπεπτίσει μῆδος, ιδωμένον καὶ κοσμὸν τὸ φεύγον: quibus verbis significauit Homerum fabellas in poëmatâ sua inseruisse, & rationes omnes illas, quæ oblectarent aures, & forent condimenta & ornatus orationis. nam quod ἀλλοδοτικός id est bona vocavit ingenij dotes, luminaque eloquentiae, supra quoque multo eodem verbo eodem usus est, ubi de non nullis inquis iudicibus poëtarum

tarum disputauit, qui censembar oportere unum præstantissimum esse omnium, ac superare ceteros in suis etiam propriisq; ipsorum bonis. Sed Cicero quoque Latina voce, quæ huic respondet, videtur μεταφορικῶς & ipse vñs esse, qui in primo de officiis inquit. Magnis enim illi & diuinis bonis hanc licentia assequebantur. Quamvis autem ille locus Odysseus, qui iaceret, nisi subleuatus esset summo artificio poëta, inueniu facilis sit, & appareat sanè insulse illæ res & parum probabiles: neq; etiam latè posse eximius ille ornatus, quo ipsæ illustratae sunt, libertam tamen paucis de illo disputare. Non est igitur verisimile Ulysses exponi potuisse dormientem: relictumq; fuisse à Phæcibus in littore sopitum, cum vidissent eum in tanto honore apud regem suum habitum: ac quod magis a vero abhorret, uestem illam pretiosam ac cetera dona, quibus magnificè donatus fuerat à Phæcibus prope eum relicta magno cum periculo, ne sine custode aliquo diriperentur. Suauitas autem ac lepos, quo deletur hæc insultitas sententiarum, est quod statim ut narravit Ulysses impotrum in nauim, remigesq; officio suo diligenter incubuisse, utitur duabus collationibus, quæ rem declararent: earum verò prior est, qua traditur nauim illam in cursu similem fuisse currui, qui à quatuor equis, verberibus stimulatis, in campo firmiter traheretur. posteriore verò magis adhuc celeritatem ipsius patefacere uoluit, qua non ueritus est affirmare aueum unam omnium uelocissimam, è genere accipitruim, circum vocatam, eam consecuturam non fuisse, tantus erat impetus eius nauis, fluctus facile secantis. Præterea luciferi stellæ descriptio, cum tempus indicare uellet, quo nauis ad Ithacam appulit, incunda est, lepidèq; à poëta tractata. Bella autem in primis, & referta omni suauitate est topographia portus: nec non antri nym pharum expositio, in qua poëta cuncta sua pigmenta confundens, adeo verò illa plena est iucundarum fabellarum, ac reconditæ cuiusdam doctrinæ, ut Porphyrius Tyrius, magnus ille admirator Platonis, & qui omnem elegantem doctrinam sedulo sectatus est, eruditum commentariolum, qui in manibus est, in eam partem confererit. Hæc igitur & alia non nulla huiuscmodi, quæ in propinquo manent, & cingunt vñdijq; uacua illa à ratione appellata ab Aristotele, sunt condimenta extinguentia ipsa, & compensantia sua iucunditate hebetem illum & tristem saporem, earuim quasi epularum. Nunc, quæ aliter in aliis libris leguntur, notabo: ne in hac quoq; re partes meæ desiderentur. Primum igitur, quod in excusis est, οὐλογών, immunitatum inueni in duobus scriptis exemplaribus, in quibus οὐλογών legitur, eadem illa uoce in aduerbiis conformata. Quod uero sequebatur in iisdem σύνθεσι: ac mendosum erat, non in omnibus calamo exaratis eodem pacto legitur: hi enim ικέχειν: hi uero αποικέων illius loco habent. quod animaduertit etiam Madius. priorem tamen harum imagis probo: inuenio enim auctorem in viii. Topicorum eodem uerbo usum, cum idem penè significare uellet: ait enim. ὅτε τὸ φάσικόν φάσικόν, φαίλεις διαλέκτου: ὅτε τῷ αποκρίνεται μὴ δίδοις τῷ φανόμενον: μήτε ἐκεχέμορις ὁτι ποτε βέλεται ὁ φάσικόν, πυθίσθαι. Extremum magno consensu interpretum rectè restitutum est, qui pro ἐμφανίσῃ: quod contrarium ualeat, ἀφανίσῃ restituere. nec tamen si quis contuleret, non posset ex illa lectione idoneum sensum ducere, ut dixerit Aristoteles Homerum illo modo illustrasse locum illum, atque ei multum splendoris attulisse: significat enim hoc ipsum, sine dubio ἐμφανίσῃ.

Τῇ δὲ λέξει δεῖ διεπονεῖν τοῖς αὐτοῖς μέρεσι, καὶ μήτε ἡδιοῖς, μήτε διανοῖς: ἀποκρύπτει δὲ πάλιν ἡ λίαν λαμπροῦ λέξις τὰ ἡδιὰ διανοίασ.

Locutione autem oportet laborare in ignavis partibus, & neque moras, neque sententiarum acumine ornatis: occulit enim contra valde splendida locutio mores & sententias.

Cum facultatis poëtarum sit ornare verbis orationem: omnesq; huiuscmodi concinnitates adhibere, docet qua potissimum in parte, hoc ipsis faciendum sit, ut frumentum maximum hoc eorum studium ferat, ac nulli rei obfit. Cum uero præceptum hoc

hoc omittere non deberet, uenit ipsi in mente hoc loco potissimum id facere, quia proximè splendoris huius verborum atque elegantiae mentionem fecerat. Admetnet igitur poëtas, vt in partibus ignavis suorum operum incumbant in hanc rem, studientq; illas adiuvare huiuscmodi floribus ac luminibus orationis. ipsomet autem declarat, quæ partes in aliquo poëmate dici existimariq; debeant segnes & inertes: sunt autem illæ, in quibus nec mores alicuius personæ expressi sint: nec sententiae viles acuta aut graues positæ: hoc enim valere puto, quod inquit διανοίασ. Animaduertendum autem ipsum ratione non reddere cur debeant poëtae ignaviae partes suorum poëmatum eleganti oratione expolire: apparebat enim hoc, ac per se notum erat: quis enim non videat partes illas, suis bonis destitutas, aliena requirere? & postquam carerent rebus majoris momenti ad ipsas commendandas, saltem his verborum festiuitatibus esse subleuandas. Hoc igitur non comprobat, sed causam assert, cur debeant se poëtae in contrariis partibus ab ornato orationis exquisito, abstinere: docetq; quid mali giguat exculta nimis oratio non suo loco collocata: & quād male opera eorum in ea re illic ponatur, cum magnopere obfit, & non tantum non iuuet. inquit enim. Occulit autem contra valde splendida locutio mores & sententias, quod autem summo artificio molitus fuerat poëta, intelligens quantam laudem afferat, & quād proprium studij ipsis sit, ut mores exprimeret, & sententias graues in ore eorum qui loquuntur, poneret, id totum corrumpere dicit & operire: facere que demum ne appareat, præter modum excultam locutionem: quare cauere hoc tanquam scopulum aliquem poëtae debent. Nec tamen auctor est summus magister poetis, suadetq; vt illis in partibus uariantur verbis abiectis & omni honore carerentibus, nam ita quoq; peccarent: facerent enim quod nullo modo decet, nec conuenit dignitati sententiarum: Sed hīmis excultam splendidaq; orationem in illis locis reprehendit: multumq; studium ac laborem in ipsis expoliendis non adhibendum esse dicit: hoc enim manifestò valet διεπονεῖν, quo verbo est vñs. Cum autem quæsuerit Madius, cur non adduderit in oratione quoque, quia excitentur motus animalium, importunam esse ac molestam eximiam elegantiam verborum, cum illic quoque obesse potius quam prodesse videatur; putaueritq; nodum hunc dissoluere studens, uocabulo illo διανοίασ contineri non solum acutas sententias, sed affectus etiam animiq; perturbationes, quid sentiam de omni hac re, indicabo. Primum igitur arbitror, quod præcipere voluit optimus auctor, ipsum plenè aperteq; significasse: non esse scilicet adhibendum studij aliquid in expoliendis oratione partibus illis fabularum, in quibus aut mores exprimuntur, aut graues, acutæq; sententiae existunt, non addidisse autem μητε διεπονεῖν, quia inde aliena non est concinnitas verborum, cum potius illa multum valeat ad agenda ea mala, quæ loco illo referuntur. nam in tragediis non inueniri illius generis orationem patheticam, quæ in magno vñs oratorum est, affirmarim: perturbantur enim illic animi spectatorum rebis ipsis, non oratione ad hanc rem facta: neque enim illic est aliquis, qui doceat aperiatque vim eorum malorum, vt in casis, quæ in foro aguntur: & ipsa uerbis, qualia ipsis commodum est, uideri faciat: id autem multo supra, vbi paucis de diaconia differuit, testatus est Aristoteles: nam illic etiam locum habere voluit verba translatæ, & peregrina, & iuncta. Idem affirmauit in iij. libro de arte dicendi, præcipueq; huiuscmodi multa ex ore eorum, qui inflammato animo dicunt, erumpere, apertum est. Quin verò haec sint res illæ, quæ sedulo captantur, cum aliquis exornande orationi operam dat, dubitari non oportet. Ut autem tragedia non nullæ patheticæ vocantur, ita etiam partes ipsarum quasdam eodem pacto appellari. non tamen illæ patheticæ vocatae sunt, quia oratione ad eam rem apta commoueantur spectatores, sed quia casus atroces & saui illic contineantur: hoc enim πάθος ple runque in tragedia valere ipse significauit. Cum igitur πάθος illud hic mouetur, id est animi spectatorum perturbantur, rebus ipsis, quæ fiunt, perturbantur, non artificij plena oratione, quamvis non inficias eo, vt res magis miserabilis aut saua videatur, posse etiam præstari artificio poëtae, cuius rei efficienda supra eo loco, quem monstrauit, rationem tradidit Aristoteles. Non posse autem orationem patheticam contineri verbo illo διεπονεῖν, appetere: neque enim motus turbidi manent in ea

parte animi, in qua nascuntur sententiae: illi namque sedem suam habent partem rationis expertem: dianae vero in ea, quae particeps ipsius est.

Πέρι δὲ τροπούματος, οὐκὲ λύσων, εἰς τόσον τε οὐκ ποιῶν εἰδέν εἰσιν, ἀλλὰ θεωροῦσι, γενοτὸν ἀλλὰ φανέρον. ἐπεὶ γάρ εἰσι μητίτις ὁ ποιητής, ὁτιοῦτον ἔνθετος, ἡ πολλοῖς εἰπονοποιος, αὐτόγκη μητέθει, τελώντων οὐδὲ εἰδόμοντον, οὐ πάσῃ τῇ γένεσι καὶ τῷ εἶναι: οὐδὲ φασὶ οὐδὲ θεῖναι: οὐδὲ εἴναι δέ. ταῦτα δὲ τροπούματα λέγεται, οὐκὲ γλώσσαις, οὐκὲ μεταφοράς. οὐκὲ τολλά πάθει τούτα λέγεται: διδύμη γάρ τούτα τούτους.

De problematibus autem & solutionibus, ex quoque & qualibus viis formis sint, hoc pacto contemplantibus, fiat viis manifestum: quia enim poeta est imitator, quemadmodum viis vel pictor, vel quis alius imaginum expressor, necesse est imitari trium existentium numero, unum aliquod semper: aut enim qualia fuere vel sunt: vel qualia aiant & videntur: vel qualia esse oportet. Hac autem exponuntur locutione, vel & linguis & translationibus. & multa pathe locutionis sunt: damus enim hanc poetis.

Sciebat sumimus doctorem poetarum genius esse scriptorum: quod facile obrectatores inuenit: animaduerteratq; sapientio illis dari multa, quae in ipsis reprehensione digna non sunt. quare consulens eorum dignitati, quorum ingenia optimis praecipitis imbuiebat, omnia em hunc locum, diligenter persequitur: ostenditq; quomodo illi purgari possint: & à falsis criminibus vindicari: neque enim propositum est ipsi poetas malos defendere: & qui nulla facultate naturae, arteue praediti, se ad scribendum conferunt. Non est autem hoc alienum ab officio ipsius: qui enim videret illos vindicari, vexari, renocaret animum ab eorum lectione, nec in ullo honore poetas haberet, quos ipse viles vitæ vult esse, & ferre fructus non paruos hominibus, si confituum eorum cognouerint, atque colligere studiose ipsos potuerint. De questionibus igitur, locisq; quibusdam poetarum, qui in dubium veniunt, ne viis aliquid in se contineant: videtur enim προβλήματα nunc appellare γνῶματα. nam quæ supra τριμήνα vocavit, ubi tradidit ex non nullarum rerum, quæ propriè sunt artis histriorum, scientia inscitaq; nullam veram reprehensionem cadere in artem poetarum, ut ex inferiore loco pater, sunt pars problematum, & id deniq; quod in ipsis valet ad criminandos poetas. De huiuscmodi igitur questionibus: nec nō de ipsorum dissolutionibus, se velle nunc differere ostendit: polliceturq; se ratione viamq; monstraturum; quam qui secuti fuerint, omnia liquido perspecturi sint: tanquam enim significat sine hac animaduersione, qui quærere aliquid de hoc voluerint, valde laboratos: cognituri vero illo modo sint, ex quot illa, qualibusq; nascantur, formis. Eadem vero videtur hic vocare, ut alii in locis fecit, locos huius rei proprios: cunctæ enim criminaciones, atque ipsorum tentationes in illis versantur, & tanquam ad hanc capita referuntur: in his igitur formis manent: si verum hoc est, & criminaciones poetarum, & rationes etiam illarum dilectorum: infra tamen videretur tantum appellare τριμήνα quinq; illa vnde dueuntur, quæ poetis obiciuntur: modos enim eorum maledictorum confutandorum esse dicit-xij. Iacit autem primum fundamen ta huius operis: & ut consuevit, ponit quedam certa & explorata, vt inde ducat ea, quæ sine illis dubia & obscura fuissent: nam ait. Quia enim est imitator poeta, quemadmodum vel pictor, vel quis alius, qui studium ponat in exprimendis imaginibus. orditur igitur à primo initio huius artis, cuius omnis vis naturaq; posita est in imitando. quod commune ipsi est cum aliis non nullis artibus, vt in principio huius libri docuit: & hic quoque breui tangit, plures tamen illis enumeravit, quæ totæ in hac re occupatae forent. hic vero tantum pictores & ceteros omnes, qui imagi-

nes

nes quouis ratione exprimunt: communi enim vocabulo ἀκοντιοις, vniuersos hos opifices appellauit, vt sunt qui è luto fingunt, sive è cera, simulachra: nec non qui statuas fabricantur. Sed multo antea ipse de notione huius iuncti vocabuli accurate differui: cum illic quoque auctor ipso vsus fuisset, est autem vbi tradit, cum tragœdia imitatio sit meliorum, oportere, qui eas colunt, imitati bonos eximiosq; expressores formarum. Quamvis autem supra iam tradidisset poëtam imitatem esse, nō tamen id opportuno loco nunc repetere alienum existimauit, rei magis explanandæ causa: & vt falsò sentire confirmaret, qui aliter de hac re crederent. Cum igitur, ut inquit, vniuersi hi sint imitatores, necesse est imitentur (hæc enim est redditio & αἰτηπόδοσις, quæ apta est è particula superiore ἵπη) cum tria numero sint, in quibus imitandis versantur, vnum aliquod eorum semper. Sunt autem illa huiuscmodi, vt si voluntas horum artificum attendatur, illi imitentur, ac summa diligentia adhibita, reddant ea, quæ exprimunt, vel qualia fuere, aut adhuc sunt: nec addant aliquid aut demandant: vel qualia uulgo ipsa aiunt: qualiaq; esse aliis videntur: atq; ita sequuntur rumores, & opiniones aliorum: Vel, quod est tertium genus, spreta veritate, nec referendo se ad existimationes ceterorum, qualia esse oportet. Ex ipsis enim quasi cancellis exire non possunt: nec restat vlla materia præter has, quam sibi imitandam proponant. Explicatis autem diuersis materiis, vel rationibus potius illarum tractandarum monstratis, adiungit poëtas vti locutione in illis rebus exponendis. Statimq; tanquam se emendans, inquit. Vel & linguis, & translationibus, non quia voces non nullæ externæ, ac verba translata aliud quippiam diuersum à locutione co-ficiant: sed significare (vt opinor) voluit vulgare & cotidianum genus orationis, & illud etiam expolitum, additis illic leporibus, ac luminibus, quæ ornant orationem: huiuscmodi enim ferè est oratio poëtarum. Animaduertendum vero hac parte ipsum, cum significare vellet, exponuntur & renuntiantur, de diuersis generibus rerum loquentem, quæ oratione nota fiunt, vsum eo verbo, vnde in fabulis persona vocata est, quæ spectatoribus narrat, quod intus gestum est: & iis in locis, vt certe ipse non potuerint: is enim qui hoc facit, ἔξαγος appellatur: auctor autē ἔξαγος inquit: habet igitur difficultatis non nihil, cur potissimum nunc usurparit hoc verbum, quod infrequens est apud ipsum: nec videtur factum huic rei ostendendæ. Et tamen Cicero idem videtur fecisse in Latino verbo, quod quasi huic respondet: hæc enim ipsius verba sunt è iij. de Oratore. Cum inflexo commutatoq; verbo res eadem enuntiatur ornatus. Cum autem rationes iam duas nominasset illistranda locutionis, addidit, & multa sunt pathe locutionis, significare (nisi fallor) volens immutationes illas verborum, de quibus supra diligenter differuit: & quas stulte Euclides ille priscus in Homero, reprehendebat: hæc enim propriè videntur πάθη appellari, cum scilicet vocabulum aliquod, aut productum est, syllaba vna vel pluribus illi additis: aut contra inde aliquo dempto, immunitum: sive alia quapiam ratione ipsum à consuetudine variatum fuerit. Nam quod addidit. Hæc enim damus poëtis, hoc declarat: superiores enim illi duo modi non alieni sunt à consuetudine, quippe cum vsus translationum frequens sit in sermone etiam imperitorum: contra vero hæc remota inde sunt: & tantum licentia poëtarum, contra iudicium præposteriorum illius vituperatoris, concessa: cum scilicet verbum aliquod huiuscmodi aliquid patitur, & quasi forma ipsius immutatur: cum enim dixerit nos potestatem facere poëtis, vt his verbis vtantur: & ea, ut uoluntas ipsorum fert, committent, testari videtur non licere aliis ipsa tam liberè contaminare, ac proprium hoc donum eorum esse.

Προς δὲ τούτοις οὐχὶ οὐτὴ ἐρθότις ὅτι τις πολιτικός, οὐκὲ τις ποιητής: οὐδὲ ἄλις τέχνης οὐκὲ ποιητικῆς. οὐτε δὲ τις ποιητικῆς διτίη οὐδὲ ἀμαρτία: οὐ μὲν γάρ καὶ οὐτινός: οὐ δὲ κατὰ συμβεβηκός: εἰ μὲν γέρη προελεπτο μηδέθει αὐτονομίαν, οὐτε δὲ οὐδὲ ἀμαρτία: εἰ δὲ γέρη προελεπτο μηδὲ ὄρθως, κατὰ συμβεβηκός: αὐτονομίαν γένεται τὰ δεξιὰ περιβεβηκότα. οὐ γέρη εκάστη τέχνης ἀμαρ-

Z ij πημα

τῆμα. οἶον ἀκατάιστειλό, οὐ καλώ τέχνων, οὐ καθάρτα πειδῶντο. ταῦτα οὐδὲ οὐδὲ δῆται, οὐ καθ' ἐαυτόν.

Adhac autem non est eadem rectitudine ciuilis facultatis et poeticae: neque alius artis et poeticae. ipsius autem poeticae duplex peccatum: alterum quidem enim per se: alterum autem per accidens: siquidem enim elegit imitari rem, cuius facultatem non habet, ipsius peccatum est: si vero elegere non recte, per accidens, sed equum ambo dextra crura projicientem. Vel peccatum secundum singulas artes. Cen quod secundum medicorum artem, vel diiam artem, vel impossibilia in poesi tractauit. Hac igitur, qualia cunq; fuerint, non per se.

Aliud fundamentum iacit tuendae itidem dignitatis poetarum, quod a multis magnisq; criminibus ipsos vendicat. quare, vt narrat, addi illud debet superioribus. est autem huiuscmodi. Non oportere nos existimare eandem uirtutem esse artis poetarum, & facultatis illius, que docet, quomodo regenda sit ciuitas, ut simulatq; uiudeamus aliquid probari ac rectum esse iudicari in ratione gubernandæ ciuitatis, statim putemus, quod a poetis singitur, illiusmodi esse debere: ac nisi ad eam formam redactum sit, ipsum uitiosum esse: singula nanque artes ac facultates suas quasdam certasq; uirtutes habent, quæ quoniam illi probentur, alibi eandem laudem non inueniunt, ac meritò scepè reprehenduntur. Quod autem contingere in politica, & poetica, idem etiam usu uenire affirmat in arte ipsa poetarum, & aliis non nullis artibus, ut non semper scilicet eadem in illis probentur ac uera esse ad summumq; perduca, in diuersis studiis iudicentur. Hoc igitur ab ipso animaduersum, & ut certum possum, ut apparebit, uiam patefaciet multis criminibus dissoluendis: nec enim desunt, qui simulatq; intelligunt quippiam à poëta prolatum ut bonum positum, quod repugnet ab eo, quod perfectum, uerumq; esse ab aliqua arte traditur, statim reprehendant, & norma illa utentes, uitiosum putent. Hoc explicato, docet duobus modis peccari à poëtis in studio ipsorum: & qui arti huic opera dant, in culpam cadere duabus diuersis rationibus: eorum autem peccatorum alterum dicit esse per se: alterum vero ex accidenti: quam divisione accuratè explanat, & quasi exemplis illustrat. Si enim inquit ars hec poetarum sumpfit imitandam materiem, quam explicare non posset: cuiq; ornandæ facultas ipsius par non esset, & elegit deinde imitari id, quod est supra uires ipsius: ita enim penè singulis uerbis Grecis Latina reddentur, ipsius peccatum est: *ἀδωμαῖαν* nanque ualere hic puto, quæ sanè uis subiecta est huic nominis: & unde id iunctum est, facultatis uacuitatem, ac nullam potestatem illius rei administrandæ. longèque aliud esse arbitror *ἀδωμαῖαν* ab eo, quod *ἀδωματον* Græce uocatur. Quare non putari debet auctor sibi ipsi in his paucis uerbis aduersatus esse: nec ea de causa questionem excitare oportet: sententiae nanque haec diuersæ inter se esse nullo negotio intelligentur, si attendetur diligenter notio huius nominis. intelligo inquam hanc ipsam, de qua nunc disputauit, & id, quod infra dicit, ubi affirmit poëtas, qui singunt: uerbisq; complectuntur res, quæ fieri non possint, peccare ex accidenti, ac præter ipsorum studium: hic uero docet, eos, qui imitantur *ἀδωμαῖαν*, labi per se, & in suo ipsorum studio errare. Hoc igitur significat hoc in loco, ut in multis aliis *ἀδωμαῖα*. In categoriis enim quoque capite, quo differit de qualitate, *ἀδωμαῖα* contrarium esse ostendit eius, quod uocat *δύναμις εἰχειν*: haec enim ipsius uerba sunt. *ἀλλὰ πό δύναμιν εἰχειν φυσικῶν ἀδωμαῖαν*. Præterea in v. libro politicorum appellauit *ἀδωμαῖαν πρᾶγματον*, natura indolemq; hominis minime aptam rebus gerendis. Prodi autem in primis exemplum hic accommodatum est: de his nanque rebus differens, quem ostendere uellet hanc ipsam infirmitatem poetarum, qui ingenij artis ueculpa pares non sunt alicui materia tractandæ,

*standæ, hoc uerbo usus est: inquit enim in Politiam Platonis, καὶ οἱ τρεψθοποιοι τὸ ἔργον τῆς Οὐμηρικῆς ποίησεως ζηλοῦσι τὸν, οὐκ εἰ ἐννοεῖ τὸν αρχὺ τὸν σφετέρου πλημμελέασ, ἀλλὰ τὸν ἐντὸν αὐτῷ αὐτεπέμπεσιν ἀδωμαῖαν. Animaduertendum autem, cum hoc sit, recte deligere poëtam, sumeréq; ipsum materiam idoneam ac ueram, sed labi in ea tractanda, quia non est par ipsi: caretq; facultate eximiè ipsam persequendi. Quare quod sequitur *ἀδωμαῖα*, id est artis ipsius erratum est, capi debet ut prolatum de arte, quæ in ipso est, non de arte seorsum, generatimq;: illa nanque, cum materia uera sumitur, rectusq; delectus habetur, non uidetur peccare posse. Horatius, qui tantopere suast poëtis, ut sumerent materiam æquam ipsorum uiribus, hoc siue dubio significare uoluit, nam sumere hic ualeat προσεγένεται. quod tamen uerbum Graecum infra aliter reddidit: nam quum inquit Lecta res, quoniam ὅλη, υποκέμεται, que προηγενέσιον significarit, dubium non est. expressit autem *ἀδωμαῖα*, ut rem magis non tam faceret, pluribus modis: inquit enim. Sumite materiam uestris qui scribitis æquam Viribus, & ueritate diu, quid ferre recusat, Quid ualeant humeri: ad extreum enim dicens, cui lecta potenter erit res, & quæ sequuntur, hoc manifesto declarauit. Explanatio peccato, quod committitur ab arte poetarum per se, Aristoteles pergit explicare, cuiusmodi sit; quod ex accidenti ab eadem conflatur, atque inquit. Si autem elegere ipsum, non recte scilicet administratum est, id est si in eo peccauit, quod sumpfit imitandam rem falsam, & errori alicui magno subiectam, lapsus est, quia id euenit ac forte contigit: vt ita exprimere coner, quod ipse inquit *κατὰ τὸν προβεβηκόν*. Exemplo verò explanare hoc volens, duxit illud à natura equorum: quod tamen ipsi commune est cum aliis quadrupedibus. Cen inquit. Si in imitando induxit equum simus ambo dextra crura projicientem: hoc enim peccatum est non proprium poëtz, qui quod imitari voluit eximie imitatus est, sed hominis, qui nra quam attenderit, quomodo equi progrediuntur, crudisq; admodum sit artis eius, quæ equos curat aut regit: si nanque hoc in se mouendis equi facerent, statim in dextram partem corporis prouerent, quæ nullo amplius tanquam fulcro sustineretur: equi nanque ac ceteræ quadrupedes, alterum anteriorum crurum: contrariumque illi posteriorum simul mouent: de quo diligenter copioseq; differuit ipse in libro de gressu animalium: sicq; corpus eorum uitaq; ex parte altero crure nititur, atque à prolapso liberum est. nam quod προβαλλεται inquit, hoc uerbum proprium est illius rei: crebroq; usurpatur eo in libro ab Aristotele, ut cum inquit. πατέται τὸ προσεγένεται προβαλλονται: docere enim tunc voluit homines moueri incipere a dextra corporis parte, & ea de causa, ut alterum crus paratum semper, expeditumq; habeant, naturæ quodam instinctu, sinistram corporis partem semper projectam tenere. habitus etiam quidam certus pugilum, cum imminent in aquersarium: itaque manent, ut si illi magis se appropinquarent, facile vulnus imposituri sint, προβολή appellatur. quo uerbo usus est Cicero in epistola quadam ad Atticum, cum de ratione Academicorum disputeret. Sed Demosthenes etiam in prima oratione aduersus Philippum, in simili exponendo, cum ciues suos negligenter argueret: diceretq; ipsos simile quippiam facere, atque pugiles barbari, προβαλλονται inquit. idem autem usu quoque uenire tradit Aristoteles in ignoratione singularium artium, ut si poëta peccet contra rationem ipsarum, nec culpam aliquam eo tempore admittat in artificio ipsius proprio, peccet ex accidenti. Exempli causa, inquit. Si aliquid edat, quod aduerseretur scientiæ curandorum corporum: insimulabitur enim tunc non ut poeta, neque in uitium cadet eo nomine, sed quia in munere suo obseruando contigit eum quiddam tangere, quod pertinet ad artem medicorum, quam non didicerat: & ut in hac, ita etiam in aliis artibus, quas non appellat: & non tantum, ut adiungit, illo modo peccat, si contra ueram rationem alicuius artis aliquid promitt, uerum etiam si protulit quippiam, quod fieri nullo modo possit: tunc enim quoque labitur, ut naturæ illius rei ignarus, & ex accidenti deniq; quod ipse etiam, omnibus iis expositis, narrat, non tamen mentione facta huius nominis: à contrario enim hoc monstrat, quod tamen idem ualeat, nam inquit. Hac igitur, qualiacunq; fuerint, scilicet peccata, non per se ipsam committit poetica, neque reprehendi potest, ut in officio suo negligens. Qualiacunq; autem fuerint, inquit, quia, ut offendit, non omnia sunt unius gene-*

ris: neque contra præcepta alicuius artis commissa: admisit enim etiam illis, cum quipiam à poëta dicitur, quod effici nullo modo possit. nam non vnum idemq; semper esse genus erratorum, in qua incident ex accidenti, patet etiam, quia qua ita eveniunt, plura sunt, magnopereq; inter se discrepantia, hoc autem præterquam quod satis apertum est, confirmatur etiam verbis his, qua non multo infra posita sunt. *κατάλογον συμβεβηκός*: ostendunt enim non vnum genus ipsorum esse. Non venio autem in sententiam Robortelli ea parte, qua corrigendum putauit pro *μη*, quod in excusis est, *μη*: veramq; prorsus existimam perulgatam lectionem, vt inde sensus ille ducatur, quem docui. Quod igitur sequitur, *ἄλλα τὸν ἕπειρον ἀμφῶ τὰ δέξια προβεβλητά*, non aduersatur superiori sententiae: aduersaretur autem si legeretur *μη*: sed est confirmatio illius: exemplumq; rei, in qua peccatum est à poëta, quia non recte elegit, nec mouere nos debet particula *ἄλλα*, qua poni in oratione debere videtur, cum aliquid dicitur, quod repugnet superiori sententiae: hic enim quoque idem facit: nec aliud sanè valent hæc verba, quam si dixisset (vt quantum possum rem explanem) si autem elegit non bene, sed male: ita enim sèpè, vt aliás admonui, rei illustrandæ causa loqui auctor consueuit, nunc autem ille pro postiore hac sententia, qua perperam illam rem tractatam esse affirmat, exemplum illius peccati ponit. Perturbat tamen non parum hac parte, quod antequam sententiam absoluisset, coniecit in medianam illam verba hæc, qua naturam eius peccati aperirent, *κατά συμβεβηκός*: si vera illa legitimaq; auctoris sunt, nam non sine causa suspicari aliquis posset, Scholion ipsa, declarationemq; quondam fuisse alicuius, qui multo ante ostendere voluerit id, quod infra traditur ab Aristotele. Vnde è libro, qui Parisiis apud Guil. Morelium excusus est, illa sublata sunt: quod tamen ipse non omnino probo, quia nullū exemplar inueni, à quo illa abessent: & præterea quia duriusculus quibusdam locis hic eruditissimus scriptor esse deprehenditur: potuit autem, quia multa inculcanda huc sibi esse intelligebat, antequam extremum illud, quod sententiam claudit, adderet, ne tamdiu suspensum lectorum teneret, statim, adhuc illa non absoluta, *κατά συμβεβηκός* ponere. Quod vero virtutem in his rebus, vitiumq; *δρόπητος* & *ἀμαρτίας* nomine appellat: valet enim prorsus *ἰσχύης* contrarium eius, quod est *ἀμαρτία*, id est res recte & sine vlo errore ad exitum perducta, idem etiam fecit alii in libris, vt in ij. Topicorum, vbi & recte munus suum obire, & falli sensus, his verbis significauit: ait enim, *οὐ οὐδὲν μέθοια δέξαι, ὅτι οὐδὲν αἰδοῖον δρόπης καὶ ἀμαρτίας*. Eodem etiam pacto Plato in ij. de legibus quum de rebus ad hanc artem pertinentibus, officioq; poëtae disputaret, locutus est: inquit enim, *μὴ γῆγενον τὸν οὐδείς τιποτε βέλτι τε, καὶ οὐ τὸν ποτέ εἰναι κακόν τε, καὶ τών οὐδέποτε τῆς θεουληστοῦν καὶ ἀμαρτίας αὐτοῦ διαγώνεται*. Sed etiam in ij. libro de anima Aristoteles, quo tamen in loco altero tantum eorum vtitur in aduerbiu conformato. nam pro contrario negatione illud tollit: quod etiam exemplum non nihil valet ad lectionem, quam probo, confirmandam. quod enim idem Robortellus delenda censuit verba illa *ταῦτα οὐδὲν δρόπης*, ne in hoc quidem sententia eius accedo: valde enim delector hac lectione: & supra in explicando illo loco, quemadmodum ea uerba deberent accipi, significaui. nec tamen non fateor me duos libros inuenisse, à quibus illa absint, quos opinor illum sequutum, ea hinc sustulisse. plus tamen apud me ueritas valet, quam auctoritas horum, multis in locis mancorum ac deprauatorum, librorum.

Ως τέ τὰ ἐπιπλέκαται οἱ τοῖς προελάνι μαχον, εἰ τούτων ἐπονοσῶντα, Λένεν. πεντάν μαχονταν τὰ προς αὐτοὺς τὰ τέχνων ἀδιάτα πεποιησού, ἀμαρτίου: ἀλλ' οὐδέποτε ἔχοι, εἰ τυγχανοι τῷ τέλους τῷ αὐτοῖς: τὸ γέ τέλος εἴρηται. διον, εἰ οὖτος εἰπειναικότερον οὐκον, οὐδὲν ποιεῖ μέρος. παράδειγμα οὐδὲ Εὔπορος διωγξις.

Quapropter oportet increpationes in questionibus, ex his considerantem, soluere. Primum quidem enim si qua aduersus ipsam artem sunt impossibilia

possibilia fecit, peccauit: sed recte habet, si consequatur finem sui ipsius: finis enim dictus est. Ceu si sic magis apta ad consternandum vel ipsa, vel aliam facit partem. exemplum Hætoris persecutio.

Cum ansas omnes, quas captent, qui sunt infensi poëtis, ostendisset, docet nunc posse tentari reprehensiones illas, & inanes esse declarari si, qui stat pro poëtis, rationes illas notas habeat: inde enim viam inueniet criminationum earum confundandarum. Qui igitur ipsos defendet, auctore summo doctore, omnes rationes inquiet, quibus existimationem ipsorum violare aliqui conantur: ac singulas certo modo, aptoq; ipsi labefactandis, refutabit: hoc enim valent prima verba, quibus tanquam clausit superiorem diuisionem: ac docuit, qua utilitas inde capi debeat. Nam quod inquit, *ἐκ τούτων ἐπονοσῶντα*, declarat ope harum, quas indicauit, formarum, posse ac debere id effici. Responder verò illud *ἐκ τούτων*, ei, quod initio huius rei explicandæ ait, *ἐκ πόστων καὶ ποσίων αὐτοῖς*: videturq; postquam hoc ita concludit, tradidisse iam cuncta, qua utocauit *εἴδη*: quod tamen obscurè fecit. quinque autem illa sunt numero, infra ab ipso aperte exposita: suisq; nominibus appellata. Statim verò ad singulas formas accedens, declarat verum esse, quod in vniuersum protulerat: orditurq; ab extrema forma: & ordinem illum tenet, vt prima nunc appellat, qua supradicta posuit: ante ceteras enim eam aggreditur, cum poëta insimulatur, quod finxerit quædam, qua fieri sane non possunt, si quis artem ipsarum illarum rerum attendat: ac qua præcipit illa, seruarit. Arbitror enim prorsus capi debere aliam artem, contra cuius præcepta committat aliquid poëta: & non artem propriā ipsius, & qua versatur in materia quadam versibus complectenda: neque enim ita, ut ipsum nunc defendit, defendi ullo modo potuisse poëta: qui nanque faceret contra suam propriamq; artem, non consequeretur finem suum facilius: neque dici posset recte rationeq; peccasse: quod infra etiam inquit. *καὶ κατὰ τινὰ τούτων τέχνων*, valet ad probandum intelligi supra debere artem de illis ipsis rebus, non artem poëticam. Sed nihil (vt opinor) tantum adiuuat hanc opinionē, quantum illud, quod infra legitur hoc sensu. Præterea vtrorum est peccatum: eorum ne, qua secundum artem, an ex alio quopiam accidenti: si nanque supra quoque intelligeretur ars poëtica, non posset ostendi, quid interest inter hoc & illud præceptum. Non impedit autem hanc sententiam, quod inquit *αὐτῆς*: ipsius enim illius artis intelligit, de cuius materia loquitur. Ratio igitur purgandi poëram, cum huiuscmodi aliquid molitur, est, ut accuratè tradit auctor, fateri sanè ipsum peccasse, sed affirmare peccatum illud bono esse: nec dignum, quod hoc, vitium ostendente, nomine vocetur: bene nanque se rem habere, si ea ratione poetica consequitur finem suum, quod usitata via, id est, si ne digitum quidem discessisset à præceptis illius artis, contra quam commisit, ipsi non contigisset. Ex his vero uerbis leue mendum sustuli: *αὐτῆς* enim prima litera aspirata scribi debet, non, ut prius erat in excusis tenui: uidetur tamen odiosior macula consequentia uerba occupasse, & qua non tam facile deleri possit. intelligo autem hæc, quibus confirmat, quod iam protulit: *τὸ γέ τέλος εἴρηται*. nec enim satis idoneus sensus hinc colligitur. Suspicer autem aut peccatum à librario esse in posterum earum uocum, aut hic aliquid desiderari, quod sententiam implebat. Mandus certè, qui minime suspectum hunc locum habuit, nescio quam recte, interpretatur: adiungitq; admirabilem esse oportet, quin autem ipse, suum quoddam iudicium fecutus, de suo hæc addat, dubitari non potest ex Graeco contextu, in quo huic sententia vestigium nullum appetet. Ut autem ipse quoq; quid significasse hic auctorem putem, ostendam, arbitror eum dixisse, quod valet ad consilium poetæ tuendum, finem semper attendendum esse: indeq; res, qua ipsum antecedant, existimari. Alicuius etiam momenti est ad confirmandum mendi aliquid subesse hoc loco, quod particula, qua sequitur, *οὐτον*, à non nullis libris abest: qua tamen hic necessaria videatur: explanare enim uolens, quod supra generatim protulerat, & aliquid eorum indicare, qua adiuuant finem poetices, hoc addidit, atque inquit. Ceu si sic, id est fingendo aliquid, quod fieri non posse uideatur, terribiliorem, magisque

aptam ad stuporem gignendum, vel illam ipsam, in qua exponitur, uel aliam partem reddit. Si verò particula *οὗτος* auctoris non est: improbeq; huc coniecta fuit, posset aliquis non sine causa existimare, antequam locus tantopere contaminatus esset, hūc sensum ipsius fuisse: finis enim obtentus fuisset, si hoc pacto res efficit terribilior & magis ad consternandos animos apta, quis enim dubitat, quin poëtae huic stupori gignendo incumbant: finisq; hic ipse eorum sit. Hoc verò quærere poëtas & epicos, & tragicos: minore tamen cum periculo epicos, vt ingentem admirationem gignant in animis eorum, qui audiunt: reddantq; ipsos penè attonitos, & si obscurum minime est, auctoritate tamen Plutarchi planius sit, qui in uita, quam scripsit, Homeris ait (simil enim & rei ipsius & nominis accommodatum exemplum hoc erit) πεποίησθε τοῖς αἰχμάτοις ὅμιλοντας, & μόνον τυχαγωνίας καὶ ἐκπλήξεως χαρίν: & quæ sequuntur. Vnum igitur ex iis, quæ gignunt hunc paurem, est, quod inducit colloquia hominum & deorum inter se, de aliqua re disputantium. paulo etiam post, inquit, καὶ ἐκπληκτικῶν τῶν ἀκρότον κατεύθυνε. Sed apud Aristophanem quoque Euripides Aeschylum accusans, quod hoc ipsum faceret rebus extrinsecis, & apparatu deniq; ipso, inquit. οὐδὲ πληθὺν αὐτὸν, Κύκνοις ποιῶν καὶ Μέμυγας καθονοφαλαροπόλους: probat enim se non affinem esse illis culpis, quibus fabulae illius refertae forent. Postquam autem de uerbo inde conformato, viq; ipsius disputatum est, non alienum puto ostendere, quomodo Aristoteles definierit hanc quasi consternationē: facit enim ad rem ipsam melius percipiendam. inquit igitur in iiii. Topicorum, quosdam refellens, qui in hoc peccauerant, δοκεῖ δὲ ἐκπληκτικῶν βαυμαστῶν εἶναι ὑποβάλλουσα. id est videtur potius, si accurate attendatur, consternatio esse admiratio exuperans: vincensq; longo interuallo vim ceterarum admirationum. nam quæ illius generis modum non superat, admirationis nomine vocatur. Exemplo vero, quod dixit illustrare volens Aristoteles, utitur loco illo Homeris, cuius supra mentionem fecit, cum Achilles Hectorem perterrefactum: fugaq; sibi, contra reliquæ vitæ consuetudinē, salutem procurantem, sectatur: ea enim in illa Hectoris infectione finguntur à poëta, quæ fieri non possunt: vnde locus ille ratione carete merito existimatus est: atque, ut absurdam rem continens, exagitatus: quod ea de causa factum est, quia complectitur rem, quæ fieri non posse videatur: effici enim uix potest, ut commissio iam proelio, medioq; in ardore pugnæ, vniuersus exercitus quiescat, & pro bellatore spectator fiat: nec audeat telum iacere in aduersarium, unde tot & tam magna incommoda accepisset. nam illa etiam circumcisatio duorum ducum, per medias acies toties peruolitantium, uidetur exitum non habere: gestusq; itidem Achillis, qui capite suis interdicebat, ne Hectorem vulnerarent, tantusq; stimulus gloriae, ridiculus est. Nolo etiam omittere, quia admoneant, in non nullis calamo exaratis libris, aliter legi uerba illa. πρῶτον μὴ οὐδὲ τὰ πρὸς αὐτῶν τινά τινά: absunt enim inde particulæ hæc. id autem fortasse non errore librariorum commissum est: nā culpa potest manere apud aliquos, qui ipsa temere eo inculcarint: sine illis enim videtur sententia procedere: vt auctor postquam affirmauit, quid facto opus sit, explanare rem volens: & consilium suum, quod sequi in ipsa tradenda velit, aperire, dixerit. πρῶτον μὴ τὰ πρὸς αὐτῶν τινά τινά, id est ante omnia uideamus quæ contra ipsam artem obiciuntur: statimq; , tanquam ex persona eius qui criminetur, poëtamq; accuset, addat. αἴθωστα πεποίηται id est in opere ipso à poeta prolatæ sunt, quæ effici nullo pacto possunt, cui statim ipse respondeat, concedens eum sanè peccasse: ita tamen, ut præstiterit illo modo peccare, quæ ab ea re, quæ stulte reprehendi potest, vacuum esse: reliquaq; addat, quæ ad eum purgandum faciunt.

Ei μοι τοι τὸ τέλος, ή μᾶλον ή τίον, οὐδὲ χετούντα τέλον, η κατ' αὐλο συμβε-
σικός: ἔλαττον γάρ, εἰ μὲν εἴδη, οὐδὲ λαφός θήλεια κέρατα οὐκέχει, η εἰ κακο-
μάτως ἔρχεται.

*Si sane finis, vel magis vel minus, contingebat inesse, & secundum ar-
tem de his rebus, peccatum est non recte: oportet enim, si contingit, omnino
nisiquam peccari.*

Ostenderat

Ostenderat ignosci posse poëtis, si quādō ipsi in aliqua re contra suam artem lapi-
forent, ut facilius finem suum consequerentur, peccataq; hæc, quæ aliquid boni gi-
gnūt, condonari ipsis debere docuerat: quia tamen semper offendit quomodo cunq;
peccate: in seq̄ quiddam habet, quod merito displiceat, ne poëtae facile assuecant la-
bi, admonet ipsis, ut cum possunt idem præstare, atque eundem finem consequi,
sine errore villo atque offensa, fugiant hæc quoque peccata: quamuis etiam non tam
plenè perfecteq; possint, declinato errore illo, finem suum adipisci: neque enim opor-
tere hoc exquisitè querere, nec pusillum discrimen attendendum esse: præstat enim
fine peccato aliquo eundem finem, & si minorem aliquanto, consequi, quæ erro-
re in studio suo, quacunq; ratione admisso, illum integriorem cumulatioremque
adipisci: hoc enim manifesto ualeat ή μᾶλλον ή τίον. non esse inquam pondus illius rei
accuratè attendendum: siue plus in illo, minusue sit, multum momenti ad hanc rem
habere: nam si magnum interuallum esset inter finem, hoc aut illo modo partum,
dubium non foret, quin mediocris culpa admittenda esset. Valere verò quod dixi
η μᾶλλον ή τίον, declaratur etiam testimonio hoc Demosthenis: & si enim verba non
penitus eadem sunt, eadem tamen est vtrorunq; uis: inquit enim, cum salutem Ctesi-
phonis dignitatemq; suam defenderer. η πόλει, η πλειονέλατον, ακή, καὶ τὴν τὴν δημο-
σία περιχγυμένη μετενναπτε δόξης. Ettamen Lysias, uenustissimus ille scriptor atque
Attici sermonis norma, nulla immutatione facta, ut Aristoteles inquit. οἵτε πρῶτον,
μᾶλλον ή τίον, η ἐπιδιηγησαντα μέντος ιμερός εἰ πόλει προτικαλέστατο δέκα δεσμέαστρος
την βασιλέα: ita enim quoque ille non omnino se ad illum numerum dierum astrin-
xit, sed propinquum magnopere ipsi, & exiguo interuallo distarem, si discreparet,
esse quem diceret, affirmauit. Κατὰ τινὰ πολὺ τούτων τέχνων Aristoteles inquit, quia
illo modo negligebatur ars, quæ rationem earum rerum tractandarum traderet.
Quare nunc ostendit, si ipsis præterea præceptis seruatis, idem obtineri poterat,
& tamen sine causa maluit poëta alia prava ratione id conati, peccatum est grauiter,
& ipsis illa culpa non potest probari. Nam quod ait ημάρτηται η δόξη, comprobat
quod supra significari, superiora illa errata non inuere notam ullam poëtis, quia
procreant quod rectum est: quamuis repugnare videatur peccare, ac recte facere.
Adiungit autem, quod certo declarat, quantopere ipse animo abhorreat ab huiusc
modi etiam poëtarum peccatis: & quæ vellet scripta eorum ab omni vndiq; labo va-
cua esse: inquit enim quod uim præcepti habet, toto animo seruandi. Oportet enim,
si contingit, id est si via vlla reperitur, qua hoc obtineatur, omnino nullam in par-
tem peccari à poëta: nec umbram aliquam speciemq; erroris in eorum operibus ma-
nere. contendere igitur illi omnes ingenij neruos debent, ut hoc præstent. Verum
quia hoc semper obtinere difficile est, tunc possunt, intelligentes quid faciant, pec-
care, cum ex eo peccato maius aliquod bonum oritur: nihil enim optabilius, quam
finem in vna quaq; re consequi.

Ἐπι ποτίσσων ἐστι η ἀμάρτημα, τῶις κατὰ τὸν τέχνων, η κατ' αὐλο συμβε-
σικός: ἔλαττον γάρ, εἰ μὲν εἴδη, οὐδὲ λαφός θήλεια κέρατα οὐκέχει, η εἰ κακο-
μάτως ἔρχεται.

*Adhuc vtrorum est peccatum, eorum ne, que secundum artem, an se-
cundum aliud accidens: minus enim, si non sciebat, quod in ceruorum ge-
nere femina cornua non habet, quam si mala imitatione vñus, scripsit.*

Tradit alium modum dissoluendi criminis, quod poëtis obiciatur: statim enim
accepta re, cuius ipsis insimilantur, iubet nos diligenter attendere, cuius generis est
crimen illud: eorum ne, quæ poëtae admittunt contra leges sua artis: an illorum,
quæ manent in alicuius rei ignoratione, quæ accidat poëtae: nam si probare potuerit
eius generis esse, in quæ poëtae incident casu: & quia contingit ipsis huius aut illius
rei imperitos esse, leuius fertur hoc ipsis delictum, quam si in suo, proprioq; ipsis
studio

studio peccasset; & id, quod sibi imitandum proposuisset, perperam negligenterque imitatus esset. Ratio igitur haec non omnino culpam tollit, sed leuem illam esse, & que animo aequo accipi debeat, docet: neque enim omnia homines scire possunt: daturque venia cuilibet, qui aliquando aliquid ignorauerit. Differt autem haec a superiori ratione, quia in ea certum erat peccatum esse aduersus artem aliquam: hic vero queritur lapsus ne sit poëta eodem illo modo, an in suo studio peccarit. Exemplo vero naturam horum peccatorum explanare volens, illo vtitur, in quod plures poëtae incidentur: vel quia cuncti illi in eiusdem rei ignoratione versati sunt: vel quia reliqui auctoritatem eius fecuti fuere, qui primus contra verum id protulit: quamvis rem aliter se habere compertum illis foret: nam & Pindarus in iij. ode Olympiorum, & Callimachus in hymno in Dianam, & alij etiam poëtae, quod falsum est, ceruæ cornua adiunxerunt: in genere nanque ceruorum mares tantum cornibus prædicti sunt: femina vero nulla cornua habere vñquam uisa est: quod memoria etiam auctor prodidit in iij. libro de historia animantium. Quod autem hic inquit minus peccatum esse poëtae, si hoc ille nesciebat, quam si vitiosa imitatione vsus esset, & aliquid, perperam id imitans, scripsisset: puto valere hoc peccatum leuius esse, quod scilicet ignorauit ceruam non esse a natura cornibus ornatam, & tamen ipsi illa affixit, reliqua tamen eximie persecutus est: quodq; imitari voluit, omnibus numeris expressit, quam si, vt erat, sine cornibus illam describens, perperam se in ea re exprimenda gessisset, nec vsus foret eleganti imitatione: & vt si hoc vere protulisset, ita etiam si aliam rem, cui veritas assentiretur, eodem pacto pinxit. id est segniter & sine accurata imitatione: qui enim poëta hoc committit, labitur in suo, proprioq; ipsius munere: eodem pacto peccaret poeta, si quipiam contra situum eius telluris, quam describeret, & ante oculos eorum, qui audiunt, ponere vellat, proferret. Nam si quis, ceruæ cornua tribuens, illam ipsam rem perperam imitatus esset, duobus nominibus peccasset, nec posset vlo pacto subleuari, quamvis peccata ipsa paria non forent. Respondet vero hoc parti illi: Si nanque elegit imitari rem, cuius imitandæ facultatem non haberet, ipsius peccatum est: qui enim sumit materiam supra uires, & qua superet ipsius ingenium, necesse est perperam imitetur. Non sine causa autem suspiciari posset aliquis, cum vsus hic sit verbo proprio pictorum: nam de imitatione operis poëtarum ποιητῶν consuevit dicere, auctorem in tellexisse studium illud: sequitur enim statim, propter similitudinem harum artium, ut quod illic contingit, idem etiam in studio poëtarum vsu ueniat: infra certè, ubi manifesto de pictoribus loquitur, hoc ipso verbo vtitur. inquit enim. οὐς γένει ἕγραφε. An cum semper poëtae referant pictores assimilesq; ipsi sint, certis tamen quibusdam temporibus, propius accedunt ad studium ipsorum: veriq; pictores videntur. quare qui de ipsis loquuntur, appositè tunc, recteq; verbum etiam inde sumunt. Quod ad scripture veritatem facit, probò receptam lectionem ea parte, qua ποιητῶν illa habet: inueniq; libros calamo exaratos ipsi consentientes: nam quæ adiunguntur, uidentur significare ita prorsus legi debere: duo enim genera peccatorum contraria inter se indicant. Vt rurum igitur peccatorum id, cuius arguitur poeta, uidendum esse præcipit: alterum enim eorum genus faciliorem excusationem habet. Præterea cum in extremo huius sententiae perturbata magnopere scriptura sit, quid inuenierim in scriptis libris fideliter narrare volo. quidam enim habent. εἰ μημέντως: alij vero οὐ μημέντως. vt non sine causa existimet aliquis priorem harum aut ueram esse, aut proximè ad illam accedere. Contra autem, quæ in repetit in excusos libros, videtur è posteriore hac, restituta illi syllaba, quæ defecerat, concinnata fuisse: quamvis etiam secunda vox, quæ in priore est, addi debuerit, id est coiunctio εἰ, quæ prorsus necessaria videtur. quod si fiat, lectio plena existimari poterit. vt alterum peccatum, quod maius esse, magisq; declinandum dicit, sit perperam negligentēr; imitari: & non, nihil prorsus imitari, quod in poetam non viderur posse cadere: amitteret enim tunc nomen poetae.

Προς δὲ τούτοις, εἰδὼς ἐπίλεμαται, ὅτι οὐκ αἱρεῖται, αἱρεῖσθαι δέ. οἷον καὶ Σοφοκλῆς ἔφη. αὐτὸς μαζὶ, οἵους δέ ποιεῖν: Εὔερπίδης δέ, οἵοι εἰσι: διὸ ταῦτα λυτέοις.

Præter

Præter hanc autem, si reprehenditur, quod non vera, sed qualia oportet. cœu. & Sophocles inquit.. ipse quidem, quales oportet facere: Euripides vero, quales sunt: Quapropter hoc soluendum esse.

Docet nunc quomodo diluantur crimina, si dicatur poëta commisisse aliquid contra tria illa, quæ primo posuit. incipit autem ab ea culpa, cum insimulatur, quod à veritate illorum factorum discesserit: si enim inquit, accusatur, quod non vera prouulerit, statim obiurgatori occurendum est; quod poëta maluit exponere res ea ratione, qua optimè geri potuerint: & id potius, quod fieri debebat, quam id, quod factum est; spectare. Non igitur inscrita ductus hoc fecit: neque quod vanis falsisq; narrationibus delectaretur, verum vt magis prodebet: nam posse hoc etiam sine culpa facere poëtas: vel potius summam inde laudem adipisci, auctoritate Sophoclis confirmat, qui hoc de se prædicare solitus erat, ac magna sibi laudi ducere, quod finigeret eos, quos in fabulas suas inducebat, quales illos esse oportet: cum Euripides quales vere forent, in scenam ipsos induceret: nec meliores mores ipsis affingeret. Quare inquit Aristoteles, voce Sophoclis commemorata, atque ita sententia sua confirmata, oportere ita crimen illud dissoluere. Animaduertendum autem, quæ ita insimulantur, in crimen, vocantur, quod contra unum aliquod trium horum commiserint, videri reprehendi vt ἀλογα: & quæ à ratione vacua sint: tam enim aduersatur ratione, facitq; rem absurdam, qui falsum loquitur, quam qui aliquid, ut non oportebat factum, factum fingit. nec non qui longe aliter sensit de aliqua re, atque homines vulgo existiment, aduersaturq; deinde in ea re tradenda communis iudicio: Elicitur autem hinc quoque, vt ex aliis locis, iisdem modis plures formas dissolui. nam cum hic doceat haec maledicta refelli, referendo ipsa & ad id, quod melius est, & ad communem de illis rebus opinionem, infra manifesto tradit, quæ carpuntur ut ἀδικία, defendi itidem duobus his modis. In superioribus verbis dissentunt ea parte tantum scripti ab excusis libris, quod ἀληστας δε, plures calamo exarati habent, pro ἀληστας: videtur tamen omnibus partibus melior recepta lectio.

Εἰ δὲ μηδετόρως. ὅτι οὐ τα φασίν. οἷον τὰ τοῦτα θεῶν. Καὶ γάρ οὐτε Σεληνού οὐτε Λέγεν, οὐτ' ἀληστα, ἀλλ' ἐπιχει, ὡς δρ Σοφοκλῆς: αἱρεῖσθαι ταῦτα.

Si autem neutrō modo: quod ita diant. cœu que de diis: fortasse enim neque melius ita dicere, neque vera, sed contigit, quemadmodum Xenophanes, sed non dicunt hanc.

Docet nunc quomodo purgari possit poëta, si non licet nobis neutra expositarum iam rationum dignitati eius consulere: id est si nequimus dicere ipsum aut veritatem secutuni, aut rem illam, vt optimè geri potuit, ita gestam fixisse: debere enim inquit nos ed recurrere, vt dicamus ipsum famam secutum, ac communem hominum de illa re existimationem: sic enim omnes, qui de ea quicquam referunt, ipsam com memorare. Videndum autem, an pertineat hoc quoque ad illam formam, quam vocavit ἀλογα: quæ nanque materia neque uera est, neque ut op̄ortet, melioreq; ratione quamqua facta est, facta dicitur, absurdâ esse necessario videtur. Ea vero, quæ de diis immortalibus narrantur, ita posse defendi ostendit: hoc enim tanquam exemplo quadam, voluit vim huius præcepti aperire. Fortasse enim inquit, neque melius est, neque præstat reliquis expositionibus, quæ de illis haberentur, ita de ipsis verbis facere: neque etiam ipsa vera sunt, sed contigit, id est nescio quo casu factum est, vt homines communis consensu de ipsis ita putarent, ac vulgo loquerentur. Autigitur quod inquit. οὐ τὰ τοῦτα θεῶν, vt ostendi, valet quæ de ipsis vulgo feruntur: aut, quod melius puto, totam hanc rem, vt ab Homero tractata est, intelligit. Nam infra, ubi manifesto locum apud eum poetam ab æmulis agitatum significat, eodem pacto

paſto locutus est, οὐ τὸν πόλεον ἔπειτα. & non multo post τῷ πόλεον ἔπειτα. sed etiam ante hunc ipsum, de quo querimus: ac prius quam incepisset tradere, qua obſeruantur poētis: & quomodo eadem diſoluuntur, τῷ πόλεον τῷ πόλεον: quo tamen loco ſupradicto posuerat: integer enim ille eſt ἐπὶ καὶ τῷ Κρήτην ἀλογα. τῷ πόλεον τῷ πόλεον, ἔπειτα τῷ πόλεον: & quae ſequuntur. Inde autem perſpici poſſe arbitrio hic quoque idem verbum in telligi debere, & reliquis omnibus locis, quos indicaui: niſi aliquis contendat, quod communius eſt, ἐπτιμωτα illo articulo, ſignificari: quod tamen non magni ad ſententiam refert. Nam quod paulo post inquit, τῷ πόλεον πέρι τοῦ πόλεον ὅραντα, δὲ διὰλογον, ſine dubio referri debet ad ἐπτιμωτα. Et ſanè präcipue haec culpa Homeruſ laborabat, quod diis immortalibus multa tribuiffet indigna ſanctitate eorum, quod etiam Cicero in eo reprehendit, affirmans ipsum humana ad deos retuliffe. ſed non Homeruſ ſolum, uerum etiam alij poētae. Iniquo autem animo ferunt mortales maiestatem deorum ledi: crebraq; in poētas ea de cauſa expofūlaciones. Tetigit etiam hoc Plutarchuſ in libro, vnde ſæpe ſupra testimonia citauit: vt non multo etiam infra faciam. Eius autem haec verba ſunt. ὅταν οὐδὲ αὐτοποτικοὶ δυνα-
χορεῖς τοὺς ποιμανοὺς τοῦ βασιλεῖον, & quae ſequuntur: haec enim quum à graui aliqua persona apud poētas dicebantur, docet, accepta ut vera, & non ut ad tempus edita, obſeſe magnopere animis imperitorum. Adiunxit autem teſtimoniū Xenophaniſ Eleatae, qui priscus physicus fuit, vel potius theologus: in pri-
mis enim naturam deorum inueſtiigauit. ipſe igitur de rebus obſcuris, cuiuſi modi eſſe pleraq; arbitrabatur, ita ſentiebat: intelligebatq; fieri poſſe ut homines aliquando temere inciderent in veritatem: quod tamen, quia incertum foret, quando contigiffet, nihil valebat ad reſ illas percipiendas. eam vero ipſius opinionem ſi hic ab eru-
ditissimo magistro tactam eſſe existimabimus, ut ſanè factum videretur: cur enim alter ipſum hic appellaret? oportebit illud ἐπιχειρεῖν capere. hoc nanque ipſo Xenophaniſ quoque verbo uifus eſt, hoc ſenſu: ut illi, qui hoſ de diis immortalibus protule-
runt, verum dicerent, fortuito temereq; factum eſſe. Sed tamen ita quoque reſtar-
ſcrupulus non paruus in iis verbis, quae ſequuntur: apud auſtorem, αὐτοφαντικός.
aduersantur enim illa aperte ſententiae ipſius. Quare non nulli auſi ſunt ea emen-
dare: legendumq; putarunt, ſublata particula negandi, ἀλλα φασι τῷ πόλεον. eidem autem uulnus aliquis, non diueraſa ratione medeſetur, qui ſyllabam, in qua negandi uis eſt, retineret ſanè: auſtam tamen illam, & in uocem οὐτοῦ conformitatem. Sed poſtquām in telligitur correctione omnino locum egere, longe aliam viam purgandi ipſum in-
dicabo, ut macula ſit non in hoc, ſed in ea, quae ſequitur voce: legiū debeat pto φα-
ντι, non valde diſſimili nomine, συνθη. Admonuit autem me, ut ita putarem, locus ipſo Xenophaniſ, quem videtit hic Aristoteles ſignificare, legitur vero ille apud Sextum, & non uno ſanè loco, capite igitur, quo querit. Si eſt regula & iudicium uilum veritatis, ubi inquit ex opinione aliquorum Xenophaniſ vnum ex illis eſſe, qui nihil percipi poſſe affirmarint, quod illi probare ſoliti eſſent verbis ipſius, hoſ ipſos uerbi poſnit. Καὶ τὸ μὴ διὰ ταφές εἰτις αἴνεις ἀδεῖος: εἰδέσθαι αἱματίῳ θεῶν τὸν
φασα λέγει τῷ πάτερον. Εἰ γένεται τὸ μάλιſte τύχοι τετελεσμένον ἄπον, Αὐτὸς δὲ τὸν οἶδε: δέο-
κος δὲ τὸν πέντε πέντε ποτα. Quis igitur & ex materia, de qua agitur: & ex verbis ipſis, ualde ſimilibus, non facile credat eō perſpexiſſe Aristotelem: ac poſtquām inceperebat, rationem ipſius plenius etiam, quam necelle hic erat, explanasse. nam ſi quod ad locum ipſum, quem in manibus habebat, explanandum pertineret, ponere tantum voluiffet, potuit cuncta, quae poſt nomen Xenophaniſ ſequuntur, reticere. Quod igitur apud ipſum eſt. ἐπιχειρεῖν τετελετερον εἴτε, breui concifeq; Aristoteles dixit ἀλλα
ἐπιχειρεῖν. Sunt autem verba eius, qui contendat uerum ſciri poſſe, & in querenda natura deorum, & in aliarum etiam rerum vi indaganda: quia forte aliquando fit, ut aliquis, quod certum & uerum eſt intelligat: cui ſententia obuiam itur, dicendo. ἀλλα τοῦ πόλεον, id eſt cum tamen id etiam fit, nihil plani & certi de illis rebus eſt. Si nū gula autem penē verba Xenophaniſ, ut obſcura, diligenter interpretatur Sextus: earum tamen integra explicatione nunc ſuperſedebo, contentus locum indicaffe, ac leuiter explanaffe. Nec tamen non teſtabor huius loci Xenophaniſ, meminiffe etiam Plutarchum in libro, quo tradit quomodo paratum legere & audire poētas deceat adolescentem,

adolescentem. qui primos tanum duos verbi poſuit, ostendit autē ille, non debere nos mirari ſi poētis ueritas non ualde cure eſt, cum qui nihil aliud in vita faciunt vix ipſam confequantur. vtiturq; testimonis & Empedoclis & Xenophaniſ, qui omnia plena tenebrarum eſſe: nec percipi quicquam poſſe, aiebant.

Γρῶς δὲ οὐ βέλτιον μονί, ἀλλ' οὐτως ἔχει. οἷον τὰ τῶν τῶν ὄντων: -ἔγχει
δὲ οὐδὲν Ορθοῖς σωρωτῆρος: οὐτως γαρ τότε σύμβολον, ωστροὶ καὶ ναῦ Γλυκεῖοι.

*Fortaffe autem non melius quidem, ſed ſic habuit. ceu que de armis.
Lanceæ autem ipſis rectæ in ſauroterere: ſic enim tunc iſtituto quodam faciebant, quemadmodum & nunc Illyrici.*

Tradit aliam rationem, qua refelli itidem poſſit crimen alicuius poētæ. eſt autem illa, vt manifestò appetit, ſuperiori culpe, diſſolutionique ipſius, contraria: non enim defunt, qui aliquando inſimulent poētas, quod quædam expoſuerint, non ſatis recte traſtata: & quæ manifestò videntur in ſigne aliquod vitium in ſe continere: quo paſto carpebatur Homeruſ, qui cum ostendere vellet, Diomedem, vna cum ſuis copiis noctu humi ita dormiſſe, ut parata omnia expeditaq; haberet, quæ perrinerent ad propriam ſalutem defendendam, ſubitumque aduentum hostium arcendum, in aliis inquit ita ipſos lanceas collocatas habuiffe, ut erectæ ſtarent, & imam ſui partem defixam tellure haberent, vel potius in instrumento quodam inclusam, quod ſpiculorum recipiendorum cauſa humi ſigebatur, ut ipſa ab omni iniuria tueretur. Cum hoc igitur ita commemoſet, quidam poētā repreheſendebat, docens, hoc, quod ipſe narrat, conſilio ipſorum contrarium fuiffe: lanceæ enim ita collocatae non poſſunt ſubito in hostes conuerſi: aptiorq; illi temporis habitus illarum fuiffeſt, ſi non recta ipſa, ſed directa aduersus hostes ſtetiſſent: & in illam partem conuertæ, vnde illi venturi existimabantur: maxime cum innexa & implicita in illo instrumento forent, ut inde repente expediri non poſſent. ita (niſi fallor) accipi locus debet. nec tamē me fugit putare Eustachium aliud uitium in hac poſitura ſpiculorum manere. Cum igitur quicquam huiuscemodi inueniuit: ut ſciliſt meliore via ipſum administrari pouerit, quam illa, qua geſtum reſeruit, atque hoc aliquis accuſari, respondere debemus veritatē poētam ſecutum, atque iſtitutum eorum temporum. ceu hoc ipſum: Græci enim tempeſtate illa, qua bellum Troianum geſtum eſt, ita faciebant: fuitq; ille moſ eius ætatis. Ut autem hoc prober, oſtendit veſtigium illius rei adhuc reſtare in Illyricis populis. Quare cum errore hoc emendato a Græcis, quædam adhuc gens, quæ non tantopere rem militarem expoliuerit, ut Barbara, veruſ iſtitutum retineat, credi facilius potest Græcos etiam olim in hoc vitio verſatos. Non eſt igitur hoc erratum poētæ, qui fideliter commemoſauit, quod factum eſt, ſed culpa eorum temporum: nec tamen Illyrios potiſſimum auſtor appellauit, quia illis quicquam cum Diomedē ea tempeſtate, & fortaffe etiam poſtquām ſita ē regione loca occuپauit, fuiffeſt. ſed eam unam gentem eſſe ſciebat, quæ veterem adhuc moreni reſtinet. Eodem autem paſto probauit in problemati, quod illic conſtituere opus fuīt: cum enim cauſam afferre vellet, cur cantus quidam vocarentur νόμοι: dixiſſetq; id fortaffe factum eſt, quia prisci, antequām litteras haberent, ſoliti eſſent canere leges, ne ipſas obliuiferentur, ut facilius hoc uerum eſſe probaret, addidit. Quemadmodum adhuc apud Agathyrſos moſ eſt, ut ſciliſt rudis illa gens veterem conſuetudinem reſtinet, quam Græci, litteris apud eos inuentis, abieciſſent.

Πλοὶ δὲ τῷ καλῷ, ἢ μὴ καλῷ ἢ ἔργοι τοῖ, ἢ τίτανοι, οὐ μόνον οἰκεῖον εἰς αὐτῷ τῷ περιεχομένῳ, ἢ ἔργοι, θλέποντα, εἰς αὐτοῦ αὐτὸν ἢ φαῦλον, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν τερψίοντα, ἢ λέγοντα, πεοὺς οὐ, ἢ ὅτε, ἢ ὅτῳ, ἢ οὐ τίταν. οἷον ἢ μείζονος ἀγαθοῦ, ἵνα γένισται: ἢ μείζονος κακοῦ, ἵνα αὐτογείναι.

*De illo vero, quod bene aut non bene, vel dictum eſt à quopiam, vel fa-
A a
ſtum;*

Etum, non tantum considerandum in ipsum, quod factum est vel dictum, respicientem, si ipsum probum vel improbum, verum etiam in ipsum, qui facit vel dicit, ad quem, vel quando, vel quo, vel cuius gratia. Ceu vel maioris boni, ut fiat: vel maioris mali, ut non fiat.

Quia sāpē in scriptis poētarum perpendendis queritur, recte ne aliquid dictum sit, siue factum: an contra non recte: docet eos, qui vindicare ipsos à criminibus volunt: existimationēmq; poētarum charam habent, non tantum spectare debere: diligenterq; examinare illa ipsa, quae dicta vel facta sunt, cuius generis sint, cum virtute ne coniuncta, vel viuio alicui affinia: hoc enim manifesto valet, & πονδαίνει φύλακα, verum etiam oculos dirigere in eum ipsum, qui inducitur à poēta vel facere, vel dicere: attendereq; diligenter aduersus quem, id est personam eius, cum quā loquitur: vel in quem id ipsum molitur ac gerit: sāpē enim hinc nascetur occasio multarum criminationum diluendarum: non pauca enim quā merito reprehendi potuerint, si in sermone cū hac persona prolata fuissent culpa omni vacant: si ad aliam personam referuntur. Exemplum satis accommodatum huius rei est Hippolytus Euripidis, qui quum in scena edidisset, quod possit moribus valde nocere (videbatur namque Euripides ad periurium homines impulsi, quia Hippolytus inquit Iuraui lingua, mentem iniuratam gero) purgari potest poēta, quia fecit hoc illum dixisse, quum lo queretur cum lena: voluit enim illam vlcisci, quae ipsi imposuerat, & ad rem turpem nefariamq; gerendam hortata fuerat. nullam autem maiorem pœnam ab ea capere potuit, quā ostendere se velle, quā cum ipso egerat, patefacere: si nanque subito ipsam omni metu liberasset, parum prudenter fecisset: debuit enim tam scelerata mulier saltem ita angi ac male haberet. nam id, quod ore tunc protulit, animo non probasse Hippolytum, intelligitur exitu eius facti: mori nanque ille maluit, quā fidem anui datam testibus diis immortibus violare: eadem ratio est illorum, quā sunt: ipsa enim quoque mutata persona eorum, in quos diriguntur, magnopere immutantur: & nunc laudi, nunc vituperationi dantur. Ut autem hoc diligenter animaduertisse valde prodesse dicit, ita reliquias omnes res, quā quia factō omni dictōq; hærent, & quasi ipsa ambiant, à Græcis πριστάσαι vocatae sunt. Post personam autem, in quam illa dicuntur aut sunt, tempus ponit: tempus enim quoque sāpē subsidio est, & remouet culpas a poētis non paruas: quā nāique quibusdam temporibus prolata aut gesta, culps alicui affinia sunt: alis laudem potius merentur. Significauit verò hoc, cum inquit ἡτοι: nam quod sequitur, postrema litera tantum immutata, ὅτῳ, valet instrumentum: in eo enim quoque uis non parua est ad augenda vel minuenda ea, quā obiciuntur poetis. Post hoc finis sequitur: finem enim sine dubitatione, consiliumq; eius qui fecit, aut dixit, significauit, cum ἔσχεται inquit: ut ille enim obtineatur, reliqua omnia quā antecedunt, sunt. Interpretatur autem diligenter hoc ipsum, quod extremo loco posuit: docetq; multum merito hoc ualere ad factū alicuius defendendum: insimulatur enim aliquando quispiam, consiliumq; ipsius reprehendit, qui facere elegerit id, quod incommodi quiddam in se habere intelligitur. quod si ostendetur qui fecit, fecisse maioris boni adipiscendi causa, & quoq; animo id mali sustinuisse, quia nulla alia uia erat boni, quod inde nasci debebat, consequendi, constituitur consilium eius, quod ante exagitabatur: eodem pacto purgatur ille, prudenterq; fecisse demonstratur, si malum illud modicum sustinuit maioris mali depellendi causa: quod enim inquit de maiore bono auctōr, οὐαγένης: & de maiore mali, οὐαπολένης, manifesto ualeat, ut illud existat, ue-riatq; ad nos: contraq; ut hoc arceatur, à nobisq; remoueat. Arbitror autem rationem hanc pertinere ad formam eam, quam uocauit. οὐαλαβερός: docet enim nunc si poēta arguitur, quod personam aliquam induxerit, quā quippiam dixerit aut fecerit, quod merito reprehendi possit, aut speciem habeat nocendi, quomodo illud defendi purgariq; debeat. Ut vero hic eleganter inquit εἰς αὐτὸν τὸ πεπραγμένον ἐρημούσιον βλέπεται, ita in iij.libro πολιτικῶν ait. οὐαλαβερός: ταῦτα βλέπεται οὐαλαβερός.

Tā dē

Tā dē προς τὴν λέξιν ἀρωντα δὲ διαλύειν. δῖον γλώττῃ. Οὐρῆας μὲν πεδ-
τον: ἵστις γαρ οὐ τὸν ἱμεόνους λέγει, ἀλλὰ τὸ φύλακας. καὶ τὸ Δόλωνα. Οἱ
δήποι, ἀδιος μὲν ἔλευκος, οὐ τὸ σῶμα ἀσύμμετρον: ἀλλὰ τὸ πεδοσωῶν αὐ-
χον: τὸ γῆρας οἱ Κρῆτες δύπερόσταπον καλούσι: καὶ τὸ Ζωρότροπον δὲ κέρας
γε, οὐ τὸν πλαστόν, ὡς οὐνόφλακεν, ἀλλὰ τὸ θάλασσαν.

Hac autem, ad locutionem respicientem, oportet dissoluere. Ceu lingua.
Οὐρῆας quidem primum: fortasse enim non mulos dicit, sed custodes. &
Dolonen. Qui sane specie quidem erat malus, non corpore incompositum,
sed facie turpem. οὐδεὶς enim Cretes vocant, quod pulchram faciem ha-
bet. & illud Ζωρότροπον δὲ κέρας, non merum, ut temulentis, sed citius.

Cum plures iam rationes tradidisset dissoluendorum criminum, quā poetis obii-
ciuntur, ostendit nūc posse quoque non paruas ipsorum reprehensiones confuta-
ri, si quis locutionem attendat. non quia poēta tunc accusentur ut male uocibus ali-
quibus usi, aut quia ipse nūc hanc curam suscipiat: supra enim ipsos diligenter pur-
gauit contra illos, qui improbe poetas hoc nomine accusarent, sed quia hoc pacto si-
gnificabuntur non ita sensisse de non nullis rebus, ut falsò putabatur ab illis, qui
perpetrāt voces eorum accipiebant: & non eo sensu, quo poēta protulerant. in su-
perioribus autem modis defendendorum poetarum, nūquam ad notionēm verborū
accessum est, neque auxiliū inde petiūt. quare huic generi nūc incumbit: pri-
mumq; cum initio atrocis illius pestilentiae describendae Homerus cōmemorasset,
morbum eum primum ἔρην inuasisse: uocabulumq; illud mulos uulgō significa-
ret, reprehendebatur à mulis, quia causa non appetat, cur potissimum muli primi
coripi eo morbo debuerint. inquit inquit. Fortasse poētam non mulos ea voce in-
tellexisse, sed custodes vigilēsq;: ipsos nanque potuit subito pestilentia corripere, ut
qui extra castra manebant, saluti cōmuni propescientes: aduentumq; hostium explo-
rantes: in illos enim primos incurrere debuit morbus ille, qui à deo missus erat: &
tanquam impreflio quādān hostilis in castra irrumpere parabat. adiuuat autem hūc
sensum, quia statim canes appellantur, quorum opera etiam in hac re vti consuerat:
sunt enim excubitores acerrimi, & facile quidquid adūet, sentiunt: quamuis in Ca-
pitolio tuendo ab anseribus uicti fuerint. in hos igitur quoque, ut in milites, quo-
rum cura idem hoc commissum foret, primos pestilentia gravisata est. putare autem
debemus, notionem illam, qua οὐρῆας custodes vocabantur, non propriam fuisse ue-
rorum Græcorum, sed alijs gentis. nam testatus est Aristoteles monstrando hoc,
linguam esse, peregrinamq; vocem, discuti id crimen: & quod sequitur, manife-
sto tradit Cretarum esse vocabulum, cum aliud à consuetudine significat: inquit
enim. Solitū etiam esse vexari uersum illum ē xx.libro Iliadis, quo de Dolone Tro-
iano agens, ait. Ηράτην ἄλλος μῆδος ἔλευκος, καὶ ποδῶντος. cum euim εἴδος, id est spe-
cies, uulgo acciperet pro forma totius corporis, atque omnium membrorum stru-
ctura: dictusq; aperte foret Dolon, malam illam vitiosamq; habuisse, videbatur sibi
ipsi repugnare poēta, quia statim addidisset, fuisse illum magnum cursorem: requi-
ritur enim egregia partium corporis compositio, ut aliquis in cursu uelox sit. Huic
igitur quoque crimi occurri significat, si quis uocem eam capiat non eo sensu, quo
consuetudo capiebat, sed illo quo gens Cretarum: illi enim οὐρῆας quippiam dicen-
tes iuncto nomine, intelligunt, quod pulchram tantum faciem habet. quare separa-
tum etiam εἴδος ea ratione significabit, faciem uultumq;: atque ita Homerus omni
culpa uacabit: fieri enim potest, ut aliquis faciem turpem habeat, membra tamen
omnia præclare inter se conuenientia: ex qua partium corporis iunctura, efficitur ut
expeditum corpus ad currendum habeat. ope igitur huius animaduersiōnis: often-
dendoq; illud esse externum eo loco vocabulum, dissoluitur ea criminatio. Ani-
maduertendum autem, cum apud Terentium amore ardens adolescentis exclamasset:

A 2 ij δ faciem

ð faciem pulchram, admonuisse Donatum interpretem, quomodo illuc id verbum accipi deberet. Respondet verò illud huic nomini οὐδος. ait igitur. Faciem, nō modo partem corporis dicit, sed totam speciem, quæ appetet & cernitur. Tertium exemplum vindicandi hoc pacto poëtas à culpa, est itidem Homeri: ille nāque in ix. Iliadis, quo loco narrat Patroclum iussu Achillis apparasse conuiuum legatis Agā memnonis, facit Achillem sodali illi suo mandasse, ut ταχέη ministraret: quod verbum uulgo ualeat ἀχετήνων. quare videbatur importunum quiddam illum imperasse, vt grauibus hominibus, tempore, quo maxime requirebatur officium mentis, ingereretur meracius unum: uisusq; eset fortis ille heros amicissimis suis turpissimum vitium exprobras. Quod si illuc capiatur ζαρόν, pro uelocius: &, ut Aristoteles inquit, τὸν, id est festinantius, nihil reprehendi poterit sententiaq; ualde accommodata erit: hanc autem notionem inde ductam puto, quia σέρπ, calidum significat. qui autem calide quid administrant, celeriter ea tractant. Plutarchus in v. libro συμποσίου, loco huic disputationi ualde accommodato, copiose sūt tiliterq; differunt de hac re: pluresq; modos attulit, quibus ueteres, ingeniosi uiri, hunc nondum dissoluere conati essent: in quibus etiam est ille ipse, quem probauit, ab auctore ipso excoxitatus. Sed consilio Aristotelis explicato, cuncta illa huic non transferam, præsertim cum hoc accurate fecerit Robortellus. nam quod hic magnopere facit, vsus est etiam in ea quæstione explicanda eruditissimus scriptor, uerbo, quo noster hic docto, cum ostenderet existimari non posse Achillem præcepisse Patroclum, ut meracius ministraret, quia ipse uino magnopere delectaretur: plurimi nāque in dictis perspicitur, ipsum huic uitio deditum minime fuisse: in quibus est, quod in Agamemnonem contumelias iaciens, in primis temulentum ipsum appellat, ut qui omnium morborum furidissimum puraret ebrietatem: ideoq; ipsam inimico homini obiiceret. extremam uero hanc sententiam his uerbis protulit, οὐ μάλιστα μάταιον αἰσθανόμενος.

Τὸ δὲ κατὰ μεταφορὰν ἔργον. οἷον. Αὐτοὶ μὲν ἐάνθεοτε καὶ οἵστε οὐδὲν πανύχιοι. καὶ τὸ Ηὔτοντον τὸ τρέποντον ἀθέροισιν. καὶ Αὐλῶν συρίγχων τε ὄμαδον. τὸ γαρ πάντος αὐτὸν τῷ πελῷ, κατὰ μεταφορὰν ἔργον: τὸ γαρ πᾶν, τῷ πελῷ π. καὶ τὸ, Οἴη δ' ἄμμος, κατὰ μεταφορὰν: τὸ γρύνων μάταιον, μόνον.

Hoc autem per translationem dictum est. Cen. Alii quidem dīj. & homines dormiebant totam noctem. & illud. Siue hic in campum Troianum respiceret. Et Tibiarū fistularumq; vocem. illud enim πάντος, id est omnes, pro multis per translationē dictum est: omne nāque quiddam multum est. Et illud οἴη δ' ἄμμος per translationem: quod enim maxime notū, solum est.

Cum ostendisset, quomodo depelli possint criminationes quedam, ac dignitas poëtarum defendi, una iam rationum illarum, quæ in oratione positæ sunt, docendo uerbum illud, cuius sententia nullo modo illuc quadrat, si capiatur ut consuetudo id accipit, esse usurpatum more externi alicuius populi, aliam nunc rationem monstrat, nou nullarum itidem criminationum diluendarum, si quis docuerit uerbum, cuius itidem notio eo loco absurdā uidetur, non propriè usurpatum esse, sed metaphorice: ita enim quoque uirabitur imperus aduersarij, & omne studium ipsius in reprehendendo inane esse ostendetur. vtitur autem in hac quoque re illustranda exemplis Homericis. Primum verò acceptum est īj. Iliadis, ubi poëta commemo rat ceteros omnes deos plenam noctem dormisse. insimulabatur autem ille, quod diis immortalibus somnum tribuisset: atque humanam rem ad naturam diuinam translusset: neque enim dīj, qui laborem defatigationemq; non sentiunt, egerent re quiete: & auxilio somni uires corporis reficiunt. Dicit igitur purgari posse Homericum,

rum, si dicatur uetus verbo οὐδος ob similitudinem metaphorice: neque enim uerbum habebat, quo propriè, appositeq; significaret quietem illam, quam putare possumus esse deorum, cum cessant ab opere. quare recte fecit, ab hominum quiete ipsum capiens. Aut igitur exemplum manet in hoc verbo, ut significauit, aut si hoc parum probatur aliquibus, quia hoc pacto quidquid dicitur de diis, translati verbis prolatum erit: cuncta enim sumpta sunt ab hominum muneribus & officiis, co gemur dicere spectatum esse ab Aristotele verbum iunctum πανύχιον, quia verisimile nullo modo sit, deos integrum plenamq; noctem dormire: quod ipse in mortalibus etiam illis, quibus magna curæ commissa forent, accusauit: cepisseq; ipsum universam noctem pro parte aliqua ipsius. Non explicat autem hic tam accuratè, in quibus nominibus translatio maneat, vt supra fecit, vbi de uocibus peregrinis disputauit. vnde haec difficultas orta est: quia res haec plerūq; cogniti facilius est: ac pleriq; omnes hoc intelligunt: tria enim continentia loca posuit, quæ ita defenderentur: nec vñquam indicauit in quo verbo, aliter atque poëta volebat, accepto, ille læderetur. Alterum igitur eorum est, quod in x. Iliadis, de Agamemnone loquens, qui noctu multis grauibus curis conflictabatur: nec vt reliqui duces Græcarum copiarum dormire poterat, inquit ipsum cernere campos Troianos, vbi multi ignes accensi erant pernoctantibus Troianis, in rebus ipsorum secundis, extra urbem. Absurdum autem illuc videbatur (nisi fallor) quod cum media nox esset, eum dixerat poëta spectare vbi posita erant castra Troianorum: ut non multo etiam post eundem dixit acerrimo dolore affici respicientem naues Græcorum in quas illi metu perterriti confugerant: neque enim in tenebris loca spectari possunt & luminibus percipi. quare intellexit poëta eum vñsum mentis oculis: & in hoc manet translatio. Non est autem verisimile Agamemnonem, sollicitum de salute suorum, ac toto animo in ea cogitatione occupatum, nunc hue, nunc illuc cursitasse, vt ea crebro videtur, quæ iam cum dolore ingenti spectauerat: sed in animo motus ille, astusq; manebat, repetente, quæ sibi molesta uiderat, ac remedium ipsis quærente. Non est autem simile exemplum superiori, nec ab Ioue prolatum id est, quamuis paulo antea poëta in collatione, similem esse æstum illum animi, gemitumq; Ioui fulgenti affirmans, mentionem principis deorum fecisset. quare sublato illo, non video qua ratione aliter hic translatio manere possit. Tertium exemplum posuit ex eodem loco acceptum, vbi poëta exponit, quæ ualde sollicitum haberent animum Agamemnonis: in aliis enim narrat ipsum Græcarum copiarum ducem uehementer perturbatum, admirationisq; plenum fuisse, audientem tibiarum fistularumq; cantum, quæ canerent in castris Troianorum. Est autem molestum hoc loco, quod apud poëtam aliter legitur hic versus, quam citat ipsum Aristoteles: illic enim tertio postremoque verbo immutato Αὐλῶν συρίγχων τοξοπλότον legitur. nam id quod hic eo loco est, in reliqua parte versus apud ipsum positum est: ita nāque ille terminatur. ὄμαδόν τοξοπλότον: quomodo autem hoc factum sit affirmare non aūsim. quin sanè multa variata sint in eo poëta à priscis vsq; temporibus, dubitandum non est. Potuit igitur aliquis, qui elegantiam industriaq; poëtæ, quam indicat Aristoteles, in eo uerbo uertendo non animaduertissem, ἀκυρος illud uictiosumq; esse putans, suo ex ingenio lectionem immutasse, & è suo loco id uerbum in alienum translusisse: cui tamen opinioni aduersatur, quod apud vetere auctorem eodem modo, ut apud poëtam ipsum, uerius ille scriptus offenditur: liber enim de Homericis allegoriis, qui nunc Heraclides Pontici nomine falsò circumfertur, ita ipsum citat. Cum etiam satis certo appearat ex consequentibus uerbis, hic aliquid desiderari, quis scit an hinc quoque quippiam demptum sit, quod perturbet superius etiam hoc exemplum, & tanquam tenebras offundat luci ipsius? in tantis igitur difficultatibus rem in incerto relinquo: studio tamen lectorum adiuuandi, nolui, quod in mentem mihi uenit, cuicuimodi illud sit, reticere. Quod sequitur uerò apud auctorem. τὸ γρύνων αὐτῆς τοῦ πολεοῦ, & quæ differit in eam sententiam, non cohærent ullo pacto cum superioribus: satisq; certo declarant, non nulla in medio defecisse: neque enim in exemplis, quæ hic posita sunt, uestigium ullum existit eius verbi, in quo ipse accurate ostendit translationem esse: nisi quis putet, quod supra tetigi, primum exemplum huius modi

manere in extremo illo uerborum Homericorum παννίχιον: quod tamen, quamvis etiam hoc uerum esset, non satis procedit, quia tunc pars magna noctis pro tota nocte posita foret: non omnes siue dii, siue homines, pro multi. Non oportet autem mirari, quædam sic defecisse atrocitate superiorum temporum, cum constet bonam magnamq; partem huius operis amissam esse. nam qui diligenter legunt monimenta veterum scriptorū, multis modis intelligunt, quā male illa habita sint, & quā multa, quamq; grauibus plagiis confecta. Ne magis autem nunc hoc incōmodum deplorem, quo maius studioi bonarum artium accipere non potuerunt, uidetur auctor exemplo præterea quodam usus esse, in quo cum Homerūs (nam ipsius hoc etiā, ut cetera, fuisse suspicor) usurpasset nomen hoc πάτερ, quo uulgo significantur omnes: nec tamen, si quis uerē rem attendisset, uniuersi illi, de quibus loquebatur, rem eam fecissent, sed magna tantum illorum pars, reprehenderetur poëta, & mendacij argueretur. Vnde nunc modum ostendens Aristoteles, quo purgari possit, docet illuc omnes, ualere multi, genere illo translationis, quo forma nomen ponitur pro nomine generis, exemplum igitur defecit. cum autem (ut opinor) statim id prolatum esse μεταφορικόν auctōr dixisset, his uerbis, quæ restitere, reddit rationem suæ sententiae, comprobataq; illam diligenter. nam particula γένος hoc auctōrem moliri declarat. Verba uero eius expressa sunt: omne enim multum quiddam est. id est cum multū pluribus modis quippam esse dicatur: sitq; illud tanquam genus quoddam, quod plures species continet, una illarum est, omnes. quis enim dubitat, quin omnes multi sint? Adiungit autem statim aliud post hæc uerba exemplum, sumptū & ipsum ab eodem poëta, ubi describit septentrionem ursamq;, quod fecit ille duobus locis: in utroque enim opere tribus iisdem ursibus usus est, & cum in Iliade ornatum clipei exponit, quem Vulcanus, rogatus à Thetide, Achilli fabricauit: & cum in Odyssaea Ulysses nauigationi intentum aspicere cœlum finxit: fungebatur enim ille tunc munere gubernatoris. ait igitur ambobus in locis, ipsam intelligens. Οὐδὲ ἀμμορεῖσθαι τοτε τὸν οὐρανόν. Vocabulum autem οὐρανός ualeat sola: quare accusabatur poëta, qui solam ursam dixisset non occidere: vnumq; illud fidus expers esse lauacrum oceanī, cum aliis etiam quibusdam sideribus hoc contingat. Succurrit autem ipsi acerrimus ipsius amator, affirmans hic etiam translationem esse: intellexisseq; Homerū ursam, maxime insigne, clarumq; ex omnibus sidus, quibus hoc continuit, non mergi in oceano, id est non occidere. in uoce igitur οὐρανός, quæ prima est eius uersus, omnis uis posita est defendendi poëtam, ex qua etiam nascibatur criminatio, quia quamvis & ipse uelit uocabulum illud ualere solam, tamen cogitans, quæ sola sunt, magis illustria nobiliaq; esse, ita opem ferri posse poëta affirmauit. nec tam liberare culpa putare debemus poëtam, quod ornauit hunc uersum splendidissimis translationibus: neque enim illæ quicquam ualent, ad culpam hanc, quæ obiciuntur, defendendam: peccatum enim erat in sententia, quare oportet, qui tueri poëtam uelit, ostendere aliam inde sententiam atque æmuli putabant, elici debere. Cum igitur translato uerbo prolatum hoc dixisset, confirmans id, inquit Quod enim maxime nobile, solum est. nam copia reddit res uiles: eripitq; ipsis omnem dignitatem. Non est autem hoc unum aliquod eorum generum translationis, quorum supra ipse meminit. & quæ propriè hoc nomine appellantur, sed potius τρόπος, ut grammatici huiuscmodi non nullas traectiones uerborum uocant. quo autem vocabulo separatiū hanc ipsam nominent, cum communi multorum nomine, id quod in illis existū ac præstans est, appellatur, notum est. Eustathius quoque uidit hunc tanquam scopulū, & quomodo declinari posset, ostendit: inquit enim solam distam esse non mergi fluctibus oceanī, è numero scilicet siderum eorum, quæ supra nominata forent, & collatam cum illis. sed aliam etiam rationem monstrat, qua poëta extra culpam poni posuit. Virgilii uero, cum hunc uersum expressit, hoc omisit, veritus ut existimare licet, hanc reprehensionē. inquit igitur. Arctos oceanī metuentes æquore tingi, quæ etiam de causa numero multititudinis usus est. arctosq; inquit, non arctū, ut ille fecerat, nam non deerant etiam qui in hoc Homerū insimularent, quod uidetur nescisse duas illas esse, cū arcton dixisset. Sed de omni hac redisseuit etiam Strabo non longè à principio j. libri, poëtamq; studet liberare omni huiuscmodi culpa.

Kατὰ

Κατὰ δὲ προσῳδίαν. ὡς ἡ Γαστίας ἐλυεῖ Θάσιος ἥ. Σίδημος δὲ οἱ. καὶ μὲν οὐ καταπύθεται ὅμηρος.

Per accentum autem, quemadmodum Hippias Thasius dissoluit illud, Σίδημος δὲ οἱ. nec non illud οὐ καταπύθεται ὅμηρος.

Affert aliam rationem dissoluendi criminis, quod poëtis obiicitur: illa autem est, cum sono vocis immutato, variatur notio alicuius verbī, & hoc pacto longè alius sensus inde elicatur, atque ille, qui reprehendebatur, paruo igitur negotio magnum incommodum depellitur. Vsum verò ipsa Hippia Thasium (Thasium autem addit, ut distinguat ipsum ab altero Hippia magno & ipso nominis, qui Eleus itidem à patria appellatus est) docet magno crimine poëtam liberasse: incessebatur enim vulgo Homerūs, qui fecisset Iouem mentiri: falsisq; promissis coniicere in grauissimum malum Agamemnonem, quo nihil videbatur minus conuenire Ioui opt. max. nam unum hoc esse ex illis, quæ à Platone in ij. de rep. reprehensa sunt, arbitror notum esse: cum enim inquit multos locos Homerū libenter prædicare soliti simus, hunc nullo pacto laudabimus. Verbis autem quibus ipse vñus est reliqua exponam: inquit enim. τινῶν τοι πομπών τὸν Διὸς τῷ Αἰγαλέωνοι. Putabatur igitur flagitium hoc cōmisile in ij. Iliadis, ubi præcipit somnium, ut ad Agamemnonem ire, atque ipsi suis verbis significaret, ut copias Græcorum armaret, ac præclium cum Triclinis committeret: futurum enim ut victoriā inde, gloriamq; magnam reportaret. & sanè in anno habuit imponere Agamemnoni Iuppiter: studuitq; vt ille pugnaret vna ea de causa, ut plagam aliquam illic insignem acciperet, sed omnis quæstio est, an uoluerit hoc ipsi suis verbis significari, quod indignissimum videtur: siue mādauerit somnium, ut ipsum hoc polliceretur Agamemnoni, ut accipi debere locum illum astutè cogitauit Hippias. Omnis autem ratio in eo manebat, quomodo pronuntiaretur particula οὐ: nam diuerso eius uocis accentu, diuersus etiam sensus efficiebatur: nunc enim articulus est nominandi casu, qui referatur ad deos: nunc verò dandi casus est, qui ualeat αὐτῷ, id est ipsi illi Agamemnoni. Quod si ita capit, ut dixerit, nos ipsi facultatem ei damus obtinendi magnam gloriam, non conuenit hoc probitati Ioui. Si verò ita accipitur. Tu ipse nuntia ei, nos ipsi concedere amplam gloriam, non iniurit notam Ioui: neque enim immiscet ipse illic personam suam, in hoc igitur manet ratio purgandi poëtam. Nisi quis potius putet existimasse Hippiam άδοποὺς pro άδοποὺς legendum esse, mutato ita sono eius uocis, ut è prima in secundam mediumq; syllabam transferatur: hoc enim pacto cum άδοποὺς, sublata inde postrema syllaba, pro άδοποὺς positum fuisse intelligeretur, liberaretur omni culpa Homerūs: omnino nanque ipsi mandatum foret dilargiri, polliceriq; suis uerbis gloriam ex eo facto Agamemnoni: quod uidetur etiam obscure indicare Aristoteles in libro sophisti corum Elenchorum, quo loco plenus aliquanto eandem rem persequitur, his uerbis, ἀλλὰ τῷ σύντονῷ κατέτοι διδόνει, utitur enim hoc ipso indefinito tāquām in ipsum conformato illo, non uno modo à consuetudine variato nomine, quod à poëta suo iure usurpatum fuerat. Hæc autem res tanti momenti fuit: ac tam indignum uisum est apud Homerūs hoc protulisse Iouem, ut uersus hic à recentioribus inde sublatus sit: neque enim critici, qui hoc fecerunt, rationem Hippia cognouere in constituenda ea sententia: aut si cognouere, non probauerunt: omnemq; scrupulū inde euellendum esse censuerunt. Alterum exemplum, quo eadem ratione comprobatur posse dissolui crimen, sumptum est è xxij. libro Iliadis, vbi poëta indicat, quem terminum cursus equorum posuerit Achilles: illud enim signum, cum satis certum, & quod fallere nullo modo possit, esse dixisset, appellauit lignum aridum supra terram eminens spatio passus, vel querusc, vel picea: additique statim. τὸ μῆρος εἰς τὸν οὐρανόν. Cum autem particula οὐ ita scripta olim foret, vt præter spiritum, & illum quidem grauem, accentum etiam circumflexum haberet, accusabatur Homerūs, qui sibi ipsi repugnaret: ita enim interpretor: & hanc causam fuisse puto, cur ille reprehenderetur, quod cum supra lignum illud aridum esse dixisset, partem eius

A 2 iiiij nunc

nunc imbribus assiduis putrescere dixerit. Volui autem quid sentire patefacere: quodque hic parum considerate prolarum aliqui arguerent, aperte. nam Pseudalexander ille interpres Elenchorum in eadem fallacia explicanda (& ipso enim hoc ut altero quoque exemplo illic auctor vsus est) tantum narrat solitum exigitari poëtam, tanquam rem absurdam dixisset. Qui igitur purgare Homerum voluit, affirmauit eos improbe facere, qui aliter vocem eam pronuntiarent, ac poëta ipse pronuntiari voluisse: particulari nanque eam esse negandi: respondereq; ita sensum eorum verborum superiori sententiae, cum ualeant, quod lignum nulla vi imbrium putrescit.

Tὰ δὲ διαιρέσει. οἷον Εὐπεδοκλῆς. Αἴτα δὲ θνήτου φύοντο τὰ πεζά μά-
δον ἀδαιτάτην, ζωράτε πεζάνηρτο.

Hac autem divisione. Ceu Empedocles. Exemplo autem mortalia na-
ta sunt, quæ prius didicerant immortalia esse: Μεράρ, quæ prius distin-
cta erant.

Docet nunc dissolui etiam crima non nulla, quæ obiciuntur poëtis, divisione, id est aliter distinguendo partes quasdam orationis, atque illi distinguunt, qui ipsos insimulant. Exemplum verò huius rationis ponit locum Empedoclis, in quo ille diligenter tradebat, quomodo hic ornatus rerum, aptaq; singularum partium distinctione, lice dominante, conflata foret. Citantur a Simplicio plures ipsius versus in primum naturalis auscultationis, in quibus etiam hic ipse locus est. notum enim nobis esse debet, ex ipsius decretis, cum in longo certamine superior facta est amicitia, omnia confundi ac permisceri: gignique aceruum quandam rerum, qui tamen immortalis sit ac diuinam naturam habeat. postea verò, conuersis rebus, cuncta illa distinguunt separari, quæ illic coaceruata, simulq; mixta erant. Cum igitur ille hoc caneret, in aliis multis hos versus effudit. Αἴτα δὲ θνήτου φύοντο τὰ πεζά μάδον ἀδαιτάτην: ζωράτε πεζάνηρτο, μαλάξευτο κελάθυντο. in quibus prioris uersus sententia difficultatem nullam habet: inquit enim poëta: mutato cursu, institutoq; alio genere motus, subito mortalia facta esse, quæ prius immortalia erant: in altero verò scrupulus magnus est: nam si in eo quoque ut in superiore, aduerbium πεζόν coniungatur cū inferiore verbo, ut sit τὰ πεζά κέκριτο, aduersabitur confilio poëtæ, ueritatiq; ipsius rei. quare reprehendebatur Empedocles ab iis, qui ita interpungebant orationem. Quod si ita illa distinguitur: aduerbiumq; illud antecedentibus uerbis adnectitur hoc pacto ζωράτε πεζόν, nihil absurdum falsumq; restabit. Ope igitur distinctionis, tenuiq; hac animaduersione, remedium adhibetur magno malo: repugnasset enim manifesto, falsumq; fuisset si dixisset, confusa, vniuersalq; naturæ reddita esse, quæ prius separata fuerant: res enim contra se habebat. Animaduertendum autem, cum eadem hac ratione & fallacie quedam in disputando oriuntur: nec non etiam eadem dissoluantur, in libro sophisticorum Elenchorum, ubi etiam eodem nomine utitur: inquit enim. παρὰ δὲ τινὶ διαιρέσιν, significare Aristotelem non eandem penitus semper rationem: quod exemplis, quæ ponit, intelligitur. nunc enim, explicare rem uolens, inquit. Ut si aliquis esse dixerit quinque, duo & tria: & imparia & paria: qui nanque hoc facit, non viritur interpunctione, neque separata partem aliquam ab alia, sed dividit partitumq; uocem aliquam, sive rem, in duas partes. Nisi fallor autem contrarium huius est compositio, cuius meminit etiam Quintilianus. Cicero præterea in erudita illa epistola ad Pætum, duabus his contrariis inter se rationibus ostendit obseni aliquid dictum esse posse astutè demonstrari. Suspiciari igitur debemus modum etiam hunc ab auctore hic intellectum, quamvis exemplo illum breuitatis causa non illustrarit. Nam quin huius etiam modi, quem hic loco hoc Empedoclis declarat: quiq; aliter interpungendo orationem conficitur, illic meminerit, dubitari non potest. Exemplo autem duorum uersuum: quorum prior senarius est, posterior verò hexameter, hoc eo loco explanat: inquit enim. οὐ νέα σέβεται διάλογον ὑπέλαθεν, καὶ τὸ πεγμάτον ἔκρην οὐδεναδέν: aliter enim inter-

pungendo

pungendo orationem accipi potest, seruum factum, qui prius liber erat: contraquæ seruitute liberatum, qui prius seruiebat: Eodemq; pacto è quinquaginta hominibus centum viuos reliquisse Achillem: quod manifesto falsum est, nec effici illa ratione potest: & separando prius verbum πεζάνηρτο, ab eo quod consequitur, generandi casu posito, quinquaginta eundem è numero centum virorum, qui prius erant, reliquisse, dimidia parte illorum cæsa: quod consentaneum est. respondet igitur hoc exemplum Empedocleo illi loco, ut apparet. Vsus est Quintilianus sententia huius versus, in Latinum sermonem versi, libro vii. quo loco de ambiguitate subtiliter disserit: ita enim quoque manifesto oratio ambigua incertaq; fit: neque enim intelligitur liquido qui sensus fuerit eius, qui ita scripsit, potius quā locutus est, sublatis interpunctionibus, nam in dicendo. si quis diligenter attenderit, non potest facile induci: solent enim qui loquuntur distinguere inter uallo aliquo temporis sententias. Plures verò locos in veteribus scriptoribus reperiunt, qui aliter distinguunt possint, notum est. Huiuscmodi autem etiam est illud Terentij. Audiu Archilis iam dudum Lebsiam adduci iubes, quærebatur enim illud iam dudum, superiori ne, an inferiori parti hæreat: & si non accedit illic, quod in exemplo Empedoclis, ut altera sententia magnopere reprehendatur. Donatus hoc explicans, inquit. Vtrum iam dudum audiui, an iam dudum iubes, incerta distinctio est.

Τὰ δὲ ἀμφιβολία. παρώχυκε δὲ πλέων γέ: τὰ δὲ πλέων, ἀμφιβολούνται.

Hec autem ambiguitate. παρώχυκε δὲ πλέων γέ: illud enim πλέων am-
biguum est.

Tradit nunc vindicari etiam à criminibus poëtas, auxilio sententiae incertæ atque ancipitis: hoc autem fit, cum ostendimus longe etiam alium sensum inde elici, quā qui insimulat ipsum, facit: nēc enim illo tantum modo, quem putat, posse ipsum accipi. Non manere verò ἀμφιβολία in singulis verbis, sed in pluribus, arbitror notum esse: cum enim uaria, multiplexq; notio est alicuius vocis, vocatur illa ὁμονυμία. Nec repugnat, quod auctor, postquam exemplo Homeri rem patefecit, in quo verbum esset πλέων, affirmauit illud esse ambiguum: ambiguum enim ipsum appellavit, quia inde præcipue nascitur sententia illius obscuritas: nec tamen illud solum gignit hanc difficultatem, sed vñā cum eis, quibuscum coniunctum est. Sumptum autem illud est x. Iliadis, quo loco Ulysses Diomedem hortatur, postquam ab eo socius ascitus fuerat nocturnæ illius, periculosq; expeditionis, ut properent: ostendere enim volens festinandum esse, vitur signis quibusdam, quæ manifesto declarant tempus, illi negotio gerendo aptum, elabi: in quibus etiam hoc posuit, quod ipsius uerbis exponam παρώχυκε δὲ πλέων γέ Τέλον δύο μοιράν: τριπάτη δέ τρι μοιρές λειποῦσαι. Videbatur autem absurdum, si caperetur, dixisse poëtam noctem abiisse plus duabus partibus, quia statim sequitur, tertiam partem adhuc restare, atque integrum relictam esse: nēc enim erat aliquam partem ipsius consumptam esse, si illud verum fuerat. defendebant igitur poëtam hoc pacto, ut coniicere licet: neque enim auctor accuratè rem exponit, sed rantium tradit in hoc verbo πλέων causam manere ancipitis orationis: siue enim dicebant duarū partium maiorem partem elapsam esse, ut restaret pars quedam illarum: & tota pars tertia. siue noctis plura abiisse. id est tempus noctis, quod constat duabus ipsius partibus: minus vero, id est vñā plenā integrumq; partem relictam esse: indicat enim Eustathius quoq; duobus modis legi solidum eum locum esse: nam & πλέων, ut testatur: & sine ultima littera, πλέω scriptū in quibusdam libris offendebatur. Apud Hesychium etiam hæc verba leguntur: quæ manifesto sunt declaratio huius loci. πλέω γέ, τέλον δύο μοιράν πλέω μοιρά. νυκτός αὐτὸν μοιρα. ὁ τρόπος αἰσχετοφύς.

Τὰ δὲ κατὰ τὸ ξένος πλέων λέξεως. οἷον τὸν κενραμισίον δίνον φασιν ξένον. δέοντα ποιῆσαι, κακοὺς νεοτάνκητου κεραυνού, καὶ χαλκέαστον τὸν σίδηνον δρυγαλό-
μεσόν.

πλίους. ὁ θεοῦ ἄριστος ὁ Γανυμήδης διὰ οἰνοχόεν, οὐ πινούτων οἶνον. εἴ τοι δὲ τὸν γένος
κατὰ μεταφορὰν.

Hac autem secundum consuetudinem locutionis. Ceu aqua temperatum, vinum inquit esse. Unde illud à poeta dictum est. Ocrea recens fabrefacti stanni: & aerarios fabros, qui ferrum exercent. Unde dictus est Ganymedes Ioui οἰνοχόεν, id est vinum ministrare, cum tamen dij non bibant vinum. Esse autem hoc potest per translationem.

Adiungit non nulla præterea crimina poëtarum tentari, si quis doceat quod reprehenditur, ex consuetudine sermonis prolatum fuisse: spectasseq; illic poëtā vsum potius multitudinis, quam rei veritatem, cum sic pleriq; omnes loquantur. Explanare autem quod dicit volens, inquit. Ceu dilutum, temperatumq; aqua vinum, multitudo tamen vocat vinum: κακόποιον enim dicens manifesto intelligit vinum, cui aqua mixta fuerit: ita enim paßim hoc quoque nomen capiebant, quod ipsius etiam crebris testimoniis confirmatur. in iij. enim segmento problematum, quo loco de ebrietate multa querit, hoc nomine ſepe ipsum appellat. Quare exemplo huius locutionis, cum ipſi etiam perulgatum vsum sequuntur, atque aliquid, quod vero penitus non respondeat, verbum vſurpant, excusandi ſunt. nam illud, quod à poëta itidem dictum est. νημαὶ νεοτύκτοι κακόποιοι, eodem hoc consilio prolatū fuisse affirmat: ſciebat enim Homerus materiam illam, quam significat id verbum, ocreę conficiendę idoneam non esse: sed consuetudinem fecutus, quae multa huiuscmodi committit, pro nomine verae materiæ hoc posuit. Verba autem, quae citat apud Homerum leguntur in xxj. Iliadis, vbi poëta narrat Agenorem percussisse iaculo tibiam Achillis, ita ut arma, quæ partem eam corporis tegebant, ingentem sonorem ediderint. totus ille locus est. Αὐτῷ δὲ μιν κυριὶς νεοτύκτοι κακόποιοι. Συμφάλεντοι βιοι. πατέριν δὲ ποτὸ χαλκὸς ὅρος. Βλημάσιον: οὐδὲ περίπονο. Adiungit autem statim Aristoteles aliud verbum, quod & ipsum, ut superius illud οἶνος, vulgo vſurpabatur, longe alio intellectu, quam illo, quod proprie valebat. illud verò est χαλκία: ita nanque vocabantur fabri ferrarij: consuetudoq; ita nomen hoc capiebat: cum tamen si quis vim, quæ subiecta est huic nomini materiamq; spectet, ita appellari debeant, qui aës tradant. Eadem hac ratione prolatum esse illud Homeri affirmit, cum dixit Ganymedem Ioui vinum ingerere: hoc enim valet οἰνοχόεν: quamvis Græcum hoc iunctum sit: iunctum autem è duobus nominibus, quorum alterum significat vinum: alterum verò eiicere ac fundere: ut enim in nomine fabrorum illorum materia immutata est à multitudine, ita in hoc, quod valet ministrare, à poëta ipso. nam veritati etiam hoc non respondere, docuit addendo, cum dij vinum non bibant: alia enim potionē illi vtruntur, ipsorum propria, id est neectar vocato. Locus in quo haec verba leguntur, est vbi Aeneas magnifice narrat Achilli originem sua stirpis, ante quam pugna inter ipsos inciperet: cum enim Troem tres liberos ſuſcepiffe ostendiffaret, qui fuit vnum è maioribus ipſius, & in illis Ganymedem, de Ganymede ipſo loquens ait. Οὐδὲ καὶ μισεῖ γάλα τὸν τρίτον αἰδηρότατον Τροὺς αἰδηρότατον δι οἰνοχόοις. Non oportere autem arbitror hunc ordinem ſententiarum improbari: ita enim vt in excusis libris, in calamo quoque exaratis omnibus legitur: nec video cur merito debeat recepta lectio displicere: in qua, ut docui, omnia certa & plana ſunt. nam quamvis Aristoteles narauerit, consuetudinem loquendi capere οἶνος, p̄o temperato aqua vino, quod vocabulum merum purumq; vinum significat, cum contra illud alio humore mixtum valeat, non ſequitur, vt in quo de vino rufus infra agitur, ſtatim collocari poſt hoc debeat: neque enim materia ſpectatur, ſed ratio eadem: eadem autem profusa ratio poëtæ fuit, appellantis κακόποιον, quod ſuo proprioq; nomine οἰνος vocari debuit, quæ multitudinis est, communisq; vſus loquendi, vocantis temperatum aqua vinum, ſimpliſter vinum: eademq; viſ est ſententiae inferioris. nam ſi consuetudo vocat χαλκία fabros ferrarios, quod verbum ab ære deductum est, excusari

debet

debet poëta, qui dixit, Ganymedem uinum Ioti ministrare, quamuis neectar, non vīnum ſit, quod ingerit. nulla igitur perturbatio eft in hac lectione: omniaq; egregiè ſibi ipſis respondent: contraq; potius in ea, quam ſicutam ex ingenio puto ab aliquo, confuſum mihi quiddam videtur. Nam illud etiam, quod in omnibus ſcriptis eodem paſto ſe habet, rectum puto. intelligo autem quod à ſententia, quæ ſequitur, abeft particula negandi: illa enim temere olim irrepit in excusos libros: & ſi acutè attendimus, corrumpit verum ſenſum: auctoř enim ſignificare voluit, loca non nulla huiuscmodi, quæ reprehenduntur in poëtis, quemadmodum ea ratio-ne, quam docuit, defendi poſtunt, id eft ostendendo ea prolata eſſe ad imitationem consuetudinis, ita etiam alio modo, id eft affirmando verba illa translata eſſe: quo modo ipſe antea declarauit diſſolui multa, quæ improbè obiiciuntur poëtis. Dubiandum autem non eft, quin duo hi loci Homeris, qui inſimulabantur, ita quoque purgari poſſint: & cum ſtannum pro ferro poſuit, & cum vīnum pro neectar. Præterea notum eſſe puto hoc etiam ipſum crebro feciſe in Elenchis ſophiſticis, vt poſtquam tradiderit rationem captionis alicuius refellendæ, addat etiam alium modum, quo idem efficiatur: vni enim alicui malo ſepe plura remedia adhibentur. legendum igitur vna cum veteribus exemplaribus. εἴ δὲ τοῦτο καὶ τὰ μεταφορά. nec ita accipi videtur debere locus hic, vt qui in Latinum ſermonem hunc librum vertere voluit, fecit: ita enim reddidit. Id quod per translationem dici neutiquam poſteſt: quem etiam, qui ſententias auctořis explanarunt ſecuti ſunt. quis enim dubitat, quin ratio nunc tradita translationis modus non ſit: ſed valet, ut docui, extreum hoc. Licerer etiam hoc ſcilicet crimen diſſoluere, affirmando tranſlato verbo vīnum eſſe poëtam: & deniq; modo illo, qui ſupra vocatus eſt κακά μεταφορά. non eft autem indi-candi modo, & quod rem preſentem monſtret, uerbum hic poſtum, ut reddi de-buerit, poſteſt: ſed longe alio modo, ut appetat: & quod valet, poſſet etiam per tranſlationem ſubleuari, & ab infectione aduersarioſum defendi. in manu igitur eius, qui pugnat pro dignitate poëtæ, eft, utrō eorum malit, vti: quamvis Aristoteles vi-deatur, quam nunc ratione expoſuit, propriam eſſe huius culpa frāgenda existimare.

Δεῖ δὲ ηγεταν οὐρανόν πεντεκάντα μέτρα σημαῖνειν, ἐποκοπεῖν τῷ φέ-
χως δὲ σημαῖνειν τῷ φέχῳ, τῷ ἐρημῶν φέχῳ. οἷον, τῇ ἐχετο χάλκεον ἔγχος, τῷ τοι-
τῷ κωλυθλίῳ.

Oportet autem & quando nomen aliquod ſubcontrarietatem aliquam vīnum fuerit ſignificare, attendere quod modis utiq; ſignificaret hoc, in eo, quod dictum eft. Ceu, τῇ ἐχετο χάλκεον ἔγχος, quod hac prohibitum eft.

Modum alium tradit, quo refelli aliquando poſſit, inaneq; eſſe oſtendi, quod obiicitur poëtæ: cum enim ſepe plures ſint notiones alicuius nominis, p̄cipit nobis, ut cum ſententiam aliquam reprehendi uideamus, quia illic aliquid ſit, quod repugnare atque aduerſari ſibi ipſi dicatur, perſcrutemur diligenter omnes eius ſignificatus: ac ſi inuenimus aliquid etiam ipſum valere, quomodo ſi accipiat, omnis repugna-tia inde tollatur, affirmemus eo ſenſu à poëta illic ſumptum eſſe: atque ita omne ſtu-dium aduersarij in accusando eludamus: hanc arbitror vim eſſe huius p̄cepti: quod ſanè valde conciſe ab auctoře prolatum eft. Exemplum verò illuſtrare ipſum volens, vſus eft Homeri loco, qui eft in xx. libro Iliadis: commemorans enim illic poëta pu-gnam Aeneas cum Achille, dixit, ſpiculum ab Aenea miſſum clipeum Achillis per-cuſiſſe: cumq; quincuplex ille foret, non pouiffe omnem illam texturam penetra-te: ſed duabus iam partibus tranſactis, ne quiuiffe tertiam, quæ ex auro erat, perfo-rare. quia in re exponenda vſus eft poëta illis verbis, quæ citat Aristoteles. Cum au-tem ἐχετο ſepe valeat hæſit, adfixumq; illic ſterit, ſi de ſpiculo ita locutus foret, pro-fecto repugnaflet, quia nihil huiuscmodi legatur illic contigſſe. Pelias enim haſta hæſit clipeo Aeneas: unde poſtea ipſa inde Neptuni opera exempta fuit, & ante pedes Achillis collocata, non contra, fortaliter igitur hoc vſum quibusdam olim eft illic ſibi ipſi

ipſi aduersari. nam Eustathius, qui varias quasdam opiniones veterum ſuper eo loco commemorat, nihil tangit quod ad hanc quæſtionem, cuius meminit Aristoteles, faciat. nam de ordine etiam illarum laminarum, ex quibus clipeus Achillis confeſtus fuſſe dicitur, controuersia erat: cum forent, qui primam laminam, & qua in promptu erat, ex auro fuſſe, non mediam vellent. Cum igitur hoc (ut opinor) obiiceretur poëta: atque pugnare inter ſe ſententia videretur, qui caperet aliter *ἰχετός*: affirmaretq; ſignificare ipſum illic, vetitum eſt ultra pertransire, hanc difficultatem tollerent ſenſuſq; omni ex parte ſibi ipſi conueniret. Animaduertendum autem quo caſu capi debeat *τοῦτο*, quod in præcepto hoc tradendo auctoſ vſurpauit. nominandi ne caſu, an accusandi prolatum fit: nam ſi accusandi caſum facimus, videtur ſententia claudicare: ſi nanque ſignificaret illud ipſum, cum in eo contrarij non nihil eſſet, ita nihil opis poëta afferetur. niſi potius intelligimus, quod recte ſe habet, & ab hac ſpecie contrarietas remotum eſt. aut contra ſi capimus ipſum nominandi caſu, ut dixerit Aristoteles videndum eſſe illud ipſum nomen, in quo naſcitur pugna, quoſ notiones habeat, in ſententia illa, qua verbi exposita eſt: hoc enim valere puto quo addidit ſtatiſ, *εἰ τὸ μέρος τοῦτο*. nam ſcrupulum ſemper aliquem ea parte manuſile declarat, quod in quodam libro legitur dandi caſu *τοῦτο*: quamuis maior pars calamo ſcriptorum affiſſiatur excuſis libris. Dubitari vero non debet, quin *τοῦτο* *ναυριαρά* legendum fit: ſignificat autem leuem quandam & obſcuram contrarietatem: præpoſitio enim, qua coniuncta eſt cum eo nomine, vim habet minuendi: ita autem locutus eſt: & non dixit ſimpliciter, *εἰ τὸ μέρος*, quia vix fieri potefit, ut in ſcriptis poëtarum magna aliqua & aperta contrarietas inueniatur: neque enim tan ta expectari debet in monumentis ingeniosorum virorum negligentia: quando autem quippiam, quod ſimilitudinem aliquam huius rei habeat, illic reperitur, docuit, quod remedium ei malo adhiberi debeat. Quod vero *ἐποκοπήν* inquit, eodem hoc verbo ſupra quoque uſu eſt, cum traderet criminaciones poëtarum ex illis ipſis locis oportere ſoluere: ait enim. *οὐ γὰρ δῆτα τὰ ἐποκοπήματα τοῖς προβλήμασιν ἐκ τούτων ἐποκοπῶνται, λέγει.*

Τὸ δὲ, πολέμως αὐτὸς χεῖται, ὁδίποτε. μάλιστι δὲ τις ἔπολά τοι κατὰ τὴν κατ’ αὐλήν. οὐδὲ Γλαύκων λέγει, ὅτι εἴτε ἀλόγως προῦτος λαμβάνειον: οὐδὲ αὐτὸς καταψιφισθεὶς συλλογίζονται: οὐδὲ ἐργιώτερος, ὅπις δοκεῖ, ἐπιπιμλασιν, οὐδὲ ὑπονοματιον ἢ τὴν αὐτῶν οἵσει.

Illud autem quoſ modis contingit, ſic quodammodo. maxime utiq; ali quis ſuſpicaretur per eam, qua eſt e regione: vel ut Glauco dicit, quod non nulla ſine ratione præexistunt: & ipſi re illa condemnata concludunt: & ut qui dixerint, quod videtur, reprehendunt, ſi ſubcontrarium fuerit ipſorum existimationi.

Hic etiam locus valde me torſit, querentem, ſi qua ratione poſſem certum inde aliquem ſenſum eruere: mira nanque breuitas verborum eſt, & ea ipſa fortaffe verba non omnino à mendo vacua ſunt: quin autem haec ſint apta è ſuperiore ſententia, dubitandum non eſt. Cum igitur affirmaſſe ſupra, oportere, quando nomen aliquod in ſcriptis poëtarum viſum fuerit, præ ſe ferre quippiam, quod repugnet, ſubtiliter attendere quoſ modis ſignificare poſſet hoc, quod requiriſtur in ea ſententia, videatur nunc velle explicare, qua ratio ſit huius rei efficienda, & quomodo cognosci poſſit quoſ modis illud dicitur: ſed tamen, ut teſtatus ſum, perturbor quia non video certam huius rei explicationem: ac metuo magnopere, ne locus deprauatus ſit, præcipue ea parte, qua legitur in excuſis *ἀδίποτε*: vno excepto, qui nuper in lucem prodiit: in quo eſt *αὐτοκός*: inueni enim in pluribus calamo exaraſis libris eam vocem variatam, cum illi ſi habeant *ἀδίποτε*. Ut potero igitur locum hunc declarabo, nihil affirmans:

affirmans: ſingula tantum verba diligenter examinahs. Quoſ modis autem continet, ſic quodammodo: id eſt hæc via, aut aliqua huic ſimilis, oſtendit quoſ modis hoc traſtari poeſt. ſtatiuſ autem rationes duas exponit: quarum alteram, *κατ’ αὔτης* *καὶ* ipſam veſcans, è pluribus eam eſſe dicit, qua iudicio multorum anteponatur: nec tamen quaſ fuerint reliquæ, explanat, nec ſane ego affirmare auſim, quam potiſſimum intelligat è regione poſitam. nam durum mihi admodum uidetur capere, ut quidam fecerunt, nominum oppositionem, quaſi præceperit nobis hic auctoſ, ut cum videre volumus alicuius verbi notiones, & an in illo lateant plura ſignificata, ſpectemus contraria illius: atque inde de ipſo iudicemus: hoc enim alii in locis longe alii uerbis admonuit faciundum. Præterea cum dixerit *καὶ τὸ τοῦ κατ’ αὔτης*, nec apparet nomen, quod muliebris generis intelligendum ſit, Robortellus putauit *εὐμαρσία* ſignificari, à quo non diſſentio: quamuis fortaſſe melius locutioni responderet, ſi quis ſdū intelliſeret: nam ſignificatus ambarum uocum pānē idem eſt. Quod autem ſequitur, Vel ut Glaucon dicit, & quaſ ſequuntur, videtur altera ratio eſſe defendendi poëtas, & illa quidem acuta, quam ſophiſtēs hic excogitarit. non facere nanque hoc ad explicandoſ diuersos ſignificatus verborum, apertum eſt: nec vnam aliquam eſſe hanc partem illius diuisionis: quare vix credere poſſum auctoſem nunc id moliri, cum vna tantum ratione contentus fuerit: nec plures vna vias indiſcarit. Sed otanis (niſi fallor) diſſiſtas, quia ſuperior locus perturbatus aut mancus eſt. Quare illo relictō posteriori huic toto animo incumbamus. inquit igitur reſtare hanc rationem: cogitandumq; quod animaduertit ſedulo Glauco: ille enim vidit ac memorie prodiit, ſolere homines non nulla firmiter credere, atq; imbuſtoſ eſſe putant. Hac igitur animaduertione docuit poſſe multa criminia labefactari: & quod aliqui in poëtiſ accuſant, culpa poſtius ipſis dandum eſt, & ab eorum animi errore naſci. Quod igitur apud auctoſem eſt *περὶ πολεμούσας*, valet hic an- requaſ poëmata audiant, firmum ac ſtatutum in animo ſuo habent. Uſu autem eſt eodem hoc verbo iterum in ij. de arte dicendi, vbi de fruſtu, qui capitū ex ſententiis, tempore prolatiſ, diſſerit: priuum enim inquit homines letari ſi orator, in vniuersum loquens, attigerit opiniones, quas ipſi de illis rebus priuus habebant ſingillatim: ac paulo post præcipit oratorem odorari, qui ſit ſenſus eorum, apud quos dicit, de illis rebus: quod quum viderit, de ipſis in vniuersum illo modo, communiterque dicere iubet: ambobusq; in locis inquit, hoc oſteindere volens *προνπολεμούσας*. Sed illud etiam, quod ſequitur, poſitum eſt ad declarandum quaſ firmiter hoc credant: aperiendamq; rationem, qua ipſis fraudi fuit: nam inquit. *ναὶ αὐτοὶ καπανθιſισμένοι συντηρούσθων*: quod, ut ſuſpicor, ſignificat. & ipſi omnibus aliiſ opinionibus condeſſatis, concludunt hoc ita ſe habere: vel cum ſententiam tulerint: quamuis in prepoſitione, qua verbo adiuncta eſt, viſ inſiſt contra alios id faciendi. Id vero, quod ſequitur, eſt tanquam declaratio quaſdam huius ipſius ſententiae: magiſq; explanat, vnde naſa hæc animi obſtinatio: Et tanquam dixerint videri ſibi (Latinè enim ſententiam Græcorum verborum exprimam, quia in illis ſcrupulus nullus eſt) repre- hendunt, ſi illic quippiam fuerit, quod leuiter etiam aduersetur veteri ipſorum opinioni: ac diſſeriat ab eo, quod iam conceptum animo habent. Cum igitur quicquam huiuscemodi accidit: quidamq; inſimularint poëtas, quod non nulla falſa tra- diderint, nosq; tutari volumus ipſorum dignitatem, affirmare debemus uitio illo- rum fieri, animi q; obſtinatione, quod fidem abrogent narrationi poëtarum: radixq; huius erroris pateſienda eſt: neque enim debemus ita firmiter quippiam credere, ut non putemus ipſum illud etiam aliter ſieri poſſe: ac quod à peccato noſtro pro- filiceſiur, poëtiſ improbe attribuere. In illis præterea verbis *οὐτοὶ καὶ*, cuncti libri concordes non ſunt: extant enim qui habeant *τοὺς καὶ*. Vnde arbitror faſtum, ut Paccius emendarit, *τοὺς καὶ*. Sed quendam etiam vidi omnium vetuſiſſimum, in quo *τοὺς καὶ* legitur. Quod ſi *τοὺς καὶ* vera leſtio foret, ſignificaret auctoſ, vitu hoc

non esse omnium mortalium, sed quorundam tantum : intelligo autem affirmare aliquid credere. Nolo etiam omittere, quin testificher in hoc ipso summæ antiquitatis, non ualde tamen multis locis ceteris fideliore, locum superiorum integrum nō esse: desiderariq; illuc verbum relicto spatio ipsius: ita enim habet. *κατὰ τὴν ὁράσιν τὸν λέγει*: in margine tamen eiusdem alia manu repositum est, quod nunc in excusis illic legitur.

Τοῦτο δὲ πέπονθε τὰ αὐτὰ Γιάζειον: οἵονται γαρ αὐτὸν Λάκωνας ἔτι. ἀπόπου οὖν τοῦ μητρού τον Τιλέμαχον αὐτῷ, εἰς Λακεδαίμονας ἐλθόντα. τὸ δὲ ίσως ἔχει, ὥστε διὸ οἱ Κεφαληνῆς φασι: παρ' αὐτοῖς γαρ γῆμας λέγοις τὸν Οἴδυκον οὐκ ἔτι Γιάζειον, ἀλλ' οὐκ Γιάζειον. δι' ἀμαρτηματος δὲ τὸ πεόβλημα εἶκος ἔστιν.

Hoc autem patiuntur quæ ad Icarium pertinent: putant enim ipsum Laconem esse. absurdum igitur non congressum cum eo Telemachum, cum Lacedæmonem petuit. Hoc autem fortasse se habet, quemadmodum Cephalenes aiunt: à se nanque vxorem duxisse dicunt Ulyssem: & esse Icarium, sed non Icarium. Propter erratum autem problema verisimile est.

Ope huius animaduersonis dissolui quæstionem docet, quæ magni momenti sit in Homeri Odyssæ: & hoc ipsum, quod aliquando vsu venire significauit, ut homines addicti sint alicui opinioni, quamuis falsæ: nec inde abduci vlo pacto possint, illic etiam contingere: constans enim opinio erat in animis multorum Icarium, Penelopes patrem, Laconem fuisse, quare absurdum videbatur, ne congressum quidem cum eo vñquam fuisse Telemachum, quando Lacedæmonem petuit, ut patrem inuestigaret, cum tam affinis ipsi foret. Hoc igitur ut absurdum, & à ratione vacuum, obiiciebatur poëta: magnopereq; ille hac parte premebat. & sanè si res ita se habuisset, purgari non potuisset Homerus, qui rem nullo modo verisimilem commississet: uisusq; merito foret, cum hoc finxit, oblitus fuisse illius necessitudinis: nec cogitasse ea in urbe domicilium habere maternum auum Telemachi, quia fecit illum apud alium diuertisse. præterquam quod ab eo in primis certior fieri potuit, si qua fama vñquam eò de genero ipsius, acto multis erroribus, peruenisset: ipsum enim ualde sollicitum de illa re uerisimile est diu fuisse. Adiungit autem Aristoteles illud fortasse falsum esse, quod scilicet Vlyssis socer Lacon foret: potiusq; credi debere, quod Cephalenes narrabant, qui aiebant è sua gente vxorem duxisse Vlyssen: socrumq; ipsius Icadium appellatum, non Icarium, vt vulgo ferebant. quare si res ita se haberet, omnis ille scrupulus subito euellebatur. intelligitur autem manifesto hanc difficultatem natam esse è falsa illa opinione, erroreq; peruagato per animos multorum. Icarij uero Vlyssis saceri, meminit Pausanias in Laconicis, qui sequitur superiorem illam peruagatam magis famam. Poëta etiam quidam incertus, qui scripsit Alcmæonida, tñmemorante hoc Strabone in x. Τὴν καρπαθικὴν διέτη Ιάρειον dixit Icarum fuisse Penelopes patrem, sed idem etiam infra eodem in libro quamuis alter vocatum nō ostendat Penelopes patrem, tamen argumentatur eum in Acarnania uixisse, quia probabile non est, si ille Lacedæmonē domicilium habuisset, non apud eum potius quam apud Menelaum, Telemachum diuersaturum fuisse. Restat scrupulus non paruuis in uerbis quæ sequuntur: valde enim vereor, ne maius aliquod mendum hic subsit: nam quod prius erat omnibus in libris διαμαρτυρησα, facile concedo peccatum librarij fuisse: legiq; debere, distinctis illis vocibus, quæ male cohaferant, διαμαρτυρησα, non tamen plena adhuc sententia, restituto etiam hoc est: aut si plenam aliquis esse contendat, nullo modo plana: necesse est enim intelligere ενει. Sensus etiā horum uerborum non ualde mihi satisfacit: nec video cur addere nunc auëtor deuerit. Propter erratum hoc problema verisimile est esse, quod iam statuit cuiusmodi disit;

di sit: affirmavitq; profectum è falsa opinione, quæ insederit dñmis multorum. nisi vocauit hoc ipsum erratum, quod lapsi homines sint: inaniq; narrationi stulte crederint: quamvis non sine causa etiam putaret aliquis erratum scripturæ intelligere Aristotalem, quod pro Icadio Icarius, vna littera mutata, scriptum foret. Præterea suspectum etiam mihi est illud, πρόσβλημα εἰς τὸ έπονον: nec videtur mihi valde contenire sensus horum uerborum: neque hunc auctorem alibi obseruauit ita locutum de his enim rebus asseueranter loqui consueuit. nec puto verisimile hic locum habere. Omnibus igitur iis de causis metuo ne hic locus corruptus mancus ve sit.

Οὐλως δὲ τὸ ἀδείατον μηδὲ τὸ πρός τινα ταύτην, οὐ προὸς τοῦ βέλτιου: οὐ προὸς τὴν δύναμιν δέ τι αἰσχεῖν: προὸς τε γαρ τὴν ταύτην αἴρετο τόπον πιθανού ἀδείατον, οὐ αἰπεῖνον καὶ μεωράξιν. τοιούτοις δὲ εἶναι, οἷοις Ζεὺς εὑρεφαί. ἀλλὰ καὶ προὸς τοῦ βέλτιου: τοῦ γαρ παραδειγματος δέ νοι πρόβεται. προὸς ἀφασι τὸ ἄλιον. οὐ τοις καὶ ὅτε ποτὲ οὐκ ἀλιογονέστιν: εἴκος γέρει καὶ παρὰ τοῖς εἰκός γίνεθαι.

Omnino autem impossibile quidem vel ad poesim, vel ad id, quod melius, vel ad opinionem oportet reducere: ad poesim enim optabilius est probabile impossibile, quam non probabile & possibile. Huiuscmodi autem esse, quales Zenxis pingebat: sed & ad melius: exemplar enim oportet excedere. ad que inquirunt ea, que ratione carent. Sicq; & quo quandoque non est vacuum à ratione: verisimile enim & præter verisimile nasci.

¶ Paucis nunc uidetur complecti uoluisse, quomodo dissolui possint, quæ obiciuntur poëtis: & tanquam in capita quædam illa redigere. Primum autem, cum poëta arguantur sèpè protulisse, quæ non possint effici, docet tribus modis occurri huic maledicto, quos modos statim enumerat. Deinde aggreditur singillatim explicare, quamuis non declarer semper, cum hoc facit, rationesq; exponit, quibus singuli confirmantur, quem potissimum tunc explanati. Vide illic oritur difficultas non parua: ac fortasse quippiam in extremo desideratur. Sed hoc nunc relicto, primum modum constitutens: rationemq; reddens, cur poëta falso reprehendatur, inquit ad finem poëta: idq; quod poscit studium illud, magis expetendum esse, id quod aptum ad perfundendum est, quamvis effici nequeat, quam id, quod nullo modo probabile est, quamvis idem fieri possit ac soleat: seruit enim ats poëtarum opinionibus eorum qui audiunt: studetq; insinuare se omni ratione, qua potest, in animos ipsorum, captans quidquid ad hoc aptum est, reiiciensq; contraria: accusari igitur non potest poëta, qui arripit, quod sibi magis aptum esse intelligit. Verba quæ sequuntur, tales autem esse: omnisq; ea sententia, videntur secundum modum confirmare, qui supra πρὸς τὸ βέτον uocatus est; quamvis coniunctio indicet quippiam potius addi, quod valeat ad idem, quod supra, confirmandum. Sed aliquid fortasse in medio deficit: videturq; locus hic omnis esse mirum in modum deprauatus. Quærendum autem an Zeuxis more illum habuerit, ut quos pingeret, semper ornaret: & neglecta vera specie, meliores vndiq; ipsos efficeret: quo exemplo poëta etiam à virtute absent, qui idem præstarent: nam verba illa, quæ deinceps posita sunt, ἀλλὰ πρὸς τὸ βέτον, dubitari non potest, quin hunc modum referant: quæ sanè uerba aliter leguntur in quibusdam calamo exaratis: in illis enim primum tantum & postremum eorum est: cetera, quæ in medio hic posita sunt, inde absunt. & sanè non mihi displaceat hæc lectio, quam video etiam in excusos Lutetiae libros irrepuisse. vt hoc alterum initium sit poëtam eadem hac ratione defendendi: iam enim auctoritate summi pietoris in eo vsus fuerat: similiq; probarat, hoc vitio ipsi dari non debere. quod si hoc effici non potest, præstat tamen rem: ita tractatam esse, quare uidetur non tan-

tum poëtae vénia dari debere, verum etiam laudari eum oportere; intelligi q; officio suo ipsum functum esse. Cuius rei statim rationem reddat dicens. Exemplar enim oportet excedere: id est cum scripta poëtarum, & quæ traduntur ab ipsis, futura sint exemplar eorum, quæ homines agere debent in vita: hoc enim animo ab illis finguuntur, absoluta esse debent, & ita perfecta, ut superent quæ geruntur ab hominibus: quod si paria ipsis forent, non haberent vim exemplaris: neque enim facile exprimeremus illud bonum possunt, qui imitantur, quod in exemplari est: faciuntq; satis, si propè accedunt. Postulabat nunc ordo, ut tertium modum auctor explanaret, rationemq; traderet, quomodo quædam defenduntur è genere eorum, quæ non possunt effici, referendo illa ad opinionem, quam de rebus illis homines habent: ac fortasse hoc ipse facit: sed ita perturbatus locus est, ut non pudeat me fateri, non videre quomodo hoc fiat. nec tamen, vt sensus qui videtur requiri, hinc elicatur, omnia hic permiscere volui: cum enim ab antiquis libris hic destitutus sim, quos conferre perspexi per uulgare lectioni, non tantum mihi tribuo, ut confidam me posse luce ingenij mei has tenebras discutere. Ut in malis autem, & re penè desperata, non insulso suspicari aliquis posset, explicatis iam modis omnibus, quibus id quod arguitur fieri non posse, comprobatur, docere Aristotelem, quomodo resistere valeamus, cum aliquid obiicitur, quod dicatur carere ratione: nam propter similitudinem, quam inter se habent, recte suoq; loco exponitur, quod dicitur nullam in se rationem habere, ut fieri ita potuerit, post id quod fieri nullo pacto potest. modos autem huius rei duos esse videtur affirmare. Cum autem de primo non omnino mihi liqueat, secundus apertus est, certamq; sententiam habet. primus vero, nisi aliqua macula subest, huiuscmodi est, vt dicat oportere referre, quæ ratione carere dicuntur ad ea, quæ vulgo homines aiunt, factaq; assuerant: quod cum exposuerit, apta esse rationem hanc rursus testificans; adiungit aliam rationem, ut scilicet affirmeret, quod consentaneum nō esse dicitur, huiuscmodi non esse quibusdam temporibus, ut haberi tale debeat: iudicariq; tunc vacuum esse à ratione: cuius rei sedulo ratione reddit, tradens verisimile esse quippiam aliquando gigni, quod repugnet verisimili: contrariumq; sit ei, quod plerunq; fieri soleat. nam nisi huiuscmodi quædam inuenirentur, quæ verisimilia dicuntur, certa & explorata forent. Percepit vero hinc quoque eisdem dissoluendimodis, vitios esse ad plures criminationes refellendas: isdem enim modis, quibus ἀδικητος, & ιελλος etiam ipsum tentari affirmat: & præterea alio, quem addit, id est negando illud esse ξλογον.

Tὰ δὲ πίστας, ὡς ἐργάζεται, οὐ τῷ σπουδᾷ, ὁστὸς οἱ εἰ τοῖς λόγοις ἔλεγχοι, εἰ τῷ αὐτῷ καὶ τῷ τοῦ αὐτοῦ, καὶ ὡσαύτως. Ὅστε καὶ αὐτὸν, οὐ περος & αὐτὸς λέγει, οὐ δὲ Φρονίμος κατέγειται.

Subcontraria autem vt dicta, sic animaduertere, quemadmodum confutationes, quæ in disputationibus sunt: si idem & ad idem, & simili modo. quapropter ipsum, vel ad quæ ipse dicit: vel quod viri prudens præcepit.

Si quis accuratè hunc locum explicare velit, in primis arbitror ei demonstrandum aliud hic præcipere auctorem ab eo, quod non multo ante tradidit: nō multo enim quoque supra de his, quæ similitudinem haberent contrariorum disseruit, & quomodo contrarietas, quæ appareret in uerbis repelleretur, docuit: non est autem verisimile ipsum rem iam pertraditam, patuo interiecto spatio, rursus attingere. Puto igitur Aristotelem, superiore loco docuisse, quidagendum sit: quomodoq; purgare debeamus poëtam, cum insimulatur aliquid prodidisse, quod repugnet veritati, atque opinioni, quæ prius de illa re in animis ferè omnium erat: quæ sane suspicio nascatur ex verbo aliquo, quod, certo quodam modo acceptum, speciem habeat eius vitij: nunc vero ostendere, quid afferre possimus, cum sibi ipsi poëta arguitur aduersari:

aduersari: & quod hoc loco dicit, contrarium eius esse, quod alibi probauit, aut reprehendit. Nam quod hic inquit. οὐ εἴη μέτωπον, opinor hoc valere. contrarietatem inquam existere in iis quæ dicta sunt, sententiisq;. illic autem manifestò significauit ex verbo uno aliquo nasci id malum: ait enim eo configiendum esse (ut uerbis ipsius utar) ὅταν ὄνομα τι ἐπονεῖται τι δοκεῖ συμφένει. Quod uero illic quoque inquit οὐ τῷ εἴη μέτωπον, ubi de remedio, quod adhiberi debet, loquitur, ualeat etiam eo loco εἴη μέτωπον sensum, quem continet vniuersa illa cōplexio. Declarato autem (nisi fallor) discrimine, quod uerisetur inter duos hos similes inter se locos, ad explicationem huius, quem in manibus habemus, accedamus. inquit igitur. Subcontraria uero ut dicta sic animaduertere, examinareq; oportet, ut perpenduntur elenchi in disputationibus: cum enim illic quicquam else, quod repugnet, traditur, solemus ad frangendas has captiones perpendere diligenter: an eadem res omnino sit: nūtumurque inuenire illic aliquid discriminis: sed etiam uidemus subtiliter, an ad idem ambo referantur: sepe enim eadem res diuerso consilio tractatur: præterea an eodem pæsto ambobus in locis editum id sit queritur: siue contra modis non similis. tribus autem his rationibus examinibusq; expositis, docet quomodo illa huc accomodenatur: & quam similitudinem habeant cum his rebus, cōcludens hoc pæsto pæceptiōnem hanc. Quapropter & ipsum uel ad quæ ipse dicit: uel quod utiq; prudens admonuerit: tres enim hi quoque modi sunt, qui ordine respondent superioribus illis. Quærendum igitur hic quoque an idem omnino sit, quod ambobus in locis a poëta dicitur: operaq; danda est, ut illic aliqua dissimilitudo reperiatur: deinde iubet id referre, ad quæ ipse, scilicet poëta, alibi dicit: docereq; eum non esse eius iudicij, ut videatur vnuquam dicturus fuisse, quod arguit aduersarius. Postremo admonet uidendum esse, an fecerit, quod ea de re præciperet uir prudens, & qui ipsius habeatur peritus: ita enim quoque à culpa abesse intelligitur, si perspicitur secutus iudicium, atque auctoritatem hominis prudenter.

Οὐδὲ δὲ ἐπιτίθεται, καὶ ἀλογία, καὶ μοχεία: ὅταν μὲν αὐτέγγικος οὖσα μηδὲν καὶ στῆσαι τῷ ἀλόγῳ, πᾶς δὲ Εὐριπίδης τῷ Αἰγαίῳ πονεῖ. πῶς δὲ οὐ Οὐρεσκός Μενέλαος.

Recta autem reprehensio & vacuitas rationis & prauitas est, quando non necessitate illa existente illam in partem, usus fuerit quopiam vacuo à ratione, quemadmodum Euripides Ageci prauitatem: Quemadmodum in Oreste Menelai.

Cum huc usque docuerit, quomodo falsa & adumbrata crimina diluantur: quomodoq; defendi possit dignitas poëtarum, si obiiciatur ipsis aliquid à maleuolis, quod fallax captiosumq; sit, nunc tradit, quæ sint macule, quæ dilui non possunt, sed inauruntur ab iis, qui sunt iusti rerum existimatores, & veritate ipsa diluantur. iure autem optimo ille accusari dicit: & eam esse rectam reprehensionem, cum pœnit, nulla necessitate premente, fingunt aliquid, quod differentaneum sit, & ratione careat: nec non cum insignem aliquam improbitatem alicui affigunt, qui nunquam antea signa dederit tam depravati ingenii: atque id etiam faciunt non feruientes fabulae, nec quia res aliter exitum non habeat. Omne igitur locum, qui his culpis labore, esse dicit rectam, rationeq; tractaram reprehensionem, id est posse ac debere meritò reprehendi: arbitror autem hoc referri ad formam illam, quam infra vocat, οὐ πάρα τινὰ οὐδὲ τινὰ τινά τιχεῖν: nam cum ita peccat poëta, non potest defendi, quod secutus sit ueritatem artis, & contempserit haec maledicta, quia intellectu se facilius posse adipisci, quod ars requirit. Exempla vero ponere uolens horum peccatorum, quæ purgari nequeunt, sumit illa ab Euripide, qui ambobus modis peccauit: significat autem ipsum in id uitium lapsum, finxitq; quiddam prorsus absurdum, quia statim, graui illo errato exposito, inquit. Ceu Euripides: nam

si locus integer esset, res fortasse plana foret. Quia autem quæ sequuntur deprauata sunt: & lux, quam exemplum afferebat, amissa est: nec certo tenetur, an posterioris tantum utrius exemplum attulerit, vt Madius putauit, quem in hoc non sequor: arbitror enim utrumque peccatum explanare auctorem voluisse: nec tamen quomodo corrigi locus possit, video: nec uno etiam eodemq; modo in omnibus scriptis libris legitur: quidam enim habet. ἀγνήτη πονεία: alius vero τῷ αὐτέρῳ πονείᾳ: inueni etiam in quibus legitur τῷ αὐτέρῳ πονείᾳ. in margine uero huius exemplaris (ut nihil omittam, quod aliquo modo adiuuare hunc locum possit: aut saltem diligentiam meam probare) emendatum erat τῷ Αἰσίᾳ. Id verò quod excogitauit Rober tellus ad maculam hanc delendam, non mihi penitus satisfacit, quia tragœdia, in qua fingitur Aegeus repente in medias illas turbas aduolare, Medea vocatur, non ab illo ipso appellata fuit: cetero uero videtur fabulam indicate, cui Aegeus ipse nomen imposuerit, vt statim auctor loquitur, qui inquit cetero τῷ Ορέστῃ, præterea si ratione caret hoc Euripidem finxisse, non videtur ille huic descendisse in Medea sine causa: nullaq; ipsum huius rei necessitate premente, sed coactus: aliter namque existum eius fabulæ poëta non inuenisset, nec in nodum illum dissoluisset. Alterum exemplum apertum est: arbitratur enim Aristoteles eundem tragicum in Oreste, nulla re uirgente finxisse Menelauum insigni morum improbitate præditum: quare putat hoc quoque peccatum eius merito reprehendi, nec excusari vlo. modo posse. Principie autem laborare hoc vitio locum illum intelligitur, quod supra quoque, vbi diligenter de moribus loquitur, omniq; eorum genere, exemplum allatus pessimum morum, eodem accessit, qua etiam in parte notar hoc ipsum fecisse nulla ui coactum. Animaduertendum autem primum verbum huius partis, & quod adpositum est non mini illi ἐμπιστος, aut non conuenire duobus consequentibus eiusdem naturæ non minibus, nec commune esse trium harum rerum, quarum posteriores duas videntur priore contineri. aut, quod verius puto, si ἀστη quoque intelligatur, & ἀλογα & μωχησεια, ualere hic δοθη iusta, & ratione ipsi exprobrata, non repte a poëta tractata: si quis enim ita caperet, magnopere peccaret, cum exploratum sit auctorem nunc agere de peccatis iis, quibus ignosci non potest.

Τὰ μὲν οὖν ἐπιμήκατα εἰ πέντε εἰσῶν φοροῖσιν, οὐ γάρ ὡς ἀδικίατα, οὐ δὲ
ἄλογα, οὐδὲ βλαβερά, οὐδὲ υπεναντία; οὐδὲ παρὰ τὴν ὁρθότητα, τὴν οὐταὶ^{τέχνης}: αἱ δὲ λύσεις εἰ τῶν ἐργασίων αριθμοῦ σκεπτέεις: εἰσὶ δὲ σώδεια.

Increpationes quidem igitur ex quinque formis ducunt: vel enim ut impossibilia, vel ut ratione carentia, vel ut detrimentosa, vel ut subcontraria, vel ut prater rectam rationem, que est secundum artem. Solutiones autem ex dictis numeris querenda: sunt autem duodecim.

Quæstionē hac omni diligenter explicata, generibusq; declaratis, unde trahantur, quæ vitio dāntur poëtis: ac singulorum generum modis explanatis, nunc se ad finem huius præceptionis venisse affirmat; summatingi repetit, quæ dixerat: ac numerum generum ipsorum ponit. Qui autem rem aliquam indagaturi sunt, facilius inuenire quod querunt, si cuncta loca teneant, ubi ipsum latere possit: nec fallat ipsos numerus eorum locorum, aperitum est: & sane hoc fieri debere in perscrutandis rebus obscuris, docuit ipse in iij. libro Topicorum, ybi inquit. *σκοτεινὸν δὲ κατέδιψεν, καὶ μίσθιον τοῖς ἀπέλοις.* addit etiam dissolutiones eorum criminum, quæ obiciuntur poëtis, esse eruendas ex ijsdem illis formis & quasi locis: quarum etiam dissolutionum numerum ostendit, affirmans ipsas duodecim esse; qui numerus earum apparet: liquidoq; perspicetur, nisi aliquid supra turbaram esset. nunc autem, cum id factum esse proorsus intelligatur, diffusus sum me post id præstate, quod maximè optabam. atque huic muneri, quod suscepissem, conuenire præclarè videbam. nec tamen non multum in hoc laborau: ut singulas enim partes conatus sum explicare,

nec fructu omnino ut arbitror, in illis industria meam collocaui. præter quam
vnde me peruersio aliqua magna reiecit, ita etiam summam huius quasi operis stu-
debam explanare: ac suam ipsi propriamq; lucem afferre. nec tamen potest aliquis
contra huiuscmodi tanquam monstra pugnare: victoriāq; inde aliquam honestā
reportare. In aliis autem, quæ mihi molesta fuerunt: ac multum sanè diuq; me sol-
licitarunt, fuit, quod in rationibus his criminum refellendorum, allegoriam non
posuit. quæ tamen plurimū ad hoc valere semper existimata est. & qua veteres scri-
ptores in culpis præcipiè quibusdam Homerū defendendis plurimum vtuntur. cum
etiam extiterint qui ex illis plenum volumen effecerint, & hoc præcipiè paēto diu-
niſſimo illi poētæ ſicurrere voluerint. Heraclides uero ſuit, non tamen ille Pon-
ticus vi habetur, Platonis auditor, ſed alius quidam vt opinor. niſi forte in nomine
etiam error est: nihilq; non falſum de illo memoriae proditū eſt. Sed Longinus etiam
tradit quædam apud Homerū κατ' ανηγραφας defendi poſſe, atq; alij etiam cum hu-
iūcmodi aliquid contingit, quod indignum absurdumq; illuc videatur, plerunq;
eō recurrunt: atq; ita ipsum purgant, vt aliud dixiſſe poētam: aliud intelligi à nobis
voluſſe teſtentur. Quare videndum an Aristoteles, cum huiuscmodi aliquid signi-
ficare voluit, metaphoræ nomine in eo vſus fuerit. cum hoc nomen apud eum non
inueniatur: allegoriam vero ex pluribus verbis translatis conſtarē maniſtū eſt. Sed
Plutarchus quoque affirma hoc nomen vetus non eſſe: ac quæ ſua ætate κατ' ανηγρα-
vocarentur, antiquitus ἡπονιας appellatas fuſſe, qui præterea ostendit non necel-
ſariò etiam quosdam crebro eō confugere: opeq; ipsatum ſiuē hyponecarum, ſiuē al-
legoriarum, omnia apud poētam diſtorquere: cum tamen Homerū ſepe, ut narrat
grauis ille eruditusq; scriptor, demonſtrari, quomodo nodus ille diſſolui poſſit, ac
quid deniq; fecerit, vt ipſe tunc id, quod nullo modo conuenire videtur, protulerit,
vnde appetat ipsum non magnopere rationem hanc, quæ magnum in vſum poſtea
venit, probaſſe. In primis autem me perterefecit, quod fine dubio loci quidam
hac parte ſunt valde deprauati. quis igitur ſciit, an quemadmodum turpes quæda-
maculæ, & quæ nou posſe deleri videantur, hic haſerunt, ita etiam nou nulla deſe-
cerint, mancusq; deſum ac debilis totus locus ſit. cum verò hoc contingit, conari
eum sanare, ſtultitia proſuſis eſt, fruſtraq; omnis opera ponitur. cum igitur in quo
me poſſe ſedulitate mea aliquid boni parere, nulli labori pepercere: ſi poſtea in re
desperata, fruſtra nolui laborare, vel potius, ne aliquid mali creem, in periculum
venire, non videor eſſe reprehendendus. Sed officio meo conſtituto, quod ab equis
& eruditis viris in culpam vocatum iri non arbitror, vt ad verba ipſa veniam, qui-
bus hæc expoſita ſunt, quod in excuſis libris prius initio huius partis erat, τῶν, pu-
tauī legi debere τῷ, vt in calamo exaratis inueni. autem videtur appellare pro-
pria loca, atq; elementa huius rei: quod valere hoc verbum auſtor ipſe in iis, que ſcri-
pſit de arte dicendi teſtatus eſt. nam φέρει ἐπιτιμάτω, quod inquit, eſt peculiariſ
ipſius locutio: φέρει enim vi hoc, ita etiam aliquando inquit εἰπασιν, συλλογισμού, εἰ-
δίκημα: ac pleraq; alia huius generis. Παρὰ τῷ φέρονται autem, τῷ κατὰ τῷ τέχνῃ,
vocat omnia illa criminā, quæ obiciuntur tanquam poēta veritatem artis negle-
xit: nec ſecutus ſit, quod illa rectum eſſe ſtatuit: nam artem addidit, intelligens
artem poētarum: neceſſe verò fuit hoç adiungere, quia multa committi poſſunt
mūltis modis, contra id quod ſummiū rectamq; in omnibus rebus decretum
eſt eſſe: quæ peccata nunc non intelligit, ſed illa, vt oſtendi, quæ repugnant præ-
ceptis propriis huius artis. Quod autem admonet oportere diligenter dictos
numerous attendere, atque illinc ertere, quæ faciunt ad criminā, quæ obiecta
ſunt; diluenda, αριθμος vocat modos illos, quia numerum eum, quem ſigni-
ſcauit, conficiunt.

Utrum autem melior epicā imitatio vel tragicā, posset aliquis dubitare: si enim quæ minus est importuna, melior: huiuscemodi autem quæ ad meliores spectatores, est manifestum, quod quæ cuncta imitatur, importuna: tanquam enim non sentientibus, nisi ipse adposuerit, multo motu mouentur.

Cum, & quæ obici soleant poëtis, & quomodo crimina illa diluantur docuisset, nunc ualde agitatam questionem persequitur: ac de ipsa in utrāq; partem differit: dissentunt enim iudicia multorum. in hoc: grauisq; contentio semper fuit, utrum horum nobilitum poëmatum, epopeia ne, an tragœdia, alteri p̄t̄ponendum sit. Visum igitur ipse est dē, hac quoque re in fine huius libri, quo utrumque poëma expoliuit, disputare: ac primum argumenta non nulla colligit, quibus ostendi videtur p̄t̄ponendam esse epicā imitationē tragicā. inquit igitur. Hærere possit, alius, ambigereq; atimo, utrum imitandi genus, epicum ne, an tragicum, melius sit: ita enim loquuntur tanquam ipse videtur in dubio esse animos hominū de hoc posse, non tanquam multum tractata q̄estio hæc sit. ornans autē primum epopeiam, constituensq; dignitatem ipsius, iacit huius rei fundamentum hoc, atque utitur tanquam instrumento quodam eius, quod vult efficiendi: ytra ipsarum importuna magis, minus ve sit. Si enim inquit, quæ minus importuna molestaq; imitatio est, melior est: huiuscemodi autem est, quæ ad meliores spectatores pertinet, id est politiores viros, magisq; bonis artibus instructos: nam spectatorum nomine intelligit auditores etiam, quibus epicum carmen requiratur. His igitur positis, adiungit infertq; quod sequitur: ac quod ex illis fidem acquirere videtur: planū enim inquit est, eam, quæ cuncta imitatur, importunam esse: quod valet, perspici ex illis imitationem eam, quæ cuncta persequitur: nec omittit rem villam, quamuis pusillam ac leuem: & eam quidem satis apertam, quam non exprimat, esse molestam ac fastidij plenam: minuta enim hæc diligentia odium parit. Statim autem causam aperit, unde nascatur ut hoc offendat apud illos, qui audiunt: nec satis æquo animo ab ipsis accipiatur: huiuscemodi enim ait videri ipsis poëtas iudicium fecisse de se, ut sensu ipi, cognitrixq; rem non fuerint, nisi poëta ipse admouerit omne genus rerum, quæ excitant sensus: accurateq; ac minutiè singula expresserit, motuq; etiam corporis reddiderit, quare illi æge ferunt se haberi adeo tardos. Hie sane videntur sentiū esse horum verborum, in quibus tamē scutuli non nulli subsunt: primum autem, quod cum de imitatione loquatur, quæ mulſebri genere, ut Latinè, ita etiam Græcè dicitur, relicto genere illo, repente transit ad virile: ac nisi ipse adposuerit inquit: in quo etiam concisus nimis sermo est, neque enim ostendit quid oporteat admouere, præter quam quod vis, quæ subest, hoc loco illi verbo ποσθι, obscura est. Sed hoc etiam molestū, quod statim multitudinis numero vittur, atque ait πόλλα κίνηται κυνωπός: nec monstrat etiam, qui sint, qui crebro hoc motu vitantur. Quomodo autem conuenire huic possit, cum eo, quod antecedit hæc verba, non video, quare valde perturbatus sum, atque hæc in explicacione huius loci. Non arbitror autem me obesse studioſis huius artis, si has difficultates & quasi plagas aperio: potiusq; (nisi fallor) peccarem, si tñgere atque occupere vulnera hæc huius libri conarer. Cum autem, in pluribus calamo-exaratis inuenierim, extrimum verbum immutatum, οὐδὲν enim illi, non ἔνεσται, non putarem penitus hanc legiōnē contemnendam, si articulus τοῦ, quem requirit media hac, inter nomen ac verbum vox, ante positus fore: cum tamen ipsius vestigium nullum illigat, fieri potest, ut negligenter librarius id sit commissum. Cum vero (ut significauit) numeri discrepant inter se: nec respondeat vlo modo pronomen αὐτὸς illi verbo κινωπός: nec appareat de quibus diversis variatisq; rebus in tam brevi spatio loquatur, admouendum hoc putauit. & sane placet magnopere alii de caulis extremum illud, πολὺ κίνηται κυνωπός: eleganterq; modum loquendi esse intelligo, & proprium Atticorum: nam qui αὐτὸς prō τῷ emendaret, vno fortasse tempore plusibus malis, remedium adhiberet: inteligeretur autem his, qui audiunt, quosq; supra σκύλα appellauit. In scriptis libris,

præter

præter id, quod iam indicaui, discrimen hoc etiam est, quod non pauci eorum, pro τραγῳδίᾳ habent τραγική: quod verum esse existimari potest, quia infra, ubi rursus ipsas inter se confert, hoc ipso verbo vtitur: inquit enim. τὸ δὲ τραγικῶν, πρὸς φάιλος.

Οἶνοί φαῦλοι αὐλισταὶ καλούμενοι, δὲ δίσκον δέη μημεῖσθαι, καὶ ἐλκούτῳ τὸν κορυφᾶν, δὲ σκύλας αὐλιδον.

Cēu mali tibicines volentes se; si discum oporteat imitari: & trahentes præcentorem, si scyllam cecinerint.

Simili voluit rem illustrare: ponereq; ante oculos culpam in quam incideret poētæ magnam, qui minuta & singulas res exprimente, imitatione vterentur: tibicines enim quoque, qui eam artem, quam exercent, non tenent, hoc faciunt, quod reprehenditur in poëtis: non enim confisi arte sua: sonoq; tibiae, qui datus illis est, ut imitentur varias res, ac motus quoque animorum reddant, addunt illi gestus quoq; adam corporis: nihilq; omittrunt, vt speciem illarum rerum effingant: quare contemnuntur: ineptiū: meritò à peritis habentur. Constat igitur exemplo etiam horū, poëtas motu corporis omnia imitantes peccare: dignosq; esse, qui irrideantur. hoc igitur valet ad grauitatem epopeiae ostendendam, quæ nullis huiuscemodi ineptiis vtitur. Indicauit autem in quibus præcipue exprimendis summum studium posse tibicines illi soliti forent, & ab arte sua discedere. primumq; inquit, si argumentum, quod sumpserint postularit vt discum imitentur, illos corpus suum supra terram volueret. nam κυλιθε, hoc potius arbitror significare, quam in gyrum agi ac versari: vt interpres vertit: & discos ipsos, postquam magnis viribus iacti, in terrā decidissent, super terram diu volui solitos exploratum est: quem cursum ipsorum volutationemq; (nisi fallor) diligens magister hic tradit tibicines illos deterioris notæ imitari illo modo confuisse. Hoc autem quod dixi verum esse, id est verbo illis Latino, quod ostendit, κυλιθε verius reddi testimonio Ciceronis confirmatur, qui in libro de Fato dixit. Id autem, cum accidit, suapte natura, quod supereft & cylindrum volui & turbinem versari. Significat autem cum aliquis mouere ipsa incooperit: a verbo enim hoc ipso, cylindrus vocatus est, & motus hic proprius ipsius est. cum ille, quem falso huic tribuit, vt itidem Cicero ostendit, turbinis motus sit, ac verbo Græco σπενθε responeat: Sed etiam Catullus hoc significauit, cum sordes meretricula significare vellet: inquit enim - s̄pē quā in sepulchreis Vidistis ipso rapere è rogo cenā. Cum, deuolutum ex igne persequens panem, & quæ sequintur: non dissimilis enim quoque forma panis erat: qui, cum leuiter etiam pulsus foret, eodem pacto mouebatur. Neque existimandum est hoc nullo modo hic conuenire, quia non videatur tibicen commodè posse, tibiam inflans, super tellure se voluntare: eodem enim tempore cogitandum est exemplum hoc esse motionis inconcinnæ: & quæ meritò ea de causa, displiceret. cum contra corporis conuersio, frequens peculiarisq; in citharistis ac tibicinibus fuerit: quod partes ipsæ cantuum, inde vocatae, manifestè significabant. Eustathius autem, quæ formæ fuerit dici declarat: quo genere ludi Græci se oblectabant. Addit etiam aliud Aristoteles, in quo tibicines iidem exagitarentur: remq; in concinnam facerent: dum vellent illud omnibus numeris præbere. Si enim inquit forte canant, tibiæq; sonore voluerint imitari scyllam, atque impetum eius in naues, quæ præterehantur: rapit enim ipsa ad se audiē omnes: illi enim, qui sumnum locum, & quasi verticem in grege cantorum tenet, ad se trahunt: appellatur autem ille Græco sermone, ea de causa, quam ostendi κυριαρχος: quod tamen vocabulum à Cicerone in primo de natura deorum retentum est, dum recitaret vocem Philonis, qui appellabat Zenonem, magnam dignitatem in Epicureis obtinebat: anteuentemq; ceteris, coryphaeum ipsorum: an autem idem sit in choro cantorum κυριαρχος, qui præcentor vocatus aliquando est, & κυριαρχος, affirmare non ausim. Cur autem magis in hunc, quam in ceteros huius gregis impetum tibicen faceret, non appearat: nisi fortasse, quia ipse illi vicinus manebat, in propinquoque: stabat. Autem autem

tem σκύλας significabat tibiarum sono Scyllam imitari, quam antiqui monstrum esse dicebant, quod raperet ad se natus, ac deuoraret. Eodem autem pacto Horatius in alio genere imitationis moueri satyrum & cyclopem inquit; saltando enim ferebat. Egregie vero Scyllae speciem expreslit, & quantopere illa immineret nauibus, illac transiuntibus, significauit Virgilius, cum cecinit. Ora excentram, & naues in faxa trahentem.

H' μεν οὐδὲ τραγῳδία τοιάντη δήν : ὡς καὶ οἱ πέρι τρόπον οὐδὲ γένους αὐτῶν φέροντο θεοπρίτας : οὐδὲ λιαν φέροντα, πάθηνος οὐ Μυνίσκος τὸν Καλλίπηδα λεπέλει. τοιάντη δὲ δέξα καὶ τῷ Πινδάρου λύ. οὐδὲ οὐτοι εἴχοις προσαρτότται, οὐδὲ πέρι προσέττων εἰσαγόνται.

Tragōdia quidem igitur huiuscemodi est, ut priores posteriores se pertinet histriones: ut valde enim exuperantem simiam Myniscus Callippidem vocabat. Huiuscemodi autem opinio et de Pindaro erat. Ut autem si se habent inter se, tota ars ad egestatem habet.

Cum exemplo deteriorum tibicinum probaret crebros illos motus arque infinitum studium, quod non nulli ponuntur, imitandis minituis etiam rebus, esse rem molestam & importunam, ostendit nunc huic culpa harrere tragœdiam: ipsamq; potissimum hac re laborare, ut nihil relinquit, quod non ponat ante oculos spectatorum. Quod enim inquit huiuscemodi talisq; est tragœdia, arbitrari intellendum: quamvis autem hoc satis apertum sit, tamen constituere id aliquo modo volens, vtrum testimonio histrionum antiquorum: illi namque inferiores aetate irridabant, quod nimiam diligentiam adhiberent in singulis rebus motu corporis exprimendis: quamvis enim & ipsi, cum opus foret, hoc studiose facerent, tamen intelligebant minores in hoc modum nullum tenere. Quod autem priores, & posteriores ipsos appellat, qui tantopere intersimilius huius rei disciparent, tempore atq; aetate, non dignitate peritiae artis arbitror alteros antecessisse, atque ita sane puto accipi oportere: quin enim grandiores hantū magis temperati simplicesq; in hoc forent, qui postea subfecuti sunt, nimis ipso delestati sunt, vt in arte quoq; musices factum erat: iuniores enim voces minituis conciderant, atque ita multum dignitatis ei studio eripuerant. Nomina etiam histrionum illorum ponit, qui longe aliter se in eo studio tractando gerebant, ac iudicio plurimum inter se dissentiebant: narrat enim Myniscum, improbantem magnopere nimiam gesticulationem Callippidis; ac totam rationem illam irridentem, solitum esse vocare ipsum simiam: hanc enim præcipue bestiam omnium rerum summam imitatrixem esse constat. hoc vero nomine pleno contumeliae vexauit etiam Demosthenes Aeschinem, eodem tempore probans ipsi uetus studium, in quo ille se penitus simiolum præbuerat: ait enim pro Ctesiphonte. ἀντράκης πήνης. Mynisci autem, tragicis histrionis, nomine apud veteres celebre erat, vt Callippides etiam, quamvis illius mentio, vt in hac re peccantis saepius fieret: venerat enim nomen eius in prouerbium, cum ab aliquo declarari deberet alicuius minuta, crebraq; corporis motio: cuius prouerbij meminit & Cicero in epistola quadam ad Atticum, & Suetonius in Tiberio, qui vim ipsius explanat: ait enim. Ut uulgo iam per iocum Callippides vocaretur, quem cursitare, ac ne cubiti quidem mensuram progreedi prouerbio Graeco notatum est. Addit autem Aristoteles huiuscemodi quandam opinionem extitisse de Pindaro, si uerum hoc ipsius illius histrionis nomine est, qui eodem pacto, vt Callippides, peccauit: ac lineam iustumq; modum in hoc migravit: in scriptis enim quibusdam exemplis turbatus hic locus est: legiturq; illic, corrupte sanè, πολὺ τὸ δεῖπνον: in eundem tamen illum librorum margine emendatum est τοῦ Πινδάρου: non memini uero mealib[ile] gisse Pindarum histrionem quempiam vocatum. Quod si Tyndarus aliquis in hoc studio

studio clarus aliquando lectus esset, facile crederem ex his vestigiis, quæ restant, illum auctorem hunc nostrum intellexisse. Adiungit autem, quod desiderabatur ad concludendum id, quod probare volebat, eam rationem, quam habent inter se histriones, quos dixit, habere etiam vniuersam artem: cuius artis illi ministri quidam sunt (intelligit vero tragœdiam, artificiumq; quod in ea pangenda ponitur) cum epopeia: tragœdia enim si conferatur cum epopeia: quod ad motus hos facit, quibus ambæ haec poësis vtuntur, vt facilis exprimant quod volunt, quia crebrioribus illis atque exquisitoribus virtutur, quam faciat epopeia, in eodem crimen versabitur, atq; eidē infamia hæredit, cui affines sunt iuniores histriones, collati cū superioribus.

Τὸν μεν οὐδὲ τῷδε τὸν δρατας ἐπεινῆς φέσιν εἶν: διὸ οὐδὲν δέοντα τῶι χιμάτων: τὸν δὲ τραγικῶν, προς φάντους. οὐδὲ φροτικὴ χείρων δῆλον δὲν εἴη.

Hanc quidem igitur circa spectatores probos affirmant esse. quare nihil egent figuris: tragicam autem ad improbos. Quæ igitur importuna est, deterior manifestum quod esse debet.

Constans præterea opinio erat, alteram harum imitationem atque poësin, id est quam vocavit ἐποποιίαν, facere ad spectatores, probos atque honestos viros: ita enim arbitrari capiendum, quod inquit ἐπεινῆς: neque hoc verbo puto significari doctos homines, & scientis subtilioribus eruditos, sed graues ac bonis moribus instruētos: qui scilicet cum huiuscemodi sint, vt vulgo aiebant (argumentum enim huc duci puto à communī sententia, quæ de hac re erat: neque arbitrari vlo pacto, quod inquit φάσιν, accipiendos hic histriones) non egent gestibus illis, minutaq; singularium rerum expressione. hoc autem valet: intelligo inquam, quod dixit, οὐδὲν δέοντα χειρομάτων, non tantum ipsos ita animo affectos esse, ut non requirant gestus corporis exquisitos in hac re, sed etiam valde ab ipsis abhorreant, ac sua sententia ipsos condemnent, quare necesse est ament epicum carmen, à quo hæc lenocinia remota sunt. Declarata autem hoc pacto vi & natura epopeia, quam illi constituere volebant, accedit ad alteram imitationem auctori: exponitq; quid iidem de ea dicent. Tragicam autem aiebant scilicet tendere ac referri ad homines, non tam malos ac vitiis turpioribus inquinatos, quam viles: & qui magis vmbbris rerum, quam veritate ducentur: hi namque uidentur esse, qui ab ipso φῶλοι appellantur. vt supra quoque tibicinas imperitos eodem nomine significantur. Concludit vero eorum nomine poësin imitationemq; importunam, dubium esse non posse, quin deterior sit, inferiorq; illa iudicanda, in qua nihil huiuscemodi foret. Animaduertendum autem Aristotelem præpositiones variare, & cum loquitur de epopeia, vt hac τοῦ: cum vero de fabula, quæ in scenam venit, usurpare πολὺ: quod fortasse hac ipsa de causa factum est, quia tragœdia refertur ad spectatores ueros, longe positos: epicum vero carmen recitat in conuentu angustiore: sepiusq; legitur, ac manu tenetur ab iis, qui attentè ipsum considerant. nam quod θεατας, quasi spectatores vocauit, qui carmen epicum audirent, & quasi existimatores ipsius sederent, non suo proprioque huius rei vocabulo usus est: illi enim potius sensu aurium, quam oculorum vtuntur. Quod ad scripturam facit, unum tantum in calamo exaratis libris inueni diuersum à communī lectione, quod illi non habent particulam διό, quæ tamen requiri eo loco videatur, aut articulus διό loco illius ponи debet.

Πρῶτον μεν οὐδὲ τὸς ποιητικῆς οὐ κατηγορία, ἀλλὰ τὸς θεοπριτικῆς: ἐπειδὴ τῷδε δράτηρχαλεθα τοῦς σημεῖας, οὐδὲ ἔσται φῶλα, ὅπερ ἐποίει Σωτίσαρξ: οὐδὲ διάδοτα, ὅπερ ἐποίει Μυνίσκος Οὐ ποιάτιος.

Primum quidem igitur non artis poetica accusatio haec est, verum histrionica, quia licet confidere notis etiam minus rapsodorum obseruentem:
quod

quod sanè faciebat Sosistratus: & canentem, quod quidem faciebat Mnasitheus Opuntius.

Cum exposuisset argumenta, quibus nitebantur, qui anteponebant epicam imitationem tragicę, nunc affert, quid pro altera poësi dici possit: ornatque quantum res patitur, tragicam imitationem. Primum autem diluit, quae obiecta erant huic, quam in summum honorem adducere vult: ostenditq; nihil momēti in ipsis esse ad eam infamandam: in primis enim, quod illi excogitarant, ut maxime aptum ad tragicam poësim insimulandam, quod scilicet maius quam oporteret, studium poneret in singulis rebus exprimendis ac gestu corporis referendis, docet peccatum ipsius non esse, assignariq; debere alij arti: vel potius illis, qui perperam illam ipsam tractarent, qui dum studio suo ipsam adiuuare contenderent, modum in ea re nullum tenentes, potius ipsis obessent. Affirmat igitur non artis poëticę, sed histrionicę illam esse cimationem, id autem manifesto inde etiam intelligi posse adiungit, quod licet etiam epicam imitationem illo modo tractare (licet autem si quis omnino id cōtendat, nec iustum reprehensionem reformidet) qui sanè modus ratione nō tractatus inusit in-debitam maculam tragedia: nam licere illud testatur, quod aliqui inuenti sunt, qui id tentarunt, vt ipse accuratè docet, nomina etiam eorum ponens. duarum autem rationum meminit, quibus vti solerent (vt videtur) carmen epicum recitantes: quibus ambabus rationibus, cum illic necessaria non forent, narrat frisse qui signa quædam, & tanquam superuacaneos motus, ac gestus corporis adhiberent: nam *τοποθεσία σημείων*, hoc arbitror significare: signis, inquam, gestibusq; quibusdam additis, qui aliunde acciti ac superuacanei forent, illas res tractare. Rationes verò ille, quas dixi, sunt *έξιστος*, & *άλλος*, inter quas discrimen aliquod fuerit necesse est: nam *έξιστος* quoque non sine cantu fieri solitum, nec simpliciter significare clara voce legere ac recitare, declarat uerbum hoc ipsum, quod cum è duabus vocibus iunctum sit, altera illarum manifesto ualeat cantum. Sed diuersum (vt arbitror) genus cantus in vtraq; re adhibebatur. Sosistratus igitur, qui priore ratione usus est, signa èo comportauit: nec non idem fecit Mnasitheus Opuntius, qui posteriorem exercuit. Perspicitur igitur hinc, quod fit errore tractantium male alias artes, non debere uitio dari artibus ipsis: neque enim hi duo licentia sua epopœiæ iustum notam inurebant.

Εἴτα οὐδὲ κύνος ἀπαλλαγή ἀποδυκατέα, ἐπεὶ μή δύχησις: αλλ' ί φαύλων, ὅπερη ηγου Καλλιωτίδης ἐπειμάτη ηγου ναῦ ἄλλοις, ως οὐκ ἐλεύθερος γνωστος μημονεύων.

Deinde neque motus omnis improbandus, siquidem neque saltatio, rerum motus nequam hominum: quod quidem Callippidi exprobrabatur: & nunc aliis, vt non ingenuas mulieres illis imitantibus.

Alterum hoc argumentum est, quod docet non statim debere tragediam accusari, & eo nomine deteriorem haberi, ut patefactum est illam recipere motus: neque enim omnes motus corporis eiusdem generis sunt: sunt enim quidam ex illis teneri ac delicati: sunt etiam quidam graues atque honesti. Non omnes autem motus statim dammandos esse, ac nullo discrimine improbandos, confirmat exemplo saltationum. nam saltatio, que vulgo habetur patum virilis motio, non omnis tamen eius generis est: sunt enim saltationes non nullæ, que conueniunt grauibus personis: quanto minus igitur motus omnis est reprehēdendus? indicat autem qui motus merito reprehendi possit: motus inquam nequam hominum atque effeminatorum, in quo genere motus versatum, docet vexari solitum Callippidem: valet enim hoc ad exemplum destruendum, quo supra infensi ipsi quidam, dignitatem tragicę imitationi eripiebant, non igitur culpari solitum ostendit Callippidem, quod motibus vteretur,

vteretur, sed quod in hoc genere motus occuparetur, tenero scilicet ac molli: & qui proprius esset turpium personatum. Ut autem affirmat hoc olim ipsi exprobrari solitum, ita sua tempestate aliis quibusdam, quorum nomini parcit, ostendit idem vi-tio datum, tanquam illi summo studio imitarentur mulieres non liberas, neque ingenuas, & motus illarum honestis tribuerent. Videtur autem hic à librariis necessariò peccatum: cum enim Callippidem dicat & alios diuersis temporibus eadem culpa exagitatos: verbūq; idem sit, vnde personæ hæc aptæ sunt (ab *ιπέτρια μάτη* enim omnes penderit) casus etiam ipsarum iisdem esse debabant: cum tamen contra in excusis librīs Callippidis nomen tertio casu positum sit: contra autem eorum, quos aliorum nominē intellexit, nominandi idem autem erratum, contraria tamen ratione, est in non nullis calamo exaratis: *Καλλιππίδης* enim illi habent: & infra *λόγοις*. Quod si alterum horum recipēretur: alterum verò repudiaretur, res belle se habet, nec quicquam maculae hic restaret.

Εὖ ή τραγῳδία ηγου αἰδὺ κυνίστως ποιεῖται αὐτῆς, ωσδέ ή ἐποποίησα: δια-γόρη τοις αἰγαληνώσκειν, φαντρὰ δύποια τίς εἴσιν: εἰ οὐδὲ ξειταί Μακρέτην, δέος γη-σιν αἰγαληνοῖς αὐτῇ οὐ παύεται.

Amplius tragœdia & sine motu facit, quod ipsius est, quemadmodum epopœia: per lectionem enim manifesta est qualis est. Si igitur est aliis in rebus melior, hoc vtiq; non necessarium ipsi messe.

Diligenter est animaduertendus progressus argumētorum. Primum enim, quod insimularetur tragedia ob crebros motus, quibus vteretur, docuit hoc proprium vitium ipsis non esse, sed artis histrionum. Deinde probauit non omnes motus corporis esse vituperandos sed teneros tantum ac molles: quare si motus etiam illi proprij ipsis forent, non esse tamen sūlito eam condemnandam. Tertium hoc argumentum ostendit, fungi etiam munere suo tragediam: efficereq; quod vult, quamvis motus nulli adhibeantur, sed penitus ipsa illis destituta sit: quod non nulli falsò putant proprium esse epopœiæ: non minus enim tragedia quam epopœia hoc habet, vt tradit. quia autem hoc nouum auribus multorum merito videri potuit, ostendit quomodo hoc fiat: nam inquit ipsam studio lectoris alicuius patefacere qualis sit: ac si legatur etiam iudicium fieri de ipsa recte posse: intelligiq; quid boni malique illa in se habeat: nihil enim hoc etiam pacto occultum in ea erit. hoc autem illam posse supra quoque testatus fuerat, vbi de partibus ipsis differuit: de aspectatione enim apparatusq; scena loquens, inquit: vim, quæ subiecta est tragedia, manere etiam sine contentione illa studioq; histrionum. Adiungit autem nunc, concludens hanc rationem. Si igitur aliis rebus melior præstantiorq; tragedia, quam epopœia est, hoc quod tantopere quosdam offendit, & quod illi arripuerunt ad ipsam infamandam, necesse non est in ea existere: ac sine illo ipsa manet, ut patefactum est: quare omnis oppugnatio illorum inanis est, ac multis modis vitari potest.

Ἐπειτα διότι παῖται τέχει, οὐτε παῖδες ή ἐποποίησα: ηγου τοις μέγρω τέχειται καθηδαρίαι, ηγου επούμηροι μέρος τοὺς μοισικῶν ηγου τοῖς ἔφεσι τέχει, δικτύος ηδονας ε-πιστροφαίς αποτελεσται.

Deinde quoniam omnia habet, quæcumq; epopœia: etenim metro licet ei vti. & præterea non partam partem musicam, & aspectationes habet, per quam voluptates percipiunt evidentissime.

Hoc argumentum tragicam imitationem constituit, docetq; ipsam epicę antepo-nendam à partibus, quæ in ambabus sunt: ostendit enim imitationem tragicam nul-

la re carere, quæ inueniatur in epica, quæq; ipsam ornet: ac præterea quibusdam rebus cumulatam esse, quæ magni momenti sunt ad gratiam ipsi conciliandam: voluntateq; explendos animos spectatorum. Si igitur res hoc pacto se habet, quis non fateatur tragediam præstare epopeia? unde enim existere aliquid potest, quod epopeiam expoliat, quo destituta sit tragœdia? fontes autem; unde multum præterea suauitatis haurit tragœdia, aperte sunt. Cum autem dixisset quæcunq; epopeia possideret, habere etiam tragœdiam: appareretq; tragœdiam heroico carmine non vti, sed alio, quod minoris est dignitatis, occurrit huic difficultati: doceretq; in potestate ipsius situm esse, si velit, ipso etiam illo vti: neque enim interdictum est ipsi grandiorre eo genere versus: sed illum reliquit, quia alium aptiorem sibi naecta est. quod igitur illo non vtitur, non significat ipsius egestatem aliquam, neque valet ad probandum ipsam ea parte immunitam. Ut autem ne hoc quidem omittam, videtur valere hoc ad confirmandam veterem illius loci lectionem, quo de communione similitudineq; amborum horum poëmatum multo supra differuit: ita enim illa habet.

μηδεις εποποίησι την τραγῳδίαν μέχρι μέρους μετάλου μήποτες εἴησαι παραδίδοντες την οὐρανοθεσίαν:

Tanquam enim commune cum epopeia nunc quoque heroicum carmen tragœdie vult esse, cum in manu ipsius politum esse dicat, vt illo vtitur, si velit. Indicat autem, hac difficultate remota, quæ sint illa, quibus præterea ornata est tragœdia, cum illis careat epopeia: appellatq; musicam artem, cantusq;: nec non asperationem, quia in tragœdia omnia oculis exposita sunt. explanauit etiam quanta vis in musica posita sit ad oblectandos spectatores: affirmauitq; hanc esse artem, cuius beneficio mortales voluptates sentiunt euidentissime, atque omnem vim illarum planè percipiunt. Cum autem hoc loco extiterint varietates quædam lectionis, de illis nunc accurate disputabo: ac cur etiam nouam, nuperq; erutam magis probarim, declarabo. nam quod prius hic erat *καὶ ἦτι*, quis non videt corruptum fuisse? arbitratus igitur sum legi debere vt est in omnibus; quos vidi, calamo exaratis, *καὶ ἦτι*: Alterum discrimen est, quod iidem illi libri multititudinis numero habent *τὰς ὄψεις*, cum in excusis antea sit *τὰς ὄψεις*. & sanè multitudinis etiam numero eadem hæc res significabatur, in argumento enim Phœnissarum leguntur verba hæc, quamvis testimonium hoc non satis firmum sit, *εἰ μὴ τὰς σκηνας ὁ φειδεὺς καλεῖ τὸ δράμα*. nam quod certum in primis est, auctoris ipsius est, qui multo supra inquit, cum probaret minorrem vim habere ad condiendam tragœdiam, hanc partem, quæ canum & harmoniam. *εἴτε δὲ κυριότερα τῷ τινὶ αὐτρωσίαν*. *εἴτε δὲ τῷ συνοποιῶν τέλῃ τῆς τοιωτῆς*. quare veriorem hanc lectionem duxi: idq; quod sequitur *δίης*, musicam artem referre puto, quæ priore loco appellata fuerat: videntur autem si accipimus auctorem dixisse, studio harmoniæ conflari voluptates euidentissime, respondere hunc locum ei, quem supra multo inquit eandem (*μελοποίαν* verò illic ipse eam appellauit) vim omnem suam, ac facultatem apertam perspicuamq; habere. Restat tertia varietas magni profecto ponderis: in quodam enim exemplari inueni. *δῆλον ἀνδρῶν σωματικῆς* *εἰργάζεται*. & sanè si, receptam lectionem sequentes, legimus *τὰς ὄψεις ἐπίστημα*, verbū hoc insolens videtur in hūrus rei significatu, præsertim si intelligimus ope, siue harmoniæ, siue oculorum fieri, vt mortales sciant voluptates euidentissimè: magisq; quadrare videtur, si legatur mutato casu eius vocis, quæ antecedit, *σώματικην*: vt sensus sit, beneficio operaq; harmoniæ fieri, vt conflentur gignanturq; voluptates, quæ perspicue sint ac fallere non possint. nam si, ad priorem diuarum illarum rerum referentes, intelligamus musicam arte fieri, vt voluptates coagentur aperte in primis atque expellere, ne ita quoque ineptus sensus (*καὶ fallor*) erit: ne dicam verior, atque alteri illi anteponendus: cantus nanque suauitas: artisque illius lenocinium multum valet ad res, quæ oblectare possunt, iucundiores reddendas, efficiendumq; vt illæ manifesto percipientur. nam quin vsus oculorum hoc valeret, dubitari non poterat: nec confirmatione egebat. quanti verò momenti sit euidentia in his rebus, & quantopere illa adiuuet tragœdiam, perspicitur ex consequente arguento.

Εἴτα καὶ σύναρχος ἔχει καὶ τῇ αὐταρχίᾳ στέφεται, καὶ τῷ τις δράμων.

Deinde

Deinde & euidentis habet & in agnitione, & in operibus.

Hoc aliud argumentum est, quod declarat hoc etiam nomine preponendam esse tragicam imitationem epicæ, quod in ea cuncta pœnè, quæ sunt, perspicua & euidentia sunt. quod bonum non tam expressum inuenitur in imitatione epicorum, quæ tota commemorando fit. Quin autem hoc mirificè utile sit, & satisfaciat animis eorum, qui spectant, dubitari non potest. vt enim Horatius quoque testatus est. Segnius irritant animos demissa per aures. Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus: quamvis hoc ipse aliud tunc agens, protulerit. In quibus autem existat hæc perspicuitas, monstrare volens Aristoteles, nominat agnitionem, & cetera facta, quæ in tragœdia geruntur. nam *τὸν αἰαγγείρειν* lego, sequorq; receptam lectionem, quæ constanter reperitur in omnibus scriptis exemplaribus: eamque valde hic accommodata esse puto. Arbitror igitur hoc tradere auctorem, perspicuitatem, quam exprimitum bonum esse vult tragœdiæ, apparere & in agnitione & in ceteris quæ illic geruntur: cum enim agnitus omnis multum lucis & iucunditatis sua vi afferat omnium poëmatum generi, præcipue agnitus illa, quæ in drame tractatur, capit animos, quia subiicitur oculis, & dum res administratur, cernitur. Vincit igitur hæc quoq; ceteras agnitiones, quia plena magis & euidentis est. nam quin epica etiam agnitus claritatis multum habeat, dubitari non potest: Plutarchus enim probatur in vita Homeris poësin picturam esse, exemplo potissimum illo usus est, cum poëta finxit Ulyssem cognitum à nutrice: ita enim omnia illic tractata esse, expositaq; oculis docet, vt potius expicta videantur, quam narrata: id tamen, quod illic factum est, ingenio poëtæ magna ex parte fabricatum est, summoq; ipsius artificio in rebus & inuenientiis, & verbis etiam illustrans, quamvis aptam materiam, naectus esset: minore autem labore efficitur idem in eadem re à tragicis, quia verè res oculis percipiuntur, cum geritur: nec oportet mentis luminibus vt in illa, vti. Cum autem Aristoteles ostendisset in agnitione euidentiam habere tragœdiam, addidit & in operibus: *ἔπη* hic appellans, vt aliis etiam non nullis in locis & ipse & alij boni auctores fecerunt, *πράξεις*: factaq; intelligens. & sanè nihil in tragœdia geri, quod perspicuum non sit, auctumq; hoc præstanti bono, constat.

Ἐπὶ τῷ σὲ ἐλάττονι μήκει τὸ τέλος τῆς μητίστως θέτει: η̄ γαρ ἀθροώτερον ἡδίον ἢ πολλῷ κεραυνίον τῷ χρόνῳ. Λέγω δὲ οἷον σῆτις τὸν Οἰδίποδα θέτει, τὸν Σοφοκλέους, εἰς τεσσιν, ὅστις ἡ Γλαά.

Adhuc quia in minore longitudine finis imitationis est: quod enim confertius est iucundius est, quam id, quod multo mixtum est tempore, dico autem. Ceu si quis Oedipum ponat Sophoclis in versibus, quot Ilias est.

Aliud hoc argumentum est, quo itidem probat anteponendam esse tragœdiæ epopeia: vis verò ipsius in hoc posita est, quod cuncta, quæ oblectant, iucundiaq; sunt, eo magis oblectant, quo minore spatio temporis comprehensa fuerint. Hoc autem manifesto tragœdiæ contingit, si conferatur cum argumento epico: minore enim interuerso illa peruenit ad finem suum. Hoc igitur fundamentum est huius argumenti: ait enim. Præterea scilicet digna est quæ anteponatur epice tragica imitatione, quia finis huius imitationis in minore longitudine est: id est citius in hac peruenit ad finem: & tamen requiri, necessariamq; esse in hac quoque longitudinem aliquam testatur, quia aliter illa, vt docuit, imminuta decurtataq; foret, sed modica hæc esse debet, & quæ terminos illos habeat, quos indicavit. quare non porrigitur in spatium illud, in quod funditur, passimq; dilatatur, epopeia. Cum autem non omnibus appareret, cur hoc tantum valeret ad eam ornandam, melioremq; reddendam, affert diligenter causam huius rei: vtiturq; communi quodam, & quod cunctis in rebus verum sit. nam inquit. Quod enim confertius est, si iucundum simul illud ac suave est, iucundius sit ac maiorem voluptatem gignit, quam si idem multo tempore

C c i j tempore

tempore fusum & quasi dilutum sit: vritur enim eo verbo, quod conuenit humori ac rebus liquidis: illæ nanque propriè temperantur. Vt vinum igitur amittit saporem, si multa aqua mixtum ac temperatum fuerit, ita quidquid suave est, si in longum tempus productum fuerit, perdit multum suavitatis illius: ita enim extenuat voluptatem porrectio temporis, in quod spargitur, vt vires vini aqua. Vt autem magis aperiret, quod sentit, ac rem vndiq; notam faceret, exemplum addidit: dicitq; quomodo fabula dilatar possint: inquit enim. Ceu si quis Oedipum Sophoclis collocaret in tot versibus, quot manet Ilias Homeri: ita nanque fabula illa Oedipus vocata languesceret ac flaccida fieret: corrumperetur enim voluptas, quæ magna inde percipitur, longitudine temporis, quod in illa agenda consumeretur. Non sine causa autem monstrauit, quem Oedipum intelligeret: ita enim factum illud fingi coagentariq; posset, additis partibus non nullis, vt sine damno aliquo magno multo maiorem numerum versuum reciperet. Acutè autem vidit Madius hunc locum in omnibus libris corruptum esse: commodus nanque nullus sensus ex ea lectione eliciebat: idemq; aptè ingenioseq; illum emendauit. ipse quoque olim eodem pacto maculam illam deleueram: conjecturaq; ductus pro ἡδονῃ, ἡδονὴ restituueram: quod nulla alia de causa dixi, nisi vt certior testiorque emendatio hæc foret, postquam pluribus in mentem venit, non communicato inter se consilio, eodem pacto emendare.

Ἐπὶ οὐκέτι πάσαις αὖτε μέμνοιτο, οὐ τῶν ἐποτασίων. σημεῖον δὲ: εἰ γράπτοισιν μημέντως τολέοντες πράγματα γίνονται. ὅστε οὖν μετὰ τοῦ μῆδον ποιῶσιν, αὐτόγκη ή βροχέα δεικνύμενον μένουσον φάνεται: ή ἀνθελονθωτα τῷ τῷ μετρέου μήκει, οὐδερῆ: οὖν δὲ τολέοντες. λέγω δὲ, οἶον, οὐκέτι τολεοίων ταράξεων ή συγκεκρινούσι μία, οὐδέρη ή Γλαζέχει τολεόντα μέρη ηγετού ή Οδύσσεια, ή ηγετέαντα ἔχει μέρηδος. καὶ τοι ταῦτα τὰ ποιματα συνέσκεντας αὐτοῖς, οὐδὲ οὐ μάλιστα μικρὰ ταράξεων μέμνοιτο εἰσιν.

Adhuc minus una qualicunq; imitatio est eorum, qui condunt carmen epicum. Signum autem. ex qualicunq; enim imitatione plures tragœdiae nascentur. Quapropter si vnam quidem fabulam fecerint necesse est vel breuiter ostensam, videri in extremo imminutam: vel comitantem longitudinem metri, languidam. Si autem plures. dico autem. ceu si ex pluribus actionibus fuerit iuncta, non vna: quemadmodum Ilias habet multis huiuscemodi partes, & Odyssea, quæ & per se habent magnitudinem. Atqui hæc poemata constant, vt contingit, optimè, & quam maxime vniuers actionis imitatio sunt.

Postremum hoc argumentum est eorum, quæ ostendunt anteponendam esse tragicam imitationem epicæ, non tam autem ipsum monstrat egregium aliquod bonum tragice imitationis, atque in eo fundatum est, quæ malum vitiumque epicæ patefacit: quo cum careat altera, digna est eo etiam nomine, quæ illi anteponatur. quod autem desideratur in epica imitatione: minuitq; non nihil dignitatem ipsius est, quod cuni in primis laudetur imitatio, quæ vna est: nec plura facta complectitur, ipsa ægræ talis seruari potest, quia vt perueniatur ad eam magnitudinem, quæ iusta in illa videtur, plura eò inculcantur, quæ cum & ipsa corpus aliquod habeant, plurimum actionum instar sunt. Hoc igitur est, quod minus perfectam ipsam reddit: quodq; auctor intelligens, inde etiam ntitur probare illam in seriore esse tragœdiæ: sic enim inquit. Præterea minus vna imitatio epicorum poëtarum est, quæm fit

fit alia vlla imitatio cuiusvis generis poëtarum: nec tamen plures imitationes, id est plurium actioni uni, esse argumentum eius carminis dicit: hoc enim ferri non posset: sed minus vnam hoc sensu, id est, vt plus, quæ ceteræ omnes discedat ab hac perfectione: laus enim non parua cuiuslibet imitationis est, si maneat illa verè vna. quia tamen non omnino planum erat, esse illam huiuscemodi, aliquo pacto declarandum id putauit. confirmat igitur id signo huius rei indicato: & ab eo deniq; quod consequitur. Nota vero, quæ hoc aperit est, quod ex quacunq; epica imitatione plures nascuntur tragœdiae: nec vllum inuenitur poëma eius generis, quamvis ab solutum sit, & probatum ab omnibus, cui non vnu hoc veniat, ut inde argumenta plurium tragœdiarum elici possint. Quod sequitur autem valet ad declarandum viatio hoc, difficultateq; eius materia fieri, non culpa poëtarum, qui eam tractant: docet enim ipsos vndiq; premi: & quamcunq; rationem inierint, eam affinem alicui malo inueniri. Explicans igitur quantopere illi laborent, inquit. Quapropter si vnam fabulam, quam persequantur, sibi proposuerint: & quæ sequuntur: hæc enim partitio est, quæ rem declarat: qui enim carmen epicum condere volunt, aut vnam fabulam sumant necesse est, aut plures. Vna fabula duobus modis tractatur: in quorum utroque incommodi aliquid reperitur. quod si plures fabulas sumpserint, ea etiam ratione, qua docet, quid inde mali existat, apparet: sed singillatim varias has, contrariasq; rationes explicemus. inquit igitur. In una fabula condenda, si breui illa exponatur, videri iis qui audiunt ipsam semper minui: in angustumq; tandem definire: cum enim initio cogitassen, ut par erat, eam ad iustum magnitudinem peruenturam, vident ipsam semper decrescere, quia postremæ partes non respondent opinioni, quam de illa conceperant: & quanto magis appropinquat fini, tanto magis subtilis tenuisq; redditur: fallitq; spem ipsorum: & hoc est, quod significare uoluit, cum ait illam μύνερην φάνεται: neque enim, quamvis nomen id inde conformatum sit, ductumq; à similitudine caude murinæ, oportet in exprimenda notione eius vocis, muris meminisse: neque hoc nunc in mentem uenit Aristoteli, sed forma tantum illius, quæ extrellum uerus extenuatur. quod ipse usu uenire in fabula, ita tractata affirmat. id uero ingratum esse ac displicere magnopere iis, qui audiunt, necesse est, quod inquit. Si uitium hoc timens, nec grandem materiam concidens, poëta secutus fuerit longitudinem, quæ instar videtur eius carminis, ac debite mensuræ comitari voluerit, fieri non posse, quin in alterum vitium cadat: fabula enim ita languida fiet: prolixitateq; operis amittere vires paenè omnes suas: hoc enim hic valet ιδερη μῆδον: vocabulo nanque translato à vino, in quod nimium aquæ infusum fuerit, ut saporem vini ferè perdidet, alia etiam res ita vocantur, quæ tenues & imbecillæ sunt. vt in ij. libro πολιτικῶν amicitia quædam ab hoc auctore vocata est: & hic fabula, quam dicit. nam vinum quod significauit, à Græcis ιδερην οἶνον vocari, testimonio etiam ipsius intelligitur, qui in problematum segmento secundo ita ipsum appellauit, nec non etiam Plutarchi, cuius hæc verba sunt in v. libro συμποσιακῶν capite quarto. cum quæstionem illam Homericā de liberando à culpa Achille, agitaret. qui videbatur Patroclo præcepisse, vt meracius uinum ingereret legatis Agamemnonis, id quod ebrio homini magis, quam heroï conueniebat. οὐνοντες τι πρῶτον μὴ οὐχι τὸν Φοίνικα καὶ τὸν Οδυσσέα, πρεσβυτέρους ὄντας, εἴδετο οὐχ ιδερην χαρούτασ, ἀλλὰ τρέπτοντα. & quæ sequuntur. Cum uero supra quoq; capit is huius Plutarchi mentionem fecerim in declarando Empedoclis loco, qui laborat, quia confusus est: scriptorq; hic doctissimus ipsius quoque mentionem faciat, quia illuc vox ea est, quæ in uersu Homericō, cuius multis modis conatur sententiam comprobare, cur non verba ipsius hic ponantur: saltem, ut, quomodo legi debeant, ostendam: sunt enim in excusis libris mendosa. Σωτικῆς δὲ ποιητὶς τοῦ Εμπεδοκλέους ἐπιμηδέτης ἐρικός τος εὐθὺς οὐκέτον μεταβολὴ γίνεται ζωρότερη τὰ περιάντερα, μᾶλλον ἐφι τὸ δικρατηπό τοῦ αὐτοῦ δικρατηπού λέγεται. Quod si poëta, inquit Aristoteles, plures fabulas, declinatis superioribus malis, complexus fuerit, tunc fabula non vna erit: quod & ipsum reprehendi ac vitio dari notum est. Cum autem plures fabulas dixisset: certumq; sit fabulas uerè plures, id est ita distinctas ac separatas, vt in unam aliquam redigi non possint, nullo modo probari, declarat quomodo plures capiat: affirmatq; se intellige-

re, si illa ipsa fabula, quam scribendam sumpserunt, ex pluribus factis concreta fuerit: huiuscemodi enim etiam quæ recipiuntur, plerumq; existunt, ut ipse exemplis ostendit: in Iliade nanque & Odyssaea inquit inueniri partes non paucas huiuscemodi, id est quæ in star fabularum sint: & ut ipse tradit, quæ per se magnitudinem habeant: non tamē hoc culpa poëta factum est: nec inde nasci, quia poëmata illa vitiosā sint, testatur: hoc enim repugnaret iudicio, quod ipse non semel fecit de Homero: sed res aliter tractari non potest: nec alia via est ad iustam magnitudinem perueniendi: hoc enim est, quod inuitos bonos poëtas rapit in eum errorem. purgans verò Homericū, & in cœlum ferens, ut consuevit, ea poëmata, quamvis hac parte laborent, inquit. Quanquam hæc poëmata coagmentata sunt, ut res patitur, & quantum industria poëta fieri potest, optime: & vnius facti imitatio sunt, quām maximè factum vnum in longo carmine potest seruari. Laudat autem ipsa in ea præcipuè re, in qua tractanda in periculum venitur, ne reprehendantur, id est in coagmentatione rerū: hoc enim manifesto valet, quod inquit. *ωτηνος ιπια*: non quia, si id obtineri posset, non intelligat aliud melius esse: nam si ad iustam magnitudinem opus perduceretur, non valde longis episodiis eò insertis, magis probaret poëma hoc Aristoteles. Homerum igitur proxime accessisse ad hanc perfectionem affirmit. hæc videtur esse huius partis sententia. No tandem etiam hic arbitror significatum verbi δέκυνεται, vnde δεκυνεται ductum est: videtur enim valere exponi atque explicari, non monstrari: loquitur enim de epopœia, quæ refert res ac commemorat, non in scena agit, & ante oculos spectatorum ponit. Animaduertendum præterea, an cum Horatius inquit. Quodcumq; ostendis mihi sic, eodem sensu proulerit Latinum verbum, quod huic respondet, quo Græcum ab auctore usurpatum est: quamvis enī illuc differat de tragedia: dēq; rebus, quæ cum in scena fiant, vere ostenduntur id est oculis obiiciuntur, tamen addens sic, videtur indicare alteram etiam rationem huic contrariam, quæ scilicet refert res actas ac narrat, verbo hoc posse significari. Et sanè quin ostendere valeat etiam apud optimos scriptores significare, dubitandum non est. Fabula igitur, si verum hoc est, quæ paucis commemoratur, dicta ab eo esset *βερχεται δέκυνεται*: vel potius, ut in maiore parte calamo scriptorum inueni, *βερχεται*. Sunt etiam hoc in loco alias scripturæ varietates, quarum meminisse magis libert, ne nihil omittam, quod non testatum relinquam, inuentum à me in antiquis exemplaribus, quām quod eas veriores lectiones putem. Nam, quia antecedit hæc verba, vox *απεικονιζεται*, desideratur in pluribus libris, ut quæ etiā infra posita sunt. Eā dē plētō, sine quibus sententia imperfecta prorsus est. Præterea pro illo κατηται τὰ πειρηποτα: quod meo iudicio verum est, belleq; se habet, in quodam calamo exarato libro perperam legitur κατηται τὰ πειρηποτα.

Εἰ οὖν τὸ πειρηπόται πᾶσι, καὶ ἐπὶ τῷ τίκτεχνες δῆμῳ: δέ τοι οὐ τίκτεχνον οὐδὲν ποιεῖν αὐτῷ, ἀλλὰ τὸν εἰρημένον, φαντού ὅπι καρέταιον ἀντί τοῦ τέλους τυγχάνουσα τίκτεχνον αὐτό.

Si igitur & his præstat omnibus, & præterea artis opere: oportet enim non quamlibet voluptatem efficere ipsas, sed illam, quæ dicta est, manifestum, quod melior viq; effet magis adipiscens finem, quām epopœia.

Hæc est conclusio totius huius questionis, qua disputauit vtri duarum harum imitationum, epicæ ne an tragicæ, prima dandæ sint. ipse igitur, qui à multis diffensit, maiorem honorem tribuentibus epicæ imitationi, cum ipse contra meliorem iudicaret tragicam, collectis multis argumentis, quæ hoc probarent, ad extremum planum factum esse dicere ac primum locum tenere illam, quam defendisset. Nam quod inquit. Si his omnibus præstat, intelligit bona, quæ indicavit, quæ plura maioraq; in se habere tragediam declarauit: quod enim affinis ipsa non est non nullis malis, à quibus vacua non potest esse epopœia, hoc numerum bonorum auget. Quod verò inquit. Et præterea artis opere, nouum quiddam est, nec ab ipso supra explicatum;

catum: valet tamen & ipsum multum ad idem declarandum, quo scilicet vtitur ut piano certoq; vt eo etiam superet tragedia epopœiam, quemadmodum superare illis, quæ accuratè exposuit, demonstratum futerat. Quod sequitur autem. Oportet enim non quamlibet voluptatem efficere ipsas, sed illam, quæ dicta est, hoc meo iudicio potest: docetq; quamvis ex epico carmine plures voluptates capiantur, quæ tamen non propriae sint eius operis: nec verus finis ac voluptas, quæ inde expectatur, nihil tamen hoc valere ad gratiam, honoremq; illi studio acquirendum: non enim verè postulari ab ipsis potest, ut quamlibet voluptatem gignant, sed eam tantum, quæ propria illius artis est: cuiq; gignendæ inuentæ sunt. Quod si epopœia quicquam huiuscemodi parit, creatq; voluptates alienas, eo nomine non est anteponenda tragedia, quæ sua magis propriæ voluptate ntitur. Perspicitur autem ex iis, quæ sequuntur, opus artis vocare Aristotelem voluptatem, quam vt pariat res illa, laborat: vt enim ceterarum artium opera quædam, finesq; existunt, ita etiam huius: vt purget scilicet animum motibus illis turbidis, quos sepe significauit. His igitur positis, inquit perspicuum esse, quod illa melior præstantiorq; est, tragedia inquā, epopœia: non semper tamen, sed cum siue ipsum adipiscitur: hoc enim rursus expectandum est: nam si inde ipsa pelleretur, non primum locum dignitatis obtinet: possunt namque interuenire incommoda quædam, quæ ipsam hoc bono spolient. Animaduertendum igitur, an hoc ipsum valeat, quod ostendit, illud auctoris τὸν τίκτεχνον τυγχάνουσα, prolatumq; & ipsum si sub conditione hæc: siue contra tradat ipsi omnino hoc contingere, ut sinem consequatur, quod alteri non istidem: ita enim interpres acceperunt: præterim cum de tragedia hac, illa ue non loquatur, cui incommodi aliquid potest evenire, sed de tragedia ipsa generatim: libera namque illa hoc malo periculoq; videtur. Animaduertendum præterea, quod ad rationem sermonis facit, adiungere ipsum voci *τραγῳδια*; quæ collationem per se significat, aliquiusq; rei maiorem potestem, particulam *τραγῳδια*, & ipsam hoc significantem: verbisq; quibus applicata fuerit, hoc idem afferentem: videbatur enim vox illa carere posse sine damno aliquo ea particula: & tamen alibi idem hoc fecit Aristoteles, ut ab antiquis ipsis interribus declaratum est: sed vestigia etiam huius locutionis apud Demosthenem inueniuntur.

Πρὸ μὲν οὖν τραγῳδίας οὐκέ τι ποτε τοιούτη, καὶ αὐτῶν οὐ πάνεδῶν οὐκέ τοιούτων αὐτῶν, οὐκέ τοιούτων, οὐκέ τοιούτων διαφέρει, οὐ πάσῃ, οὐ μὴ, πάντοις αἴτιοι, οὐκέ τοιούτων επιζητούσιν, οὐκέ τοιούτων, εἴσι μωτοις αὐτῶν.

De tragedia quidem igitur & epopœia & ipsis & formis, & partibus ipsarum, & quot & quid differunt, & eius quod est bene, & non, quæ causa, & de increpationibus & solutiōnib; tot dicta esto.

Hic finis esse intelligitur primi libri: repetit enim breui cuncta, quæ vniuerso in libro pertractauit: non, ut crebro fecit, et tantum, quæ proxima superiore parte persequutus fuerat. Respondebat autem hæc pars, quæ similitudinem epilogi habet, proœmio totius operis, & ipso ita vocato, sumpto ab oratoribus nomine. inquit igitur de tragedia & epopœia se existimare fatis dictum. Ita: in extremo enim positum est, unde omnia hæc apta sunt, ac sustinentur. tragediam autem primum appellat, eundem ordinem conferuans, quem in explicandis illis sequutus fuerat: ut qui enim in animo suo iam statutum habebat poëma hæc præstantius esse, quām epopœiam, contraria iudicia multorum, primum locum et affligauerat, de ambabus igitur testatur à se auctum esse. Modum uero, quem remitterit in illis explicandis, aperit & inquit. Et de ipsis & formis, & partibus ipsarum. de ipsis uero dicens, intelligit de ui ipsarum harum poëseon generatim atque in vniuersum, ut initio etiam libri locutus fuerat: pollicitus enim est illic se de poëtica & hoc ipso pacto, id est in uniuersum, & de formis ipsis aucturum esse, quod præstitit. Eadem igitur ratione hic testatur se de ambo bus his generibus poëmatum & in uniuersum, & postea singillatim egisse: hoc enim ualere

valere puto, quod inquit. Et de formis & partibus ipsarum; nám formas, id est *ad hanc arbitror ipsum vocasse partes, quae speciem qualitatemque poëmatum eorum declarant ut contra *μέρη* partes quae corpus constituant: magnitudinēq; id reddunt; neque enim arbitrör significari nunc à poëta nomine *τέλον*; genera illa poëmatum quorū alterum exempli causa simplex est: alterū vero implicatum, sive moratum, sive patheticum, ut Madius accepit, qui superiorem locum subtiliter interpretatus est: priusq; videt, quid *επίθημα* valeret, quod ante hanc ipsam partem positum est; nam idem recte fecit, qui voce illa *μέρη* contineri putauit ambas illas; magnopere diueritas inter se, partes, postquam verbum illud, quo ipse puto significari partes quales, alio retulit: verisimile enim est auctorem virtusque partium generis meminisse, si alterum attigit, ego verò arbitrör partitionem illam reliquā ab eo fuisse in breui hac peroratione: neque enim omnia paucis complecti potuit: nec debuit etiam, nisi quae maioris ponderis essent, appellare. Tradit etiam accuratissimus magister, numerum illarum partium à se monstratum esse: nec non quod discriminē inter ipsas versetur: eas, inquam, quae quale sit poëma ipsum ostendunt, & quae tanquam corporis illius membra sunt. Praterea repetit à se monstratum est: se, vnde nascatur, ut poëma recte habeat: & quae causæ huius rei sint: vt etiam quare poëma iure laudari non possit: virtusq; aliqui affine sit: hoc enim valet, quod inquit *μέρη*: intelligique manifestò debet *μέρη*: nam de veritate lectionis non arbitrör ambigi oportere, cum hæc certa, mirificeque hic accommodata sit: Addit autem, se etiam egisse, quantum satis esse putat, de rationibus, quibus ledere poëtas, & scripta ipsorum vellicare, quidam confuerant: nec non docuisse quoque, quomodo quae obiiciuntur ipsis, dissolui ac refelli possint. De his igitur omnibus testatur: se egisse: cunctaque illa redigere in memoriam voluit illis, qui hunc librum legerunt. Nam quod in extremo libri fecit non repetit, non quia ob propinquitatem hærere adhuc questionem illam putaret in animo eorum, sed (nisi fallor) quia id extra artem, quam tradit, fuit: neque debuit, in *εἰδήσιμον* eorum, quae commemorat, propria huius artificij, & quae instruunt poëtam, id, quod non est intimum ipsius, repetiti atque iterari.*



RERVM ET VERBORVM IN HOC OPERE MAGIS INSIGNIVM INDEX.

VOCABULARIUS

A



- BSVRDVM in Sophocles Oedipo quod 150
absurdū an introduxerit Sophocles i Electra 261.262
accētu aliquādo variari notationē vocis alicuius 283
Accius. in Prolegomenis Accius poeta Iliadem docuit 149
Achilles quemnam terminum posuit cursus equorum 283
Achillis clipeus quo laminarum ordine consecutus fuit 287.288
Achillis fortitudo quomodo ab Homero expressa 23
Achillis mores quales 152
Achilleidis Statij tractatio cur improbata 89
actio fundamentum ac solum tragœdiæ 65
actio vna quæ dicatur 87.88
actionem vñā tantū cōplete debet fabula 90.91
actiones simplices & plexæ quæ 103.104
actiones, significatio morum 144
actionum causæ quæ 59
actionum imitationes fabulæ 103
admirabile, iucundum 101.256.257
admirationē excitare debet epici & tragici 256
Aegeus repente in medias turbas aduolans, quo loco dicitur ab Euripide 294
Aegithi mors aliter a Sophocle quam Euripide narratur 181
Aemon Creontē patrem interficere voluit 139
Aeneas qualis fuerit agnitus 160
enigma 228.229.230
enigmatis & allegoriae differentia 230
Aeschines vocatus simia à Demosthene 298
Aeschylus philosophus & poeta tragicus. in Prolegomenis
Aeschylus cur aliquando improbatur 133.240.
histrionum numerū auxit in tragœdiis 42.
multum sibi permisit in nominum compositione 207. nominū fabricator dictus 222
Aeschylus tribus tragœdiis Prometheus vario cognomento tractauit 178
Aeschylus locus emendatus 186
Aeschylus maximi honores habiti ab Hierone Siculo 186
Afranius Prolegomenis
Agamemnonia domus tres tragœdias scriptit Aeschylus 186
Agathon poeta tragicus 152. Platonis delicia, Aristotelisq; familiaris ibid. Myros fabulam docuit 262. primus emblemata in tragediam comporauit 188.190
Agathonis erratum 186.190
Agathonis tragœdia vocata flos 96.97
Agathyrforū uestus nos in canēdis legibus 277
agendi tempus in foro quo horis circumserit
- ptum 35
Agenor Achillis tibiam iaculo percussit 286
agere quinam dicantur in fabula 35
agnitio 106.107. pulcherrima quæ ibid.
agnitio ad actionem pertinet 102
agnitio in omnibus epici carminis partibus adest 248
agnitio multum lucis & iucunditatis assert poematibus 303
agnitio optima quæ 163
agnitio per syllogismum facta 160.161
agnitio dramatica ceteris euidentia illustrior 303
agnitionis species 154
agnitionis exempla in Euripidis Helena & Electra 107
agnitionis secundum genus 158. tertium genus 159. Quartum 160
agnitiones aliquando in fabulis sine peripeis inueniuntur 249
agnitiones in fabula sunt 69
agnitiones geminæ apud Euripidem in Iphigenia in Tauris 164
Aiakis morte deplorat Tecmessa & Teucer 117
Aiakis persona apta patheticæ tragœdiæ 177
Alcidamas nimius fuit i epithetis usurpatis 55
Alcmæon interfecit Eriphylen matrem 135
Alexandrum instituens Aristoteles, Homerum in primis proponit Prol.
Alexandri Aphrodisiensis nomine falsò circunferitur cōmētarij in Elechos sophisticos 284
Alexander Paccius Patricius Florentinus Proleg. Aristotelis poetice in Latinum sermonem conuertit ibid. Pacci conuersio laudatur 110.142. consideratur 175. 244. 252. Paccius fallitur 31.44.55. 82. 137. 215. 258. 287
allegoria, ad crimina refellenda plurimum ualeat 295
allegoria, nomen parum uetus 295
per Allegoriā multa defendi possunt apud Homerum 295
allegoriarum Homericarū liber falso Heraclidi Pontico ascribitur 281
Amphiarae auguri, maximi honores habiti post mortem 166
Amphiarian facellum ibid.
amplificationis vis 192
Anacreontis Teij poesis qualis Prol.
anapæstus & trocheus pedes mobiles 115
Andria Terentij cur duplex fabula 129
Andromachæ mores quales 75
Andromachæ theriacæ landes scripsit 14
animi mores & sensus quis primus pingendo exprefserit 66
animorū motus turbidos purgat tragœdia 56
Antilochus & Antiphon aduersari sunt Socrati Prol.
Antiphonis comicī uestus 169
Antiphonis testimonii de comicis poetis 96
anti nympharum expositio Homericæ 264

I N D E X.

- apparatus tragedie quid 78
apti ad persuadendum qui 167
Archelao Macedoni carus fuit Euripides Prol. 168
Ariphrades stulte tragicos reprehendit 237
Aristides Thebanus pictor 66
Aristophanes norma Attici sermonis 41
Aristophanes, quam similitudinem habeat ad Sophoclem 26. 27
Aristoteles tres libros reliquit de Poetica Prol.
Aristoteles nonnunquam duriore uerborum constructione usus 61
Aristoteles poetice ornare studuit Prol.
Aristotelis libri Homeri carū quæstionū Prol.
Aristoteles scripti libri de poëtis 153
armorum iudicium, tragœdia Pacuvij 246
ars poetarum, imitatio quædam est 91
articulus 201
asper homo ac durus 152
assumpta vel aduenticia signa quæ 154. 155
Astydamantis poeta Alcmaeon 135. 138
Athanasij oratio de passione Domini. 112
Athenæi locus consideratur 49. 50
Athenæ musæum Gracæ Prol.
Athenæ omni studiorū generè floruerunt Prol.
Atheniensis cur comediam sibi uenidicabat 28
Atheniensis magnos sumptus in scena ornanda sustinuerunt Prol.
Atheniensium ac reliquorum Græcorum vetera studia qñ remissius tractari cœpta Prol.
auditus solus sensuum mores referit 144
- B**
- Barbarismus 228. 229
Bartholomæus Barbadorus 161
Benedictus Lampridius 231
Budæ diligentia & eruditio comedatur 42. 183
- C**
- Accilius Prol.
C. Cæsar quo loco interfactus fuit 102
Callimachus ceruæ tribuit cornua 274
Callippides cur à Myrino reprobatus 298
canes excubitores acerrimi 279
cantus, musicæq; artis lepores magnam uim habent ad animos moderandos Prol.
cantorum greges publicis sumptibus instruebantur in fabulis 189
Carcinus tragicus cur explosus. 165
Carcinus poeta Thyesten fabulam scriptit 155
carmen heroicum & hexametrum cōuenit epo pœcia 251. 252. fabile ibid.
carminis cōdēdi studiū in omni ætate fuit Prol.
carmine tractata argumēta grauiora a græcis Pr. casus 204
castigatori locus, uide, Emendatori lectio
Catullus quo tempore uixerit Prol.
Catulli locus 297
Cephalenū opinio de Ulyssis uxore 290
ceruæ cornua non habet 273
Centauri 17
Centaurus tragœdia Chæremonis 253
Chæremon 16. 17. cur centauri inscripsit opus suum ibid. cur reprehensus 253
Choephore Aeschylus fabula 160. integratam nunc a Victorio restituta 161
Choephororum Aeschylus argumentum 182
Choniades comicus 27
chorus an solitus manere in scena 116. antiquitus tota ferè fabula peragebat 41. 43. minus histrioniū subit 188. pars cotitionis 189

didascalia

I N D E X.

- didascalias scripta Aristoteles 153
Dinò 178
Dionysius pictor 19. 21
dissolutio nodi ac fabula multum diligētia requirit 185
dissolutio tragœdia quæ 174. 175
discere iucundum ferè omnibus 32
Dithyrambus cur uocatus Liber pater 4. 5
dithyrambici poetae Prol.
dithyrambici heroicō carmine usi 41
dithyrambi audaces cur Horatio dicti 18. 19
dithyrambicorum poetarum imitatio 24
dithyrambis maxime congruunt nomina seu vocabula duplia iunctaq; 240
diuinatione non utitur Victorius in antiquoru scriptis declarandis 162
docere fabulam 39
Dolon magnus cursor 279
Dorientes cur fibi tragœdia & comediam uenident 27. 28
drama quid 150 dramata 172
dramaticæ uocatae poetarum imitationes 21
duplex nominis species quæ 207
durus & asper homo quis dicatur 152
- E**
- Eriphyle ab Alcmaone filio necata 135. 136
Eteoclis mores qui 75
Euclides priscus cur reprehēderit Homerū 232
evidentia & perspicuitas quam uim habent in agnitione & operibus 303
Euripides vixit apud Archelaum Macedonem aliquandiu Prol.
Euripides an iuste reprehēsus ab aliquibus 126. 127. in quo peccauit ibid. cōmode usus machina Hippolyto 150. cur tragicotatos Aristoteli 127. 128. 139. in quibus a Polyide dissentit 161. 170. in disponēdis fabulis saepe errauit 187. in Polycenæ morte euaria 136. sumēdo personam Hippolyti, an decorem tragedia seruarit 120.
Euripidis chorii, nullam in partem fabulam addiuvant 189
Euripidis Electra & Helenæ agnitiones 107
Euripidis Orestes cur notatus a nonnullis 146
Euripidis locus 215
Euripidis & Sophoclis in effingendis personis diffimilis ratio 275
Euryplus fabula 246
exemplar quale proponendum 292
exodus 113. 114
exploita locutio, quibus partibus queñiat 264
- F**
- Fabula, partium poetices præstantissima 2
fabula in tragœdiis quæ 60
fabula corpus comedie 51
fabula p̄st̄atissima & maxima pars tragœdie 63.
65. principiū ac animus tragœdie 70. simpliciter aut duplex quæ 129
fabula una q̄ uerè uocet 87. 88. 245. quot modis tractatur 305. unius facti esse debet 90. 91
fabulae constitutio qualis esse debet 131
fabulae exitus naſci debet ex ipsa fabula 148
fabulae bene constituta, quænam 81
fabulae plures qua Aristoteli 306
fabulae pulchriores quæ 100. 101
fabulae imitationes actionum 103
fabulae dramaticæ 242
fabularū appellatio quid aliquā Aristoteli 136
fabularum ortus 50. 51. partitio 103
fabularum simpliciū, episodice pessimæ 99
in Fabularum bona constitutione & coagmentatione quid obseruandum 164
facies 280. facies ridicula 48
factum nomen quod 222
factis plus q̄ morib⁹ tribuēdū in tragœdia 65
familic paucæ materiæ dederūt tragœ. & cur 142
- D d ij ferire

I N D E X.

- ferire frontem & femur quinā confuerent 113
 fidicinum ac tibicinum ars, an poēta 3.4
 figura & schemata cur uocata 193
 finis 80
 finis in poetica semper attendendus 270.271
 finis poematis quis Aristotelī 57
 finis primi libri quo loco 307
 fletus indicatus in Andromacha Euripidis 117
 forma 308
 fortunarum ingens mutatio, quibus conuenit personis 118.119
 Francisci Medicis, Raphaeles F.laus 24
 Fran. Petrarcae praftantia 26
 Franciscus Robortellus primus commentarios in Aristotelis poetice scriptis Prol. & 155. 280.289. Robortellus fallitur 186. Robortelli correctio consideratur 167.257.259.270
 fructus ex poetarum lectione quis ProL furiosi, uel ingeniosi hominis poētica est 166
G
 Albæ oratoris studium quale 157
 Galatea a Cyclope adamata 24
 Galenes Andromachi 14
 Ganymedes qua ratione dicitur uinū ministrare loui 287
 Georgius Trissinus fallitur 56
 Georgius Valla Aristotelis poeticon in Latinū sermonem vertit Prol.
 gemmari uites 216
 genus poētis 3
 Glauconis finia de temere iudicantibus 288.289
 Græci ingenij dote p̄fitterūt alii nationib⁹ pro.
 Græci sermonis cogitatio ad disciplinarum grauiorum tractationem ualde utilis Prol.
 grandis locutio 227
 Gulielmi Morelii diligentia in editione libelli de poetica 21.31.67.91.163
 Gul. Morelii castig. consideratur 270
H
 H̄bræ antiquitus poētica delectati Prol.
 Harmonia 8.18.34
 Hectoris insectatio 255. 256. 272
 Hecuba quo astu deceperit Polymictorem 188
 Hecuba euripidis, duplex an simplex fabula 124
 Hecuba fortunarum ingens mutatio 67
 Hegemon Thafius 22.23
 Hegeſippus poēta 4.9
 Heraclidi Pontico falso adscriptus liber Homericarum allegoriarum 281.295
 Hermocai coxanthus 207
 heroicū argumētū q̄f gen⁹ carminis requirit 12
 heroicis carminibus lingue sunt apte 24.0
 hexametrū carmēheroico cōuenit argumēto 12
 Hieron Siculus maximos honores habuit Aeschylō Prol.
 Hieronymus Meus 161
 Hippias Thafius quomodo Homerum à criminatione liberarit 283
 Hippolytus temperantię exemplum 144
 Hippolyti persona an apta tragœdiis 120
 Hippolyti sentētia an periuorio affinis 278
 historia circa singularia, poēsis circa uniuersalia occupata 93.94
 historicæ narrationes à poetis differunt 92
 histrio primarum partium quis 43
 histriones certare, & uincere dicuntur 85
 histrionū multitudo a quo excogitata 48.50
 histrionū numerus auctus primum ab Aeschylō
- lo 42. poste a Sophocle ibid. & 44
 histrionū recētiorū nimia diligētia īphata 298
 histrionibus dum nimis fauent poēta, parum s̄pē consulunt fama 99
 Homerus poetica artis callentissimus 89. cal lidū genus decipiendi imperitos, excogitauit 258. meliores poētas sumptū imitandas 23. princeps epici earminis 25. uicit omnes locutionis & sententiarū bonitate 249. repre hēsus à Protagora 193. sermones de diis immortalibus nō satis decēter tractasse dī 275
 Homerilius 243.244.248.254
 Homerū p̄stas ingeniuū ac diuinū Prol. & 37
 Homerū cur è sua rep. educendū putauerit Pla to Prol. curreprehēderit Euclides 232
 Homerum proposuit Alexandro perdiscēdum Aristotelcs Prol.
 Homericō uetustius poēma non extat 36
 Homericarum quæſtionum libros scriptis Ari stoteles Prol.
 hominis definitio 205
 Horatij locus 306 hymni 35
 hypocritica diu caruit comœdia 50
I
 Ambi cui argumento conueniant 36
 iambicum metrum tragœdiæ aptum 45.46
 iambicum carmen, mobile & rebus agendis aptum 251
 iambico uersu eodem usi sunt Aeschylus & Euripides 235
 iambicis senariis cōueniūt translationes 240
 Icadius 290. Icarius ibid.
 Ilias Homeri, imago magnanimi uiri ac fortis mi regis Prol. bellicæ uirtutis uaticum habita ab Alexandro Prol. simplex & patheticum poēma 248
 Iliadem docuit Accius poēta 149
 ex Iliade parua multæ natæ tragœdiæ 245
 Illyricorū uetus institūtū i collocādis lāceis 277
 imaginēs exquisitē expreſſe cur voluptatē ſpe-
 ßtantibus adferant 52.33
 imitari inſitū hominib⁹ a prima ætate 29.30.33
 imitatio 59
 imitatio genus poētis 3.4. latitiā ad fert 31.
 32. quæ melior 296. q̄ vna eft, laudāda 304
 imitatio tragicæ quæ 100.101
 imitatio utra melior epica an tragicæ 296
 imitationis diuerſitas & species 5.6.18
 imitationes 19. earundem uaria ratio 20
 imitationes poētarum appellata dramaticæ 21
 immunitum & subtractum nomen quod 223
 immutatum ac uariatum nomen 224
 implicita tragœdia quæ 176.177
 improbitatis morum exemplum 145.146
 increpationes ex quot formis ducantur 294
 ingenij hominum duo indicia 143
 ingeniorū uarietas, diuersa poētices genera pe-
 rit 35.36
 ingeniosi uel furiosi hominis, poēta 166
 Iocasta Oedipum agnouit 110
 ioci comœdia apta 47
 Ion quō a Creusa mātre cognitus 141
 Iphigenia Orestem fratrem imolatura cognouit ac liberauit 140
 Iphigenia argumentum 168.169
 Iphigenia i Aulide mores inæquabiles 145.147
 Iphigenia in Tauris tragœdia coagmentatio probatur 140.141.144
Iphigenia

I N D E X.

- Iphigenia in Tauris argumentum 182. huius differentia ab eiusdem Electra ibid.
 Iphigenia & Orestis agnitiones aliter tractantur a Polyide quam Euripide 161.170
 Iphigenia quo indicio cognouit Orestes 110.111
 ithyphalli 41
 iucūdiorū q̄ minore ſpacio téporis 2prehēſa 303
 iuſtitia cur magis expetenda fortitudine 239
 Ixion 177
 Ixionem tragœdiām ſcriperunt Aeschylus & Euripides 177
L
L Actæ ſegetes 216
 Laiū patrē īprudē interficit Oedip⁹ 135.137
 lanceam in corpore qui geregabant 154.155
 lancea quō collo catæ in Diomedis copiis 277
 Latinis poētis non tanta concessa licentia quan ta Græcis 233
 lectio uaria, uide emendatione lectio.
 Liber pater cur Dithyrambus dictus 4.5
 Lingua in nomine quid uocet Aristoteles 208
 lingua cōueniūt heroicis carminibus 240
 locutio 76
 locutio ualde ſplendida occulit ſentētias & mo-
 res 264.265
 locutionis conſuetudo nō nunquam liberat poe-
 tas à calumnia 286
 locutionis, orationisq; differentia 195
 locutionis figuræ & partes 193.195
 locutionis pathe 256.287. uirtus 227
 Longini rhetoris locus 149
 Longini rhetoris ſententia de allegoriis Home-
 rīcīs 295
 longitudē mediocris requiritur in fabula bene
 constituta 82
 longitudē tragœdiæ quæ 85.86
 Luciferi ſtellæ descriptio ab Homero 264
 Lucretius Prol.
 Lucretius an poēta censendus 16
 Luxuriare herbas 216
 Lynceus tragœdia Theodeftis 174
 Lyncei fabula 106
 Lycurgi regis ſtultum factum Prol.
 Lyrica poētis 3
 Lysias Attici ſermonis norma 273
M
 Macedonum armis perturbata Græcorum inſtituta ſtudia; Prol.
 machina quando utendum in ſcena 148.150
 machina vſus ē reſte Sophocles initio Aiacis 150
 machina auxilio q̄ dicantur tractari 148.149
 Madius, uide Vincentius Madius.
 Magneſ comicus 27
 mandatio, quid 194
 Margites Homeri 36.37. eiusdem argumen-
 tum quale 38
 Martis poculum metaphorice pro clipeo 211
 materia comœdia conueniens quæ 47
 Medea filios necauit 135.137
 Medea Euripidis consideratur 149
 medicamenta 72
 medium 80
 Megarenses comœdiām ſibi vendicant 27.28
 Melatiij reſpōsum de Diogenis tragœdia Prol. & 19
 melopoeia 77. iucūdiorē tragœdiā reddit ibi.
 Menalippes diſputatio quænam fuerit 146
 nomorum poētis 17.19
 nouare uerba Ciceroni quid 222

Dd iii nouæ

- fuit
 Menandri fabulae commendatae ProL
 Menelaus insigni morum improbitate ſingitur ab Euripide 145.146.293.294
 Merope errore ducta filium penē interficit 140
 metaphorā 202. huius ſpecies quot. ibi. & 210.
 216. & deinceps
 metaphoris referta eſt conſuetudo 218
 metaphorū eſſe cur arduum 239
 metaphorarū nomine quid intelligat Aristote-
 les 219

- methodus quid Aristotelī 2.3
 metrū 8.18.34.38. orationi ſuauitatem afferit 57
 metrū heroicū maxime ſlabile, & tumidū 251.
 iam bicū & tetrametrū mobilia ſunt ibid.
 metra rhythmorum partes 34
 metrica oratio qua Aristotelī 8
 metus & misericordia finis tragœdiæ, & quo-
 modo efficiantur 131

- miserabilita & terribilita quomodo fiant 101
 misericordia circa quos uerſatur 121.122
 misericordiam aut metū excitantia quæ 133.134
 Mnafitheus Opuntius 300
 monimenta 156

- morata orationis exempla 75
 morata poēta quomodo fingenda à poeta 143.
 huiusce exempla 144

- mores cōgruentes qui 145. aquabiles qui ibi.
 quot modis considerandi in fabula 143

- mores tragœdia pars 63.64.74. in tragœdia ſecundum ſibi locum uendicant 70. a tra-
 goedia abesse poſlunt 65

- morum mutatio unde potissimum 20

- morum inæqualium exemplum 145.147

- in Moribus quid obſeruandum 147

- motus corporis non ſunt oēs damnandi 300

- mulieres natura uiris deteriores 144

- muſica nuda 11

- muſica quibus poēmatibus exornandis præci-
 pue inuenta ProL

- muſicæ uis magna ad oblectandos ſpectato-
 res 302

- mutatio fortunarum in tragœdia qua-
 rum debet eſſe perſonarum 118.119

- muta litera quæ 196

- mutarum & ſemiuocalium differentia 196

- Mynifcus qua in re Callippidē improbabat 298

- Myſi fabula Sophoclis & Agathonis 262

- Mytis ſtatua 101.102

- N

- Neceſſarium aut uerisimile in tragœdia 86.
 quærendum in moribus 147

- Neoptolemi caſum acerbum ſlet Peleus 117

- nexus & colligatio tragœdiæ 174.175

- Nicocharis poēta 22.23

- Niobe tragœdia 185.186

- Nipira fabula Sophoclis 260

- Nipira tragœdiæ nomen 157

- nomen 201

- nomen proprium quod 208

- nomeſ ſubcontrarietatem ſignificare dum vide-
 tur quomodo tractandum 287

- nominiſ ſpecies 207

- nomiñum compoſitio 229. differentiae quo-
 208. diuifio ſecundum generum mutatio-
 nem 225

- nomorum poētis 17.19

- nouare uerba Ciceroni quid 222

I N D E X.

- noua comedie interierunt apud Grecos & cur
. Prol.
nudus se i m o quis Aristoteli 11. 12
numeri apti rebus eligendi in uersu 115
numerum quid uocet Aristot. hoc libro 7. 8
- O**Economia fabula uel epistolæ 127
Oedipi fletus valde patheticus 67
Oedipi lapsus qualis fuerit 123
Oedipi parentes qui 105
Oedipi Sophoclei dissolutio ubi nam initium
sumit 175. 176
Oedipus tyranus, & Colonens Sophoclis tra-
gœdiae 105
Oedipi tyrañi Sophoclei artificioſa ſtitutio 131
Odyssea uia appellata 89. humana uitæ ſpecu
lū. Prol. implicitū poema & morale 248
Odyssea Homericæ constitutio 129
Odyssea longum argumentum 173
Odysseam magna tractauit arte Homeræ 89
opiniones anticipatae ac prius inhibita impe-
diunt uerum iudicium 289
opus artis quid Aristoteli 307
oratio 205. ex quibus alat 1b. & 206
oratio poetrica uci metrica quæ 8
oratio una duobus modis 206. 207
oratio artem aliquam tradentium diuersa eft a
genere dicendi oratorum Prol.
oratio nuda 11. 12
orationis locutionisq; differentia 195
ordo in tradendis preceptis Aristoteli quis 3
Orestes, calliditate Iphigenia seruatus 171. fu-
rri uexatus 172. quo pacto agnitus a pacto
re fene 157
Orestis disputatio contra Tyndarum 147
Orestis infania, & quō captus fuerit, exponitur a
bulbulco Iphigenia 171
Orestem quomodo cognovit Iphigenia 161
Ouidij locus 149
- P**Accius, uide Alexander Paccius.
Pacuvius Prol.
palla quid Horatio 144
Parmenidis opera uerſibus deſcripta Prol.
parodias ſcripit Hegemon Thaſius 22. 23
parodus & parodia 113. 115. 116
partes quantæ & quales diſta quæ 2
partes legnes in poesi & ignauæ quæ 264. 265
partiū coagmētatio i fabula qualis eſſe debet 91
paſſio tertium aguitionis genus 111
patheticæ fabulae 134
patheticæ tragœdia 176. 177. 265
Pauson pictor 19. 21
peccare quando conceditur poetis 273
peccatum ab arte poetarū quod: & per accidens
quod 268. 269
peccata in poeta, quæ defendi nō poſſunt, q 293
Peleus 178
Peleus deflens acerbū casum Neoptolemi 117
Pelias haſſit clipeo Achillis 287
Peloponnesij tragœdiā ſuū inueniū uolunt 28
Penelopes pater quæ 290
Pephydō 178
percussio uocis Aristoteli quæ 197
peripetia 103. 104
peripetia in Oedipi fortunis unde nata 105
peripetia in epopeia 247
peripetia in fabula continentur 169
- permulgere animos ad fabulam pertinet 69
Perſas celebrauit carmine Timotheus 24
perſone parū decēs & in cōueniēs exéplū 145. 146
perſona quæ ſunt ſumenda in tragicæ conſtru-
tione 118. 119. 123. 125. patheticæ tragœdiae
apta q 177. tragicæ & comicæ quales 24
perfonis nomina imponenda 169
perſpicuita eximium bonū in tragœdiis 303
perſuasionem adiuuant animi motus 167
perturbationū purgatio quibus locis traſtata
ab Aristotele 56
pes æquiuoca uox 217
Petrarcha Florentinus Prol.
Petrarchæ triūphi à quibusdam ad obſcenas
ſententias traducti 23
Petri Alcyonij ratio in coiuertendo in Latinū
ſermonem Aristotele Prol.
Petri Viſtorij in hiſce commentariis conſcri-
bendis ſcopus quis Prol.
Pet. Victorius in hoc libro uertendo quid ſpe-
ſtarit Prol.
Phædra amor occultus q[uo]d patet aſtus 150
phallica, & phalli 41
Philippus Macedo de Olynthi euertione meri-
to uituperatus Prol.
Philōctetes Aeschylī 234
philosophus a, um, adiectiue 93
Philoxenus dithyrambicuſ 24
Philumena anuli indicio cognita 109
Phineum fabulam ſcripit Sophocles 161
Phorcides fabula Aeschylī 178
Phorcidis filia quæ ibid.
Phormis fabulæ fecit 50. 51
Phrynicus poeta mēlicus 43
Phthiotides 178
pictores boni imitandi a poëti 151
pigmenta 72
Pindarus ceruæ tribuit cornua 274
Plato au amicus poëtarum fuerit Prol.
Plautus Prol.
Plautinae Cifellariae & Militis prologus qua-
parte fabulæ narratur 114
plexa, non ſimplex tragediarum cōpositio lau-
danda 118. 119
plexa fabulæ quæ 103
Plutarchi locus 306
poëſis philoſophiæ magis particeps q[uo]d historia
93. uniuersalia narrat ibid. & 94
poëſis qualis eſſe debeat 2. eiufdem diuifio 12
poëſeos genus quod 3. ſimilitudo cū pictura 21
poëſin picturam eſſe quo exemplo probarit plu-
tarhus 303
poeta quis uerè uocandus 12. 13
poeta diligenter uocari gestus corporis quoad
fieri potest exprimat 166. fabularū magis q[uo]d
uerſuū effector erit 98. nō debet motu cor-
poris oia imitari 297. pictori ſparat 266.
poeta rem pteritam narrare potest 58
poeta, cū ſibi ipſi aduersari uif, q[uo]d dffendēd 292
poeta opus quod 92
poeta omni etate honorati Prol.
poetarum dignitas quō defendit 266. 268. 270
poetarum ueterum ſcopus quis Prol.
poetiſ obſeruanda quæ 152
poetiſ, ſi neritas non ualde cura eſt, mirari cur
non debeamus 277
poetas nō recipiendoſ in ciuitatem cur putariſ
Plato 56
poetica

I N D E X.

- poetica, quorum nām hominum 166. 167
de Poetica tres libros ſcripſit Aristoteles prol.
poetica oratio qualis 8
poetice & civilis facultatis non eadē uirtus 268
poeticarū narrationū, & historicarū dīa 92. 93
poeticæ diuersitas unde 35
poeticæ origo 29. 30. 31. 34. ſpecies uarieq; ac di-
ſcrepantes 5
Poeticæ ſtudia, otij ac pacis ſocia ſunt Prol.
Polybij locus 69. 194
Polygnotus 19. 21. cur uocatus ethicus 66
polygnoti pichtura qualis 65
polymentor quomodo deceptus 188
polyxenæ mors uarie ab Euripide proponit 136
polyides ſophista 160. aliter de Oreste atque
Euripides proponit 161. 170
Porphyrius Tyrius 216
Porphyrii Tyrii cōmentariolus de nympharū
antro 264
porrectū & auſtū nomen quod 223
portus topographia apud Homerum 264
præcentor 297
Prænestē oppidum a quo conditum 138
prauia uehemēterq; improbi hominis persona,
cur non apta tragœdiis 121
primariū partiū hiftrio quis dicebatur 43
principiū 80
probabile impossibile ad poeſim aptius q[uo]d non
probabile & poſſibile 291
probi a quiq; uiri magna fortunarum mutatio
cur aliena à tragœdia 118. 119
prodigiosa q[uo]dā in Homeri poemate 133
prologus 43. 50. 113. 114
prologi munus quæ personæ, & quo potiſimū
tempore obire ſoleant 114
de Prometheo, tres tragœdias ſcripſit Aeschylus 179. 186
procēdium an recte appetetur prima pars li-
bri de poetica 1
procēmia Aristoteli quæ, qualiaq; , & quibus nā
in libris adhibita 1
proportione metaphora quomodo fit 211. 212
proprium nomen quod Aristoteli 208
Protagoras i quib; Homerū acuſauit 193. 194
Proteus magnis donis menādrū euocauit. pro-
Pylades exemplum ueræ amicitiae 144
pulchrum, in quibus rebus ſitum 83
- Q**Væſtiones multæ ac moleſtæ, i philoſophia
exorta ex parū aptis tralationib; Prol.
quanta partes & quales diſta quæ 2
R
- R**Apsodia 17
M. Regulus miser fuit 65
reprehensio uera & recta in poeta & quæ dilui
non potest, quænam 293
tes maximā partiū i tragœdiis ſibi uedicāt 63. 65
ridiculū 47. 48. ridicula facies 48
res in ſcena fiunt ab oratore exponuntur 192
rhetorice fingebant recentiores tragicæ 173
rhythmus Aristoteli quid 7. 8. 34
Robortellus, uide Franciscus Robort.
Romani poetas in honore habuerunt Prol.
Romani poetas tragicæ & comicæ toti fuerunt in
Græcorum fabulis conuertendis Prol.
S
- S**Altationes nō ſemper nec oēs in honeste 300
ſaltatores rhytmico utentes 10
- T**Ecmessa deplorāſ mortē Aiacis 117
Telegonus 138
Telemachus 290
Terentius Prol. an contaminariſ fabulas 136.
in morata oratione in ſignis artifex 75
D d iiiij Terentij

INDEX.

- Terentij locus 129
 terribilis quo pasto fiunt 101
 tetrametrum carmen mobile & saltationibus idoneum 251
 tetrametris quo loco vsus Sophocles 253
 Theodectes Phaselites Aristotelii familiaris & amicus 106
 Theodectis Lynceus fabula 106
 Theodori Gazae conuerstiones contemptit Alcyonius Prol.
 Theseus eximius amator vxoris 75
 Thespis poeta, tragœdia inuentor 43
 Thyestes fabula Carcini poeta 154.155
 tibicinum ac fidicinum ars, an poesis 34
 tibicinum malorum indecens gelitus quis 297
 timor circa quos 121.122
 Timotheus dithyrambicus 24
 totum quid 80
 totum, non semper in magnitudine p̄sistit 79
 tragœdia imitatio actionis 59. imitatio meliorum 151. a comedia in imitatione dis- sentit 24
 tragedia primum circa paucas familias 142
 tragedia aliquando bona etiam si calamitosos non habcat exitus 141. qualium actionum imitatio dicatur 109. quibus rationibus præponenda epica 302.303. sine motibus etiam munus suum obire potest 301
 tragedia qua una eademq; & qua diuersa proprie dicatur 181
 tragedia rudior, satyrica erat 45
 tragedia co inediaq; inuentores qui 27.28
 tragedia definitio 54.55. finis quis 63.131
 tragedia comœdiaq; incrementū 40.41.44.45
 tragedia longitude certa statui nō potest 85.86
 tragedia pulcherrimæ compositionis 118.
 119.125. partes quot 61. partes communes quæ, & propriæ quorūdam quæ 112.113. par- tes quantæ, quot 112
 tragedia & epopeia similitudo & discrimen 245.247.249. & deinceps
 tragedia pater uocatus Homerus 38
 tragedia licitum etiā hexametro vti 301
 tragedia non conuenientepopœica coagmenta- tio 183.184
 tragedia quatenus imitatio est 63
 tragedia patheticæ & morata 178
 tragedia prisorum in exprimendis moribus personarū cur prestantiores recētioribus 66.
 quot vna die in theatro recitabantur 86
 tragediarum species quot 176
 tragica an epica imitatio melior 296
 tragicū poeta prestantia, quibus in rebus 180
 tragicū cur veteribus propriisq; nominibus vtā tur 95
 tragicorum poetarum in moribus exprimendis officium 151
 tragicum factum 139
 translatio 209.216. & deinceps
 translationis an genera duo inter se discrepan- tia 216
- V
- V**aria lectio, uide emendatior lectio.
 uerbum 203
 uerisimile aut necessarium in tragœdia 86.188.
 quærendum semper in moribus 147
 Venerem sustinere personam prologi pruden- ter introduxit Euripides 150
 uesper uel occasus uitæ 212
 uita hominū prodeſſe studuerunt ueteres poe- ta Pro. Vincentius Madius commentarios in Aristote- lis poeticen scripsit Pro. Madius fallitur 66.77.202.220.221.242.254.259.271.308. Madij explicatio probatur 2. diligentia commendatur 110. Madij interpretatio consideratur 165. Madij & Robortelli opinio difſentens de dissolutionis initio 175
 Vlysses ab auro vulneratus in Parnasso 89. in terram a Phœacibus expositus 263. furere se finxit 89. ex qua gente vxore duxerit 290. quomodo agnitus a subulcis, & quomodo à nutrice 156.157
 Vlyssis exitus varie proditus 138. lamentatio in Scylla 145.146. prudentia laudata ab Homerio 23
 de Vlysse uaria scriptæ fabulæ 138
 Virgilij laus Pro. locus 282
 uirorum æquorum proborumq; ingens muta- tio cur non apta tragœdiis 118.119
 uirtus 227
 uirtus & uitium morum uarietatem efficiunt 20
 uituperationes quibus ueribus cōprehensæ 35
 uniuersum & commune in fabula quid 169
 uocale elementum quod 195
 uocis indiuidua parts 196.197
 uoluntaria personæ seruientes choro 50
 uoluptas tragœdia quæ propria 132.135
 Vulcanus Achilli clipeum fabricauit 282
- X
- X**enarchus mimorum scriptor 14
 Xenocrates in theatrum uenire solitus, & item Xenon Pro.
 Xenophanes Eleates naturam deorum inuesti- gavit 276
 Xenophanis opera carmine scripta Pro.
- Z
- Z**euxis quales pingebat 292
 Zeuxidis pictura qualis 65

GRÆCARVM VOCVM INDEX.

- Γ**ραμ̄ 89
 γέλωντις ἀγάθος 254
 γνωσται 85
 γρανίδειαι 85
 γρανίσμα, ψηποῖν ἀγάθων 99.100
 γρανίς 43.100.188
 γράμμα 268.269
 γράμμη 236.237
 γράμμαται 210
 γράμμαται 159
 γράμμαται 48
 γράμμαται 49
 γράμμαται 236
 γράμμαται 131
 γράμμαται 70
 γράμμαται 209
 γράμμαται 220.230
 γράμμαται 48.123
 γράμμαται 106
 γράμμαται 211
 γράμμαται 262
 γράμμαται 15
 γράμμαται 52.257
 γράμμαται 139
 γράμμαται 244
 γράμμαται 231
 γράμμαται 60
 γράμμαται 149
 γράμμαται 8.18.57
 γράμμαται 295
 γράμμαται 234.235
 γράμμαται 49
 γράμμαται 130
 γράμμαται 31
 γράμμαται 109
 γράμμαται 251
 γράμμαται 297
 γράμμαται 22
 γράμμαται 34
 γράμμαται 210
 γράμμαται 223
 γράμμαται 115
 γράμμαται 209
 γράμμαται 237
 γράμμαται 31
 γράμμαται 76
 γράμμαται 76
 γράμμαται 81.84
 γράμμαται 306
 γράμμαται 134.144
 γράμμαται 224
 γράμμαται 81.174
 γράμμαται 74
- Δ**ημοι 28
 διαφεύγων 232
 διαλαμβάνει 244
 διαλεκτική 195
 διάληπτα 101.102
 διαποτίσ 154
 διάπομένων 154
 διάπομένων 153
 διάπομένων 153
 διάπομένων 40
 διάπομένων 3
 διάπομένων 205
 διάπομένων 266
 διάπομένων 210
 διάπομένων 15.16
 διάπομένων 4
 διάπομένων 4
 διάπομένων 227
 διάπομένων 175
 διάπομένων 8.11.12.14.
Ε
 Εγχώμιον 35
 Εγχωρεῖν 70
 Εθελοντής 50
 Ερμονία 63.177.192.
 Ερήμοι 205.266.295.308
 Ερμόποι 279
 Ερχόμεναι 141
 Επαύλων, νέον, μερα-
 ράτης 30
 Επαύλη 30
 Επιπλέονται 251
 Επιπλέονται 97
 Επιπλέονται 82
 Επιπλέονται 114.189
 Επιφέρειν 15
 Επιφέρειν 280.306
 Επιφέρειν 15
 Επιφέρειν 279.280
 Επιμετρεῖ ποιησία, καὶ διὰ
 Ερέδου 12
 Επιπλέονται 17
 Επιπλέονται 55.263
 Επιπλέονται 71
 Επιπλέονται 256
 Επικατά 65
 Επικάπτα 73.229
 Επικτικός 239
 Επιτολή 194
 Ερέπελος 267
 Ερατεῖν 141
 Ερωτίς 83. Βιρία 32
 Εραχεῖν 231.232
 Εραχεῖν 42
 Εραχεῖν 37
 Εραχεῖν 51
- Ζ**
 Ζητεῖν 97
 Ζητεῖν 82
 Ζητεῖν 280.306
 Ζητεῖν 279.280
 Ζητεῖν 100
 Ζητεῖν 22
 Ζητεῖν 97
 Ζητεῖν 58.59
 Ζητεῖν 114.189
 Ζητεῖν 8.10.18.57.58
 Ζητεῖν 177
 Ζητεῖν 180.308
Η
 Ηδη 17
 Ηδη 17
 Ηδη 55.263
 Ηδη 102
 Ηδη 77
 Ηδη 66
 Ηδη 216. καὶ ζερέης, μετα-
 ηδη 59.60.61.74.75
 Ηδη 36
 Ηδη 219. καθδημοσίης
 Ηδη 218. καθηπτά
Θ
 θετεῖν 40
 θετεῖν 32
 θετεῖν 1
 θετεῖν 37
 θετεῖν 220
 θετεῖν 51
- μίαρον

GRAECARVM VOCVM INDEX.

μίαρὸν	120.139	περιφάνεια	39	προσωδίαι	198	T	
μιμηδῶν	8.9	περιτείνειν	174	προπακτικοὶ αὐθέροι	201	ταχεῖν	210
μιμήματα	31	περιστέρειν	169	προπατικός	239	τίλι καὶ οῦ σύνεια	65
μιμησίς	19.22	περέσκικη	225	πρόπερον	131	τίτσιαι εἴς μέτρο	93
μιμησιγ παρέχειν	145	περόδος	113.115	προύπολαμβασίεν	289	τόνοι	198
μηλῆ	215	περφέρειν	23	πρωταγωνιστής	50	τραχικόν ἡ φιλαύθερω-	
μοχθίζων	237	πειλοπόντυπος	208	πρώταγωνιστικός	43	ποντί	187
μῆδος	51.136	πεπειραμέσθιν τραγῳ		πτυχασίειν	60	τυγχανεῖν	
μῆδοι παρεπιμμεῖσι,		δίκα	176	πρόποτες	102	ἀπό τυχην	
παρ αδεδομεῖσι	137	πεποιημέσθιν ὄνομα	222	ἔακτωδειν	300	τὸ τυχόν	83
μένουρον φάνεδων	305	περάνεν καθέτερον	56	ἔακτωδοι	Prol.	τὰ τυχόντα	95
μηρίον	209	πηρικάδιν	27.28	ἔδοισι	190	Υ	
	Σ	ἐκ ποριπετείας	157	ἔδοσις καὶ μεταξὺ	εἰς	ὑδερής	305
Εστικόν	227.228	ποριπέσεις	278	στένω	68	ύλη	269
O		ποριτήν	253	ἔνθμος	7.8	ύμνοις θεοῖς ὑμέναι	35
Οδυσσός ἀλαζονπλάνη		ποριωδιών, καὶ πρώτ-		ἔνθροις θηματίζοντοι		ὑποτλαχεῖν	219
138		διωσις	112	τὰ ὑπαρχοντα	73.229	τὰ ὑπαρχοντα	73.229
οἵη	282	πλῆδος	44	ὑπεναντίοντα	288		
οἰκέτην	220.221	ποιεῖν	15	ὑποβάλλειν	180		
οίκοντική, καὶ οὖ σικοσι-		ποιεῖν μήμοσιν, καὶ ποιē-		ὑπόδεσεις	169		
μέν	127	μέσα ω	8.9	παρχάτην πόλιν	184		
οίνοχοδενη	286	ποιεῖν μέθοις	51	ποιουσποίος	78		
οἴλιον	236	ποιεῖδην δίλημον δίκα μι		οἰάποσκλανης	113.116		
όλον	80	μισεῖς	30	πολυρόποιος	152		
όμοικυμία	216.285	ποιεῖδην δίλημον	242	σκοπος βιβλίου τίς; I.2			
όνομα κεκμέτον	213	ποιεῖδην σημεῖην	29	φαρμακος	71		
όνομασις	76	ποίησις ἐμμετερος, καὶ δίκα		φαῦλοι	299		
οὐκ ὄντα	97	λόγου	12	φαῦλον	278		
ορθότης	270	ποιηταὶ	73	φορέντιμματα			
ορμῆν	210	πολλαπλοῖς	208	φρέσεις	53		
οὐρας	86	πράχηματα	84.192	φοροῦντας βιβλίου, συλλογομόν,			
ορχηστες	22	πράγματα, καὶ πραγμάτων		καὶ τὰ ὄνοια	295		
ορχηστής	10	πραγμάτων σύντασις	65	φιλαύθερων	121.187		
οὐρῆν	279	πρακτικόν	252	φιλοφίωρος	83		
οὐτιδακός	236	πράξεις αποιδαῖς	53	φιλόσοφον, τὸ	93		
οὐτιστικός	224	πρέξειν	26.27.29	φλοë	213		
οὐτιστικός	61.62.78	προαρεῖθα	269	X			
P		προαρεῖθαν, καὶ προβο-		στρίφειται	297		
πάσι	191	λί	269	συμβάντων τα	131	χαλκέον	286
παθητικὴ τραγῳδία		προβλήματα	266	συμποριλαμβασίεν	65	χορηγός	297
176		πρέστεις βιβλίου πολ-		συσαγωνίζεται	189	χορον αἰτεῖν, καὶ ἔχειν	
πάθος	III. III. II. 134.	προιτικής	I	συμβοσμος	199.200	δοιαῖς	49
177.265		προμημόνον ὄποκεμε-		συμπέτην	195.196	χρῖνται	192
οἱ σὲ τοῖς πάθεσι ὄγτον	168	νοῦ	269	συνιδεῖν	243	χύδην	72
πάνταν αὐτὶς πελοῖ		προμηβός δεσμώτης,		Τ			
280		λύδρων, πυρφέρος,		σύριστοι, μέγιστης τρε	II		
παρ	100.173.194	τρεῖς Αἰρύλου τραγῳ		γαρδίκος	79	Τιλημονική	
παραλογισμός	163	δίαι	178.179	συγκριμα πολύμυθον	245	Τιλοι λόγοι	II. 12
παρασκευήν	44	πρέστεις	197	χαῖμα	50	Τιλομετρία	23

CHARTARVM SERIES.

a b A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z,
Aa Bb Cc Dd.

Omnes sunt Terniones, exceptis b Cc quæ sunt Duerniones.

FLORENTIAE APVD HAEREDES BERNARDI IVNTAE.

M D L X.



